Digitized by Google

C 550.4



BOUGHT WITH
THE GIFT OF
WILLIAM GRAY,
OF BOSTON, MASS.
(Class of 1829).

July 8, 1863.

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 891) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD DUODECIM ET CENTUM VOLUMINA UNA CUM INDICIBUS PERVENIET; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA OCTO ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SBORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CIII.

PHOTIUS CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,

IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

Digitized by Google

C55014

Digitized by Google

SÆCULUM IX, ANNUS 891.

ΦΩΤΙΟΥ,

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

PHOTII,

CONSTANTINOPOLITANI PATRIARCHÆ,

OPERA OMNIA

IN CLASSES QUINQUE DISTRIBUTA :

EXEGETICA, DOGMATICA, PARÆNETICA; HISTORICA, CANONICA;

CURIS VARIORUM, NEMPE :

CHRISTOPHORI WOLFII, ANG. ANT. SCOTTI, FRANC. COMBEFISII, CARD. BARONII, STEWARTII, RICHARDI MONTACUTII, ANTIMII REMNICENSIS EPISCOPI, FR. SCORSI, JOANN. BAPT. COTELERII, JUSTELLI, VOELLI, FONTANI, CORDERII, ANDREÆ SCHOTTI, CRAMERI, CARD. ANG MAII, JAGERI, EMMANUELIS BEKKERI, JOSEPHI HERGENROETHER,

JAM ANTEA LUCE DONATA, PARTIM NUNC PRIMUM EDITA;

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

TOMUS TERTIUS.

VENEUNT 4 VOL. 52 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

Digitized by Google

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CIII CONTINENTUR.

PHOTIUS CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA.

Myriobiblon sive Bibliotheca (codd. 1-249). *col.* 9

Parisiis. — Ex typis L. MIGNE.

Digitized by Google

ΦΩΤΙΟΥ
ΜΥΡΙΟΒΙΒΛΟΝ Η ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ.

—

PHOTII
MYRIOBIBLON SIVE BIBLIOTHECA.

—

NOBILISS. ET AMPLISS. VIRIS
QUIRINO RECHLINGERO, MARCO VELSERO,
AUGUSTÆ VINDELICORUM DUUMVIRIS PRÆFECTIS
SEPTEMVIRUMQUE COLLEGIO,
DOMINIS AC PATRONIS PLURIMUM OBSERVANDIS S. P.

Photius ille, omnium eruditorum *tanto petitus ambitu, tanto datus* (*a*), tandem e tenebris erutus exit. Etsi enim ea sunt nostra tempora, quibus non injuria dubites, plusne commodi an incommodi respublica litteraria sibi habeat polliceri; propterea quod alibi bella, alibi eruditæ doctrinæ contemptus atque odium, ruinam aliquam minari videantur: tamen cum ab annis haud ita multis, præter exspectationem, diversis e locis, et quidem nonnullis parum pacatis et tranquillis, complures, notæ optimæ, veterum auctorum libri in lucem prodierint, atque etiam nunc quotidie proferantur; animum nequaquam despondendum duxerim. Verum id quidem est, sæculum illud aureum, quod aiunt, fuisse ἡγεμονικόν, alterum, θυμικόν· quibus et sapientiæ et fortitudinis laude homines in primis excelluerunt: sed neque hoc tempore, quod ἐπιθυμητικὸν indigitant, sapientum virorum exempla, virtuteque heroica præditorum desunt: Ἀρχαῖαι δ' ἀρεταὶ (ut Lyrici verbis utar) ἀμφέρονται, ἀλλασσόμεναι γενεαῖς ἀνδρῶν, σθένος. Nimirum omnibus sæculis aliqui divinitus excitantur, qui disciplinas liberales propagatum eunt, quæ solæ genus hominum salvum atque incolume conservant. Quo feliciorem hanc ætatem nostram judico, qua cum alii scriptores antiqui revixerunt, tum inter cæteros ille ipse (quem dixi) in omni genere doctrinarum præstantissimus scriptor Photius. Cui ut a lumine nomen, ita luce tandiu carendum fuisse, demiror; auctori, cujus e Myriobiblo theologi, medici, historici, oratores, philologi denique uberrimum fructum et jucundissimum capere possunt. Id quod eulogia docent, quæ huic operi nunc primum a nobis edito præponenda curavimus. Nam Eclogas, cum censuris, non ex iis duntaxat libris, qui sunt in manibus fere omnium, Photius attulit: sed longe plura ex illorum monumentis ἀποσπασμάτια, qui vel temporum injuria prorsus amissi, vel quorumdam βιβλιοτάφων invidia nonnisi blattis expositi sunt. Neque ex sacris tantum, sed et exteris scriptoribus. Tam enim horum prodest lectio, judicium si adhibeatur, quam Moysi non obfuit Ægyptiorum, Danieli Chaldæorum, D. Paulo Græcorum disciplinas cognovisse, Israelitis denique vasa ex Ægypto in Palæstinam secum transtulisse. Ideo summa hic fide, qui delectus haberi, unde plus minusve exspectari possit, Photius ostendit. Hoc opus varia et multiplici tam rerum quam verborum refertum supellectile, viri nobilissimi, cur A. V. consecratum velim, multæ causæ sunt. In hac enim urbe illi renasci, characteris elegantia exornari, e vestra illustri Bibliotheca vulnera quædam sanari, accessiones denique fieri, contigit. In hac musæ et gratiæ domicilium nactæ creduntur, quod ii gubernacula reipublicæ teneant, qui ab ineunte ætate litteris omnibus dediti hoc genus laborum et probant, et eos adjuvare gestiunt, qui omnem in eodem operam ponunt. In hac, vestro auspicio, recentibus iisque pervenustis typis alia atque alia utriusque linguæ πονημάτια, brevi temporis spatio, excusa sunt. In hac denique nunquam defuerunt viri, quorum auctoritate codd. mss. et impressorum thesaurus augeretur atque ornaretur. Inter quos huic quoque Photiano operi locum decernere A. V. meque patrocinio, quo hactenus, clementer complecti ut dignetur, oro etiam atque etiam. Bene valete, viri amplissimi, publice et privatim incolumes, ac perpetuo florentes.

Augustæ Vind. XII *Kal. April. Ann. MDCI.*

A. V. O.

DAVID HOESCHELIUS, Augustanus.

(*a*) Sen. *Med.* 399.

Digitized by Google

NOBILISSIMO MARCO VELSERO, CÆSARIS CONSILIARIO,

REIPUB. AUGUSTANÆ DUMVIRO PRÆFECTO,

AND. SCHOTTUS ANTUERP. DE SOCIETATE JESU, LIB. MER. DD.

Si magnum illud militantis in terris Ecclesiæ columen B. Hieronymum presbyterum non piguit, Marce duumvir, catalogum ecclesiasticorum texere scriptorum, ex Eusebio Cæsariensi, ac scriptis cujusque, cur pudere me debeat, aut pœnitere laboris immensi, tædiique constanter absorpti in Photianæ *Bibliothecæ* interpretatione, quam tibi volens dedico consecroque, nondum equidem animadvertere possum. Ille jam inde ab initio nascentis Ecclesiæ telam orsus, altiusque a capite arcessens, sacrorum Ecclesiæ scriptorum seriem ad sua usque tempora produxit, ut legitima et pura a spuriis, et a palea triticum posteri segregarent. Hunc dein gloriosum, publiceque utilem laborem, variarum gentium auctores continenter pertexendum rati, de suæ quisque gentis scriptoribus catalogos conscripsit. In Iberia quidem Isidorus atque Ildefonsus sanctissimi viri; in Gallia Gennadius Massiliensis, et Honorius Augustodunensis; in Belgio nostro Sigebertus Gemblacensis; in Germaniaque nuper Trithemius abbas, excussis omnibus omnium bibliothecarum angulis, id præstiterunt. In Græcia vero primis illis, ut ætate, sic et eruditione fortasse æqualis Photius, hanc cum sacrorum, tum externorum *Bibliothecam* concinnavit librorum, quos a se lectos, Tarasii fratris rogatu recensuit, dum in Syria Constantinopolitani imperatoris orator versaretur, idque prius (ut ex opere quisque mecum judicabit), quam aulica ambitione corruptus, præcipitavit. Verum hoc utilior quam reliquorum in Occidente post Hieronymum Photii hic labor exstitit, ut majus etiam longe quam cæterorum simul omnium volumen excrevit, quod non recenseat modo veterum, qui in manus inciderunt scripta, sed et eclogas inde permultas, seu excerpta, totidem verbis, enumeratione sola minime contentus, transcripserit: forte quod animo provideret, menteque præsagiret, fore ut temporum injuria plerique, ut accidit, interciderent funditusque perirent, quorum certe ne nomina quidem, nedum ingenii monumenta, absque Photio esset, nostram ad ætatem pervenissent. Quod opus seu thesaurum verius, pridem exoptatum, ac diu multumque frustra investigatum, cum Tarracone Procli Chrestomathia Latine a me reddita, velut ex ungue leonem, æstimare cœpissem, nactus tandem Romæ sum. Describendum enim arbitratu meo permisit, quem honoris causa libenter nomino, illustrissimus Ascanius Columna, purpuratorum patrum ornamentum. Post vero cum id diligenter ad variorum exemplarium fidem comparatum, typographus Augustanus elegantibus typis evulgasset, efflagitarunt pene convicio familiares, quibus multum et vellem et deberem, ut Latina donare civitate promptuarium eruditionis, quo ad plures emanaret utilitas, pro virili contenderem. Cessi ergo amicorum precibus victus, et periculosæ plenum opus aleæ aggressus, ad exitum tandem, Deo vires animumque suppeditante, constanter adduxi. Quid sim assecutus, secutus certe, tuum, vir doctissime, lectorisque non imperiti judicium esto. Num quid amplius? Etiam. Patrocinium adhæc laboris plane Herculei, more institutoque majorum, abs te potissimum justis de causis imploro. Quod enim Græce apud vos Photius lumen primum aspexerit, Latinam quoque interpretationem subjungendam jus fasque censui, tum quod Augustanæ bibliothecæ nomen commune invitarit: quæ bibliotheca Vindelicorum, civitatis Germaniæ vere Augustæ, cum alios alia ad spectandam urbis civiumque elegantiam movcant, me potissimum, ob librorum calamo in membranis exaratorum et copiam, et vetustatem, in sui admirationem rapuit detinuitque. Ad quam quidem ornandam respublica vestra catalogum exemplarium quæ possideret, per Europam disseminasse non contenta, doctos etiam homines inusitata et prorsus singulari humanitate invitat quo eos ipsos libros invicem conferendo, ac veluti gladiatorum paria committendo, in hominum lucem aspectumque commodo publico producant. Quod utinam exemplum dynastæ ac reges secuti, in iisdem pedem vestigiis ponerent, ac libros sanctorum Patrum ineditos cognosci atque evulgari sinerent; næ plures longe Græcarum litterarum usum interpretando revocarent, nec amplius veluti muta tacerent, quæ in densis hodie tenebris, tineas pascendo, delitescunt. Sed id optare citius quam sperare liceat; nisi si Velserorum similes exoriantur, qui concordissimi fratres (vos enim bona venia appello Antoni, Matthæe, ac Paule) rem litterariam longe lateque provehitis, disciplinarum pomœria profertis, doctisque hominibus doctissimi ipsi opem re consilioque ferre non cessatis: ut jam ubique gentium non sit Phœbo gratior ulla,

Quam quæ Velseri *præscripsit pagina nomen.*

Te, te igitur, Marce, quæso obtestorque, ut qua cœpisti benevolentia, nostra complecti ne graveris; exstetque apud posteros pace tua, meæ in te observantiæ memorisque animi hoc qualecunque monumentum; quod locum, si videbitur, in Bibliotheca vestra, ex qua cum tot aliis Græce typis prodiit, Latine quoque reperiat. Si quis autem ex his vigiliis fructus ad alios legendo perveniet, quod studium quidem certe, ad interpretationem locis obscuris facem scholiis allucendo, tibi amice magne, grata posteritas acceptum referat. Soles enim ἀκλείστους θύρας παρέχειν σοφοῖς ἀνδράσι, quod de se apud Philostratum Vespasianus Aug. profitetur, cum sis ipse spirans quædam Bibliotheca. Suscipe itaque adversus obtrectatorum calumnias, operis vigiliarumque nostrarum libens volensque tutelam. Sic tibi illucescant, Deum venerans precor, ineuntis anni MDCVI Kalendæ feliciter. Antuerpiæ.

Digitized by Google

ΜΑΞΙΜΟΣ Ο ΜΑΡΓΟΥΝΙΟΣ, ΤΑΠΕΙΝΟΣ ΚΥΘΗΡΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ, ΤΟΙΣ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΕΡΑΣΤΑΙΣ, ΕΝ ΤΟΙΣ ΚΑΛΟΙΣ ΕΠΙΔΟΣΙΝ.

Ἄλλοι μὲν ἄλλους τῶν περι τὴν σοφίαν περιττῶν θαυμαζόντων, καὶ ἡ ἕκαστος ἔχει ἐπιτηδειότητος καὶ δυνάμεως, ταύτῃ πλεκέτω τούτων ἑκάστου καὶ τὰ ἐγκώμια, εἴτε τὴν ἐν λόγοις ἐπαίρων δεινότητα, εἴτε τὸ ἀνθηρὸν καὶ κεκομψευμένον τῆς φράσεως, εἴτε τὸ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ἐμβριθές τε καὶ ὅλως ἐξηκριβωμένον καὶ πάγιον· ἐμοὶ δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις παντὸς ἄξιος ἐγκωμίου καὶ μάλα ὁ σοφώτατος ἐκεῖνος καὶ ἱερὸς πολλάκις ἔδοξε Φώτιος. Οὐ μόνον ὅτι τοὺς τῆς ἱερᾶς Ἐκκλησίας ἐμπιστευθεὶς οἴακας, τὸ τοῦ Χριστοῦ λογικὸν ποίμνιον εἰς νομὰς εἰσῆγέ τε καὶ ἐξῆγε σωτηριώδεις εὐσεβείᾳ τε τῇ πάνυ διατρέφων, καὶ βίου κατακαλλύνων ὀρθότητι· ἀλλ' ὅτι καὶ πᾶσαν μετελθὼν παιδείαν πάντας τοὺς ἐπ' αὐτοῦ πολλῷ τῷ μέσῳ ὑπερῆκόντισε. Μαρτυροῦσιν αὐτοῦ τὸ πολὺ τῆς σοφίας οἱ πανηγυρικοὶ τῶν λόγων, οἷς τηλικαύτην ἐνέθηκε τὴν χάριν καὶ τὴν γλυκύτητα, ὡς δεινὸν τίθεσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας τὴν ὁπωσοῦν ἀπὸ τούτων ἀπαλλαγήν. Οὕτω τὰς τῶν ἀκουόντων καταθέλγει ψυχὰς ταῖς τῶν οἰκείων σειρήνων σωστικαῖς ἐπῳδαῖς, καὶ τῷ τῶν πίστεων ἐφελκυστικῷ τὸ τῆς πειθοῦς αὐταῖς ἐγγενέσθαι καταναγκάζει θέλγητρον. Τοιαῦται καὶ αἱ θαυμασταὶ τούτου πρὸς διαφόρους ἐπιστολαί. Τὸ δὲ πρὸς τὰς τῶν ἀπορίων λύσεις ἕτοιμον, ἄλλως τε καὶ ὅσαι ἐπὶ τὴν ἱερὰν τείνουσι φιλοσοφίαν, καὶ τὸ τῆς θείας Γραφῆς, ἐν οἷς μάλιστα μυστικώτερόν τι ἐναποκέκρυπται, ἀγχίνουν τε καὶ διερμηνευτικὸν, τίς τῷ τῶν Ἀμφιλοχίων αὐτῷ πεπονημένῳ συγγράμματι ἐντυχὼν, οὐκ ἂν εἰκότως θαυμάσειεν; ἀλλὰ γὰρ καὶ τὴν περὶ τὴν ἱστορίαν ἀκρίβειαν, καὶ τὸ τῆς σοφίας ποικίλον, καὶ τὸ περὶ τὴν κρίσιν τῶν τοῖς ἄλλοις συντεθειμένων ἐντεχνόν τε ἅμα καὶ εὐκρινέστατον, ἡ μετὰ χεῖρας αὕτη βίβλος, τοῖς τοῦτ' ἂν ἐλομένοις καταμαθεῖν, ἐπιδείξει τρανότατα· πολλὴν μὲν τοῖς περὶ τοὺς λόγους καὶ τὴν ἔξω φιλοσοφίαν καταγινομένοις τὴν ὠφέλειαν προξενοῦσα· τοσαύτην δὲ καὶ τοῖς τῆς ἱερᾶς ἀντεχομένοις θρησκείας χορηγοῦσα τὴν λυσιτέλειαν, ὡς πάμφορόν τινα οἷον ταύτην εἶναι χώραν, ποικίλοις μὲν κομῶσαν τοῖς καρποῖς, καὶ τοῖς ἄνθεσιν, οὐχ ἧττον δὲ τῇ γεύσει τῶν δρεπομένων τὴν αἴσθησιν κορεννῦσαν, ἢ τῇ ὄψει καὶ τῇ ὀσμῇ καθηδύνουσάν τε καὶ κατατέρπουσαν. Ταύτην οὖν φιλοφρόνως δεξάμενοι, πολλὰς τῷ σοφωτάτῳ Ἐσχελίῳ τὰς χάριτας ἔχοιτε, τοῦτο καὶ μόνον ἀεὶ διὰ μελέτης ἔχοντι, ὅπως χρήσιμόν τι καὶ τῷ κοινῷ τῶν λογίων ἐπωφελὲς ἐκδιδῶται καὶ μάλιστα. Ἔρρωσθε ἐν Χριστῷ Σωτῆρι, κατὰ τὸ α, χ' ἔτος τὸ σωτήριον, Ἰουλλίου τρίτῃ φθίνοντος.

ERUDITORUM ALIQUOT

DE PHOTIO PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO JUDICIA

ZONARAS *Annalium* Tom. III.

Προχειρίζεται δὲ πατριάρχην τὸν Φώτιον, ἄνδρα τῶν ἐπισήμων πρωτολόγοις ὀνομαστότατον. In ejus locum suffecit Photium, virum insignis nomine celeberrimum.

ἀσηκρῆτις τότε τυγχάνοντα, καὶ ἐν

CEDRENUS

em, primarium a secretis, et eruditio-

Ὁ Βάρδας Φώτιον, ἄνδρα ἐπὶ σοφίᾳ γνώριμον. πατριάρχην. Bardas ergo Photium, celebrem patriarcham creat.

πρωτοασηκρήτην τηνικαῦτα ὑπάρχοντα, προχειρίζεται

FRANCISCUS TURRIANUS P

sapientia virum, et secretariorum eo tempore principem,

Photius Constantinopolitanu

ocemio in *Apostolicas Constitutiones* Clementis Romani.

lectis, etc.

Photius incredibilis

in *Bibliotheca* sua, sic enim appellat volumen ingens de libris a se

Eruditissimus

lectionis et acris judicii auctor.

se lectis nom

incredibili lectione auctor, etc. In eo præsertim opere quod *Bibliothecam* de libris a tam liber

navit, in quo tam accurate, tam acri ingenio, tam considerate, tam docte, tam distincte, præt

de tanta multitudine et varietate librorum judicium facit, ut nihil animadversione dignum

rmisisse videatur.

Quam sit autem grave in hoc judicio et quantæ auctoritatis Photii testimonium, intelligere licet et existimare, etc. Tum in primis ex Bibliotheca, sic enim inscripsit, ut paulo ante dixi, ingens volumen de libris omnis generis a se lectis, in quo ita fere cujusque argumentum, et genus styli ac doctrinæ dis-

Digitized by Google

cernit et notat, ut qui summas illas legat, totos libros et ingenia auctorum nosse sibi videatur. Quis igitur nostræ ætatis se cum Photio conferre audeat, sive ingenium ejus spectemus, sive πολυμαθίαν et πολυπειρίαν;

Ex litteris Joannis Livineii ad D. H.

Photii scriptum urgeri, puto vehementer e re litteraria esse. Est enim varium, et omnibus ingeniis ac studiis valde serviens. Deinde quanti æstimas, scire nos saltem quot bonorum scriptorum in omni genere doctrinæ, qui viro illi φιλολογωτάτῳ visi lectique, naufragium fecerimus.

Ex litteris Jos. Scaligeri ad eumdem.

Utinam, mi Hœscheli, in Photii editione exornanda te juvare possem. Librum quidem totum in duos tomos distinctum, manu Henrici Stephani scriptum olim legi, opus varium, ex cujus editione incertum, majorne redundatura sit in te gloria, an in alios utilitas. Certe tam egregium scriptum hon alio editore dignum erat, quam te, qui tot bonorum auctorum editione et eruditionem tuam et propensum in litteras animum testari volueris. Neque ego, neque Vulcanius noster te juvare in hoc possumus, qui nulla exemplaria ejus libri habemus. Sed si habes, ut dicis, duo, puto te omnibus aliis æquo animo carere posse.

Ex litteris Isaaci Casauboni ad eumdem.

Ain' tu autem? esse te in eo ut Photii *Bibliothecam* edas? o munus vere munificum! o te liberalem! facile est ex iis quæ sunt edita de illius libris tanquam ex unguibus leonem æstimare.

—

ISAACUS CASAUBONUS DAVIDI HŒSCHELIO S. P. D.

Photium tuum quanta poteram diligentia inter aulicos strepitus, avidissime certe percurri. Ostendi etiam munus tuum doctis magnisque viris : quorum in hac regia urbe numerus haudquaquam pœnitendus. Omnes tibi et præstantissimo Velsero gratias agere immoriales, quorum auctoritate et industria utilissimum scriptorem proximo autumno se habituros speraut. Principem inter hujus ordinis viros locum obtinet præses Thuanus : quem ego virum divinitus datum censeo sæculo isti in exemplum pietatis, integritatis, probitatis, et ut uno verbo dicam πάσης ἀρετῆς καὶ καλλονῆς ψυχῆς. Sunt et multi alii qua in aula, qua in senatu Parisiensi λάμποντες ἀστέρες ὡς vestri studiosissimi, et purioris litteraturæ amantissimi. Omnes hi Photium vestrum cupidissime exspectant, eximie autem Franciscus Pithœus, de quo nuper scripseram, esse in ejus manibus Photii exemplar, collaturum me tuum codicem cum illo : et excerptas inde γραφὰς διαφόρους isthuc missurum. Neque ab illo neque a me insuper habita ea cura, sed paucorum foliorum comparatione didicimus, nihil aut parum omnino auxilii ad ornandam tuam editionem a Pithœi libro esse exspectandum. Quare aliud censeo agamus. Equidem si domi in Museo meo quæ sunt a te missa legissem, aut otii plusculum habuissem ad id negotium, plura et meliora in eo Scriptore observassem et tecum communicassem. Sed crede mihi serio affirmanti, nihil occupatius, nihil a studiis alienius ea vita, quam in hac aula hactenus vixiimus. Ut scires tamen etiam in summis hisce occupationibus Photium tuum nobis esse lectum, paucula quædam illevimus huic chartæ, quæ tum nobis in mentem venerunt. Nam gravius aliquid frustra nunc a me exspectaveris. Vale, vir doctissime, et me constanter

Lutetiæ Parisiorum 5 Kalend. Junias MDC.

aula.

—

EX NOTIS ANDREÆ SCHOTTI,

AD CHRESTOMATHIAM PROCLI.

'Ανεγνώσθη, lecta sunt. Sic de singulis a se cum judicio lectis libris
'Ανεγνώσθη, lectum est, vel ...us ἐν τῇ Βιβλιοθήκῃ τῶν ἀνεγνωσμένων αὐτῳ βιβλίων loquitur, ut
Photius patriarcha Constantinopolita.. ...liorum sermone, vel obiter, et tanquam per transennam in-
oculato testi fides habeatur. Nec enim ex .. ...judicium sibi ferendum existimabat, sed a capite ad cal-
specto opere, ut fere hoc sæculo, de toto opere ...issimus, summi et ingenii et judicii, de scriptoribus
cem perlecto, libere judicat censor et criticus gra... ...oricis, oratoribus, philosophis et theologis : qui
ducentis amplius et septuaginta, philologis, poetis, hist... ...perierunt. Et quidem de styli charactere,
maximam partem, temporumne injuria, an majorum incuria, ... quid laude, et imitatione, quid contra
scriptorum numero, et titulis, quæ γνήσια, quæ ψευδεπίγραφα, ...ore majorum, pronuntiat. Denique
vituperatione dignum in singulis deprehendisset, sine fuco et odio, in... ...gula, audacter dijudicat.
qua quisque tempestate floruerit, cæteraque, longum esset enim ire per sin...

—

J. LIPSIUS MARCO VELSERO S. M. D.

Senecam nostrum a te acceptum, et vere acceptum, id est, gratum fuisse, gaudeo. Annon es ...set, scriptor optimus viro optimo? Quod ais desiderare quosdam reliqua : pauca sunt, et hodie mos obtinet ...reli-quatores esse, imo conturbatores. Detur venia, aut certe mora aliqua, valetudini : et fortasse alter... editio dabit. Sunt et in illis libris, quæ volenti haud peribunt. At tu de elogio debere profiteris. Et sic

Digitized by Google

loqueris? judicio, dicere debebas : et ideo nihil debere. Mihi crede, ut si juratus in senatu sententiam dicerem, sic dixi. Amo te jamdudum, mi Velsere, sed affectus illam animi lucem non obtenebrat. Sed, heus, est quod communi litteratorum nomine commendemus, vel petamus. Andreæ Schotti, magni amici nostri, Photius, Latinus jamdiu apud vos est, et quando ipse lucem, nos eum videbimus? Certe inter paucos ille scriptor meretur : qui solus tot clarissimorum ingeniorum monumenta a fato eripuit : toto dico fato, et saltem nomina et scriptorum velut membra servavit. Quam multos ille legit, ex iis elegit, et, ut sic loquar, defloravit, quos nosse nobis aliter non esset? E sacris, profanis, tractatoribus, historicis, oratoribus, poetis, et nihil est in Græca omni litteratura, aut ut verius dicam, libraria, quod ille vir non libarit. Pulcherrimus mos in mensa legendi, vel audiendi : sed iste pulchrior utiliorque, annotandi, censendi, excerpendi. Photius fecit, et qui ad nos pervenerunt, solus. David Hœschelius vester, et vestris etiam auspiciis, Græcum primitus, et varie atque industrie castigatum, dedit : sed nosti quo ventum sit ignavia ævi, pauci hæc legunt aut capiunt, et nisi Latina addantur, pene dicam non dedisse. Ergo A. Schottus, vir bono publico natus, allaboravit, et Latinum totum dedit, et tibi commisit. Ecce jure te flagitamus. Fac quod soles et natus es, rem publicam vel privatæ tuæ damno juva. Mi Velsere, da hanc operam, etsi quam trepidis et pene desperatis Europæ rebus! Pannonia, et jam Illyricum finitimum, sollicitos nos habent :

Quo pondus istud verget? ubi ponet minas?

Ubicunque, stemus, et in honesto firmi, omnem fati vim excipiamus, imo vincamus, id est, feramus.

Vale. Lovanii, postridie Natalis Dominici, anno MDCVI.

IN PHOTIANÆ BIBLIOTHECÆ INTERPRETATIONEM,

A R. P. ANDREA SCHOTTO DE SOCIETATE JESU LATINE EDITAM.

Feder. Jamotius, Med.

Σκότος ἀπὸ σκοτίοιο φερώνυμός ἐστιν ὁμίχλης
Φώτιος ὡς λαμπροῦ κληδόνα φωτὸς ἔχει.
Τίνδ' ἐπεὶ καὶ Σκότος ἀπήγαγεν ἀχλὺς αἰνῆς
Φωτιὰ λαμπρύνων γράμματα φωτὶ νέῳ.
(Τοῖσι παλαιγενέων σφραγίσατο Φώτιος ἀνδρῶν
Μνήματα, τιμήσας στίγμασιν ἀμφαδίοις)
Εἰ θέμις ἀτρεκέεσσι πανατρεκὲς οὔνομα θεῖναι,
Ὅς ποτε Σκότος ἦην, Φώτιος ἄλλος ἔοι.

Schottus ab obscura ducit caligine nomen
Photius ut clari luminis omen habet.
Cum tamen hunc *Schottus* tenebrosis eximat umbris,
Lumine cum lustret *Photica* scripta novo :
(Scripta quibus censor veterum monumenta virorum
Photius obsignat liberiore nota)
Vera licet veris si ponere nomina rebus
Qui modo *Schottus* erat, *Photius* alter erit.

Franc. Schottus Jure consultus ac senator Antuerp.

Photi scripta, prius qui cæco carcere clausus,
Horridus, invisus, nocte latebat iners,
Eluxit quoniam dias in luminis oras,
Frater amande, animi dimidiumque mei,
Gratulor et lætor, priseo dehinc more parentum
Grates grata velit solvere posteritas.
Lux tenebræ hic fausto conspirant omine, lucens
Namque obscura prius *Bibliotheca* patet.
Lux micat e tenebris en mutua : noxque vicissim
Lumen, et atra dies a jubare accipiunt.
Fallor an aspicient pulsa caligine ocelli
Lucem, mente Deum justitiæque jubar?
Photi munus erit tot lecta volumina Graium,
Schotti erit hæc Latio reddita posse legi.

Sic reparant tenebræ lumina, noxque diem.
Œdipodioniæ redeunt ænigmata Sphingis,
Nec sua nostra minus sæcula monstra ferunt.
Quisquis at umbrarum sub nomine clara tuetur,
Quæ *Schotus* illustri lumina mente tegit,
Insignisque viri raras examinat artes,
Quas stupet et Latium, Græcia tota stupet :
Non mirum est illam radios emittere, dicet,
Lampada, lumen habet *Photius* unde suum.
Nec rutilas præferre faces mirabitur umbram,
Quæ lucem hanc aliis pluribus ante tulit.
Salvete, o tenebræ, fulgenti luce coruscæ,
Sit satis hoc vestris muneris esse decus :
Photius in medium quod purior exeat orbem,
Lux e nube, redux carcere, nocte jubar.

Joannes Bochius S. P. Q. Antuerpiensi a Secretis.

Nil nisi nomen habens a lumine, luminis expers
Photius, et tenebris obrutus atque situ,
Squallebat, tineasque diu pascebat inertes
Abditus, et patriis sedibus exsul erat.
Aspectuque carens hominum, procul orbe latebat
Hesperio, clausus carcere, lucis inops.
At *Schotus* obscuris nomen qui ducit ab umbris
(Mira cano tenui carmine, vera tamen)
Eruit in densa positam caligine lucem :

Maximilianus Vriendius senatui Gandavensi a Secretis.

Res mira, at vera est, non claro lumine *Schottum*
Clarorem a nebulis spargere posse suis.
Ducis et expertem decus et jubar addere luci,
Scriptaque tot veterum detenebrare patrum.
Mentior, at vetus ille novus modo *Photius*, olim
Clarus, at inde ævo nubilus atque situ.
Qui patria de nocte novas modo lucis in oras
Emica, Ausoniæ illustris honore togæ :
Ille suo solus dignam pro vindice causam

Digitized by Google

Licet, et accepti luminis usque memor,
Uni plus *Schotto* debere fatebitur, ipsi
Quam sibi, quam soli, quam patrioque solo.
Jeremias Pierssenæus jure-consultus.

Quis credat *cæcas* progignere posse *tenebras*
Lumina, Phœbeis lucidiora oculis?
Non ego, non *physica* quisquam de gente sacerdos,
Ullaque non *Sophiæ* docta magisteria.
Hoc nisi jam nobis jussisset credere *Schottus*,
Photius et cæcis lucidus a tenebris.
Qui nunc *Schotti* opera (ante nitentia nubilus ora, et
Multis dente ævi saucia vulneribus)
Integrior patrio prodit redimitus amictu.
Nec minus Ausonia clarior in tunica.
Non secus ac noctis nigra cum veste videmus
Obnuptum Solem, vel pluviis nebulis,
Veste tenebrarum scissa, et sudo æthere, tela
Ejicere hesterna lucidiora die.
Quare dum roseo fulgebit lucifer ore,
Et veniet fuscum nox adoperta caput,
Photi ab illustri radiabit *lumine Schottus*,
Et Schotti cæcis Photius a tenebris.

Αδηλον.

Ite pii manes, et *Photi* nobile lumen
Judicii, qua sol porgit utramque facem.
Schottus te Hesperiis, *Schottus* te sacrat Eois,
Schottus et Eois gratus et Hesperiis.
Cuncta videns nimirum hæc mundo scita dabat *mens*
Stare loco mundi prima elementa jubens,
Ut cæco lux alma chao viduata serenet
Omnia, tum lucem nox inimica premat:
Inque vicem noctis nova lux superenatet æquor,
Et niteat veteri grata parente magis.
In veterum molem scriptorum *Photius* olim
Indiderat lucem, judicii radio:
At radium excipiens texit longinqua vetustas:
Schottus ab ingenio rettulit ecce diem.
Nunc tandem portis mundi bipatentibus infer,
Damnatum tenebris nobile *Photii* opus.
Photius ingenti potuit clarere nitela:
Sed mage præsidii lumine *Schotte* tui.
Ite pii manes *Schotto* duce, et auspice *Schotto*,
Semiadaperta prius, nunc adaperta via est.

Ἄδηλον.

Nomen habes, *Scote*, a tenebris, a lumine nomen
Photius: ille librum, conficis ipse notas.
Umbra fit interpres lucis, quis crederet unquam?
Hoc lucem est tenebris gignere, nocte diem.
Quas non discutiet tua lux, o *Scote*, tenebras.
Si lucem illustrat nominis umbra tui!

Ἄδηλον.

Dum tua præclaros auctores scripta recensent,
Hos inter *Scotto* debuit esse locus.
Quid facias, docte o *Photi*, cum tempora nostra
Sint procul a vestris dissita temporibus?
Ne dubita: *Scottus*, quo nunc interprete prodis,
Quot celebras homines, tot subit ipse locos.
Si te, *Scotte*, potes transacta in sæcula ferre,
An taceant nomen secla futura tuum?

AND. SCHOTTI SOC. JESU IN PHOTII BIBLIOTHECAM

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Qui sibi scriptores antiquos interpretandi partes olim sumpserunt, ut qui Platonem atque Aristotelem philosophorum principes illustrandos Græci consuerunt, Alexander Aphrodisieus, Themistius, Simplicius, Proclus, Olympiodorus, Ammonius, et Philoponus, ii fere præfari solent copiose, de auctore, scripto, argumento, modo ac methodo, ordine et tempore; tum de seipsis, suaque opera, et ita re flagitante, interdum de causis suscepti operis disserunt. Idem mihi more institutoque majorum in præsens, etsi μετάφρασιν, non ut illi παράφρασιν afferam, visum est faciundum. Equidem non ignorabam, simul atque arduam hanc *Photianæ Bibliothecæ* Latine interpretandæ provinciam efflagi tantibus amicis suscepi, fore plerosque qui id mihi vitio verterent, parumque me dignum existimarent, cæsa inter et porrecta, quod aiunt, alienis in vestigiis pedem ponere. Quorum autem in reprehensionem noster hic labor incurret, ii fere duorum generum sunt. Alii enim me reprehendent; plures Photium infesti damnabunt: utrisque, si potero, faciam satis; certe si id non consequar, dabo pro virili operam, ut a legendo minime deterreantur. Principio itaque de me, paucis tamen, et sine fuco ac modeste: mox de Photio videbimus. Inaudieram pridem, unum et item alterum in Iberia Græcarum litterarum peritissimum, Photii *Bibliothecam* e Græco in Latinum sermonem commodo publico convertere cœpisse, sed cœpisse tantum, ac vix dimidia operis parte supersedisse, sive Græci exemplaris mendis deterritos, seu laboris fuga in tanta voluminis, cum mole, tum varietate, seu denique utraque de causa cessisse. Romæ quoque tertium perfecisse quidem narrabant, sed ad edendum adduci non potuisse. Græcum itaque codicem magno ære nactus, constantiam a Deo precatus, urgendum opus assidue ad extremum, si qua hinc ad alios utilitas rediret, existimavi. Neque me fugiebat, ex quo interiores hasce litteras tractavi, quam difficile sit bonum agere interpretem, alienique sensus metaphrasten, ut, nisi par sis in utrinsque orationis facultate, justam reprehensionem non effugias: quoque major hac in re de bonis Græcis Latina bona efficientium raritas, eo difficilior provincia doctis

Digitized by Google

hominibus, qui eam ipsi plerumque refugiunt, censeatur, ut ad hanc diem usquequaque qui satisfecerint, vix singulos singulæ ætates tulisse videantur: cum decem amplius Aristotelis Ethica Nicomachia, totidemque Rhetorica, nostra parentumque memoria interpretari sint conati, quod in singulis qui antecessissent, posteriores aliquid desiderarent. Quidni igitur posterorum de me judicium reformidem? Elaboravi equidem, quoad ejus fieri potuit, ut non sensa modo verbis comprehensa sequerer (assecutusne sim alii statuent), et non tam verba numerarem, quam sensum ex fide bona appenderem, sed etiam, ut res ipsas, fontesque auctorum a Photio lectorum studiose investigarem. Verum cum eorum plerique temporum injuria interciderint, eo molestior interdum labor interpretandi exstitit, ut hariolandum nonnunquam fuerit, dum, qui adhuc latent scriptores, Photii opera in apertum proferantur, quod ut cœptum nuper, ita futurum amplius doctorum hominum investigatione non diffido. Diversorum item scriptorum tanta varietas, quanta est in omni philologia, oratoria, historia cum sacra, tum profana, in philosophia, arte medica, ac denique scientiarum regina theologia, negotium quoque facessivit, quod Deo bene juvante tandem superavimus. Auxit et rei difficultatem in singulis auctoribus χρίσις idque Hermogenis potissimum de ideis methodo: quæ ut Aristotelea ac Tulliana longe subtilior est, ita admiratores quidem plurimos sed imitatores paucos hodie reperit. Præter Dionysium enim Halicarnasseum in *Rhetoricis*, et Ulpianum Græcum Demosthenis explanatorem, quotus eam quisque hoc sæculo tractat? Trapezuntii olim talem *Rhetoricam* cum stupore vidit Italia; duos fortasse Germania numerarit, Sturmium et Erythræum; Gallia Julium Scaligerum libris *De poetica*; Hispania unum litteris cognitum laudare potest Pet. Joannem Nunnesium rhetorem ac philosophum, editis *Rhetoricorum* lib. IV, Hermogenis quidem præceptionibus, et Aphthonii ac Theonis, sed Tullianis exemplis. Sunt autem Hermogenis idearum genera septem Σαφήνεια, Μέγεθος, Κάλλος, Γοργότης, Ἦθος, Ἀλήθεια, Δεινότης. Deinde Σαφήνειαν dividit in Καθαρότητα, καὶ Εὐκρίνειαν; tandem τὸ μέγεθος in sex alias formas partitur: in Σεμνότητα, Τραχύτητα, Λαμπρότητα, Σφοδρότητα, Ἀκμὴν καὶ περιβολήν; post *moratam orationem* quatuor metitur dicendi formis: τῇ Ἀφελείᾳ, Γλυκύτητι, Δριμύτητι καὶ Ἐπιεικείᾳ. Dici etiam vix potest quantum hic tædii absorbendum, cum quot quantisque mendorum monstris conflictandum fuerit, vix ut amplius Herculem fabulosum illum heroa in Augiæ stabulo perpurgando laborasse existimem.

Ad stylum quod attinet, qui in Photio pro re nata varius exsistit, equidem sic temperavi, ut terso castoque sermone Latino, hoc est Romane, si possem, dicerem, sensaque mentis perspicue repræsentarem. Nam vel Tullii umbram, ob dicendi perspicuitatem juxta ac suavitatem, libens amplector, præ horrido illo, hujus ævi atque obscuro, quale Heracliti σκοτεινοῦ fuit, orationis genere. Scholia rei illustrandæ ad oram καὶ ταυτολογούμενα identidem apposui, sumpto subsidio a memoria lectioneque scriptorum veterum: et in critico hoc genere similia invicem componendo, digitum ad fontem, quod aiunt, intendere potius, quam transcribere pretium operæ duxi. Interdum tamen longiora paulo scholia adhibui, cum aut antidoto opus fuit, iique erant refellendi, qui in alia omnia discedunt, aut plura ejusdem auctoris attulimus, ut eorum ex parte laborem minuerem, qui vel ecclesiasticos annales magno Ecclesiæ commodo moliuntur, vel auctores ipsos longe quam antea auctiores melioresque dabunt. Cum autem enumeratio ac censura Photio esset principio duntaxat proposita, post, quasi metanœa ductus, eidem placuit Excerpta atque adeo opuscula describere, et in tomum alterum conjicere, mentis augurio, quantum conjicio, fore ut pleraque scripta temporum longinquitate fatiscerent, aut funditus perirent. Nec fefellit augurium. Plerique enim auctores qua hominum incuria, qua vetustatis omnia vastantis injuria, interciderunt. Quamobrem in Excerpta illa longiora pauciores notas in extremo opere apponendas curavi, ut in Plutarchi, Aristidis, Memnonis, et Agatharchidæ ἀποσπασμάτια: quorum interpretes eruditos, ut non contempsi, sic et illorum observationes admisi. In Ctesiæ Persicis atque Indicis, ne sis nescius, diversam interpretationem adhibui et illustravi ab ea, quæ in extremo Herodoto typographorum Στεφάνου opera circumfertur. Et vero curis secundis, posterorumque industriæ aliquid hic fuit relinquendum. Nam quod vere togatorum ait doctissimus M. Varro in lege Mœnia: « Ut in bona segete neque nullum est spicum nequam, neque in mala non aliquod bonum; ita nemo est reprehensus (inquit, vi *De lingua Latina*), qui e segete ad spicilegium reliquit stipulam. » Si quid autem hic peccatum, homo enim sum, ne modice te

Offendant maculæ, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura.

Quæso quoque rogoque doctiores, quibus hæc non elaboravi, ut meliora proferant: quod tantum abest ut laturus sim moleste, ut gratiam sim etiam habiturus maximam; nosque doceant, maledictis modo et calumniis abstineant, studiis φιλανθρωπίας nedum Christiano homine indignis. Valeant vero qui tantum sibi falsæ laudis arrogant, quantum de aliis per nefas detrahunt: Illis ego vetus illud accinam: Ἰδοὺ Ῥόδος ἰδοὺ, καὶ τὸ πηδημα.

Habes de interpretatione; venio ad alterum, gravius tamen ac difficilius ad profligandum quæstionis caput, de Photio Constantinopolitano ejusque scriptis, ut hanc *Bibliothecam* erroris labe vacare demonstrem. Ac primum de moribus videamus, hinc de ingenii monumentis, quæ, paucis

Digitized by Google

demptis, ad hanc diem in tenebris nimis diu delituerunt, nunc illustris juxta ac docti duumviri Marci Velseri auspiciis utraque lingua exeunt, non levi proventu fructuque, ut spero et opto, bonarum artium ac disciplinarum, quo pauciores hoc sæculo, cætera felicium ingeniorum feraci, interiores litteras, Græcas præsertim, pertractant. Auctores ejus vitæ recensendæ laudamus, ne quid falso commenti videamur, de Græcis antiquis, ac pene æqualibus, Zonaram, Glycam, Manassem, Nicetam, Curopalatam, quique hunc magnam partem transcripsit Cedrenum, Metrophanis item et Styliani epistolas, acta denique synodi octavæ legitimæ. Exstaret Nicephori Callisti liber *Annalium ecclesiasticarum* tertius et vicesimus, quo de Photio, ejusdem ævi rebus gestis diserte pertractarat, non admodum laboraremus, sed extremi illi libri temporum calamitatem, cæteris salvis, minime effugerunt : nisi forte in Græciæ, quæ libertatem suam, studiorumque ardorem pridem decoxit, angulo aliquo, pulvere, situ, ac squalore obsiti, ut alia plurima veterum scripta, delitescant. Ab Ignatio igitur patriarcha narrationis initium paulo altius repetamus.

Nicephori Augusti, ejus qui Irenem Augustam imperio expulit, ex filia Eutropia atque Michaele imperatore cognomento Rangabe, nepos fuit Ignatius. Hunc in minori ætate, et Theophylactum fratrem majorem natu, virilibus exsecuit ; quo facto, repetendi imperii, quamvis paterni atque aviti, spe penitus arcebantur : præterea Ignatium monachi ritu tondendum curavit. Timeat enim tyrannidis vis non minus quam metuatur necesse est, nec minus sit ipsa sollicita quam subditi. Omnino rebus commutatis, imperioque ad Theophilum Michaelis Trauli filium devoluto, Theodora Theophili uxor, cum viro defuncto imperium pro Michaele filio Porphyrogeneta procuraret, fama quæ de Ignatii virtutibus celebris erat, permota, et alioqui pro muliebri ingenio nobilissimi viri calamitatem miserata, nulla ipsius culpa, aliena tantum pravitate contractam, Methodio Constantinopolitano patriarcha vita functo, Ignatium salutis anno DCCCXLVII, magna bonorum omnium gratulatione, substituendum curavit. Initia ac media læta fuerunt, par spei fructus. Secuta est major Porphyrogenetæ ætas, qua sui compos, vitiis mancipatus, matre Theodora rerum procuratione amota, Bardæ seque et imperium regendum permisit, nulla famæ cura, pravo homini perditus juvenis : sed in reliqua nequitia eam tamen laudem meruit, quod litterarum professores stipendio de publico designato, Constantinopoli erudiendæ juventuti constituit, Leone scholis præfecto, magni nominis ea tempestate philosopho. Cæterum Bardam Cæsarem creatum, et acceptam potestatem non publica salute, sed scelerum licentia definientem, usque eo, ut uxore repudiata cum nuru sua stupri consuetudinem haberet, piorum cœtu Ignatius anathematis ignominia notatum expulit, ac veluti Baptistes alter Herodem increpavit. Magnus sane vir, sed meliore sæculo dignus. Perculit ea severitas impotentem hominis animum, ut quem revereri, atque ut medicum amare debuerat, synodo facta episcopatu spoliatum in Mytilenem insulam relegavit. Substituitur per nefas Photius πρωτοασηκρῆτις Zonaræ, usitata sequiori sæculo voce, a Commentariis et Senator urbanus anno Christi DCCCLIX, hoc est, post undecimum patriarchatus Ignatii, de foro repente in Ecclesiæ præfecturam translatus. Raptim omnia et perturbate sunt facta, neque quid legibus sanctum est considerant, ira et ambitione pessimis consultoribus agitati. Nicolaus Romanus Pontifex eo nomine primus, rei gestæ nuntio commotus, episcopos duos Rodoaldum et Zachariam Constantinopolim mittit, cum potestate sacrarum imaginum hostes (quæ pestis late in Oriente grassabatur) novis edictis coercendi, atque in Ignatii causa ejus legati, ut cognitione instituta, visa modo exploratoque, in re præsenti renuntiarent. Adjungit litteras ad Augustum sigillatim, quæ exstant, in Photium gravissimas : contra fas æquumque, atque omnia vetustatis exempla in Ecclesiæ præfecturam irrupisse, ex profano repente Christi pastorem gregis prodiisse, vero præsertim pastore superstite. Legati fraude inducti, studioveprincipibus gratificandi, Ignatium jure damnatum videri prævaricando prænuntiant. Nicolaus quidem atroci nuntio famaque percussus prævarications factum legatorum accusavit. Omnino ea temeritate pronuntiandi magis Ignatii causa confirmari visa est, prorsus ut Barda Cæsare deinceps, et Michaele Augusto insidiis Basilii Macedonis sublatis, Adrianus II pontifex Romanus Nicolai defuncti vestigiis incedens, synodo Constantinopoli habita cui episcoporum, anno salutis DCCCLXXXVIII (quæ inter generales octava germana est, Græceque ac Latine studio Matthæi Raderi nostræ societatis presbyteri, post Anastasii Bibliothecarii versionem, lucem nuper aspexit), Photio amoto, Ignatius ut restitueretur perfecerit. Pontifex sane magni animi neque minoris consilii, qui exacta senem ætate, rebus quamvis gerendis inutilem, maluit Ecclesiæ gubernaculis restitui, quam concedere, ut novo ac damnato exemplo disciplinæ labefactandæ aditus relinqueretur. Etsi Nectarius, Tarasius Photii patruus, ejusque successor Nicephorus, et in Occidente Ambrosius e laicis repente episcopi sint creati. Hæc ille præstitit. Ignatii vero subsecuta morte, nova Constantinopoli synodus λῃστρικὴ Photium restituit anno DCCCLXXVII, episcoporum CCCLXXXIII, in pristinum locum, initio consensu Rom. Pont. Joannis VIII, uti ejus synodi sessio prima declarat, his verbis : *Quod Dominus noster Apostolicus admittit dominum Photium in patriarcham, testatur Pontificalis stola a summo Pont. domino nostro Joanne ad eum missa : quam propterea direxit, ut omnes intelligant, et certo sc ant, dominum Photium recipi a*

Digitized by Google

summo pontifice in patriarcham. Cumque hoc dixisset, dedit Photio pontificalem stolam, humerale indumentum, penulam, et sandalia. Hæc synodus : argumento conciliatæ initio cum Joanne pontifice gratiæ : qui cum eo nomine, ut parum virilis, audiret male, re mature cognita, in ambonem publicum progressus, Photium, veteri anathemate repetito, diris iterum devovit. Quare Ecclesiam ille præposteræ, primum quidem occupatam, diu tenere non potuit. A Leone Augusto, cognomento Philosopho, qui patri Basilio successit loco motus, in Armeniarum monasterium anno DCCCLXXXVI ad vitæ exitum (sic arbitror) sive a Catholicis coactus, seu sponte, incertum, secessit. Santabareni amicitia in primis fraudi illi damnoque fuit, veneficii ac præstigiatoris, multaque scelera alia in ficta sanctitatis specie tegentis. Sic Augustus putabat ; alii, in his ipse Augusti pater, in sanctissimis monachis numerare soliti erant. Sic sunt hominum judicia cum temporibus alternantia. Tametsi aliæ causæ afflictæ sunt, ut jure pelli videretur, illa exstitit verissima : pœnis scelerum agentibus divina vindicta, atque male occupati honoris conscientia dedere præcipitem, Stephano Augusti fratre in ejus locum subrogato. Is controversiæ inter Romanos et Constantinopolitanos pontifices, nobilis cum primis atque diuturnæ, exitus fuit. Is Photii pseudopatriarchæ casus. Adhuc, brevi tamen vitæ Photianæ scenam seu tragœdiam verius utcunque exhibui, qui bis patriarchatum per nefas, repugnante pont. max., pulso Ignatio, invasit, bis quoque abdicare coactus : privatus tandem et inglorius secedens perilt. Nunc elogium ejus, permistis tamen virtuti vitiis, e Niceta Paphlagone in Vita B. Ignatii patriarchæ apponam : Ἦν δὲ οὗτος ὁ Φώτιος οὐ τῶν ἀγενῶν τε καὶ ἀνωνύμων, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐγενῶν κατὰ σάρκα καὶ περιφανῶν, σοφίᾳ τε κοσμικῇ, καὶ συνέσει τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ στρεφομένων εὐδοκιμώτατος πάντων ἐνομίζετο. Γραμματικῆς μὲν γὰρ καὶ ποιήσεως, ῥητορικῆς τε καὶ φιλοσοφίας, ναὶ δὴ καὶ ἰατρικῆς, καὶ πάσης, ὀλίγου δεῖν, ἐπιστήμης τῶν θύραθεν. Τοσοῦτον αὐτὸ τὸ περιὸν, ὡς μὴ μόνον σχεδὸν φάναι τῶν κατὰ τὴν αὐτοῦ γενεὰν πάντων διενεγκεῖν, ἤδη δὲ καὶ πρὸς τοὺς παλαιοὺς αὐτὸν διαμιλλᾶσθαι. Πάντα γὰρ συνέτρεχεν ἐπ' αὐτῷ ἡ ἐπιτηδειότης τῆς φύσεως, ἡ σπουδὴ, ὁ πλοῦτος, δι' ὃν καὶ βίβλος ἐπ' αὐτὸν ἔρρει πᾶσα. Πλέον δὲ πάντων, ὁ τῆς δόξης ἔρως δι' ὃν αὐτῷ καὶ νύκτες ἄϋπνον περὶ τὴν ἀνάγνωσιν ἐμμελῶς πεφυλακότι. *Erat Photius homo minime obscurus aut ignobilis, sed claris et illustribus oriundus natalibus, rerumque civilium et politicarum usu prudentiaque et sapientia clarissimus ; grammaticæ quoque litteraturæ et carminis pangendi, dicendique laude, quin et philosophiæ et medicinæ, atque omnium prope liberalium disciplinarum externarum studio, cognitioneque tantopere floruit, ut ævi sui facile princeps haberetur : imo et cum veteribus jam posset componi. Omnia quippe confluxerant in illum : ingenium quædam, et naturæ vis et felicitas, opes, quibus sibi librorum omnium maximam copiam comparabat; et quod præ cunctis, gloriæ laudisque cupido, qua flagrans, totas noctes, ut lectioni assidue vacaret, insomnes ducebat.* Idemque Nicetas graphice eum vivisque coloribus depingit. Ex quo, scriptisque Græcorum omnium, ampliss. Cæsar card. Baronius, sacræ pater historiæ tomo *Annalium Ecclesiast.* X, sua est mutuatus. Equidem non sum adeo demens, mentisque inops, ut Photii vitia defendenda aut flagitia excusanda suscipiam. Jam enim judicatus est. Gravis certe ira odiumque atque ambitio, hominem cætera sæculi sui doctissimum, egerunt tandem præcipitem. Hinc illæ lacrymæ. Aula nimirum quæ multis hodieque mentem eripit, et infatuat, Photium quoque excæcavit, ut non injuria vetus poeta, nescio quis, aula exire, qui pius esse volet, suadeat.

Illud mihi in præsentia de *Bibliotheca*, quæ in manibus est, pace piorum præfari testariique liceat, scriptam a Photio videri, imo effici, dum Cæsaris legatum in Assyria agens, nondum patriarchatus dignitatem per nefas ambiit. Argumenta sunt principio de sacrarum imaginum cultu passim illum catholico ritu et sentire et prædicare, ut in Evagrio codice 29; in synodo Sidetana, cod. 52; in Clemente Alexandrino, cod. 110; in Lucio Charino, cod. 114; in Pierio, cod. 119; in Procopio Gazæo, cod. 160. Deinde, quod summos Rom. Ecclesiæ pontifices, sanctosque Occidentis Patres B. Leonem, Irenæum, Ambrosium, Augustinum, cæteros, hoc in opere honorifice semper appellet. Tertio quod initio septem enumeret synodos singularique tractatu, tom. I *Conciliorum*, octavam autem veram, qua restitutus in patriarchium Ignatius, Adriani II auctoritate, ac ne alteram quidem λῃστρικήν, cui ipse flagitiose præfuit, damnataque, ut diximus, est et explosa, nusquam hic nominet (citatur tamen, etsi præposteræ a Joanne Zonara, Theodoro Balsamone, et Gratiano in *Decretis*, c. 7, η. 1, c. *Hoc nequaquam* 45); jactaret haud dubie, prædicaretque, ut suo plerumque perire sorex indicio consuevit, ac tegere odii flammam præcordiis hærentem quin evomeret nequisset. Quidam tamen homines eruditi, quibus ut assentirer nondum mihi imperare potui, secessus opportunitate, cum iterum abdicare patriarchatu coactus esset, invitatum, ad scribendum accessisse arbitrantur, quo solatio litterarum animum curis gravem sustentaret, molestiasque omnes in librorum lectione et suavitate deponeret. Mihi vero, salva amicitia, verior sententia prior videntur. Tantum de scriptionis tempore, illud modo ἐν παρόδῳ adjiciam, centesimo amplius anno post Ignatii Photiique ævum, in eadem Byzantina sede resedisse Joannem Xiphilinum Trapezuntium, montis Olympi monachum, annis XI, mens. VII, cujus exstent Augustorum Vitæ e Dione Cassio; qui Dion ea in parte epitomes opera mutilatus intercidit, quemadmodum et T. Livius multo maximam partem abbreviatoris culpa, ut Justini compendio Pompeium

Digitized by Google

Trogum a stirpe amisimus. Post etiam Theodosio, cui Maximi cognomentum Nicetes tribuit, patriarcheium tenente, Eustathius Thessalonicensis episcopus, cum Manuele Constantinop. imperatore contentionem super Deo Mahometi habuit; cujus et in Homerum poetarum prope Deum, et Dionysii Afri περιήγησιν explicationes uberes, et multiplici doctrina refertas hodieque legimus, non autem Photius, ut ætate prior. Poetas cæteroquin, quos hoc in opere non attigit haud præteriisset, nisi quod fabulosas narrationes, quæ ad historiam pertinere videantur, delibavit. Redeo a diverticulo domum. Demus scelestissimum mortalium Photium exstitisse, turbasse Orientis Ecclesiam, ad defectionemque in προεδρίας contentionem Græcos primum sollicitasse, quandoquidem vero nullum in hoc opere ejus criminis vestigium appareat, contra plurima occurrant, quæ scriptorum nemo ne attigit quidem, nedum pertractavit, quæ, obsecro, invidia sit repudiare omnino, ac rejicere, et ne digito quidem tangere velle, cum acerrimos fidei Christianæ perduelles Porphyrium, Lucianum, Eunapium, et Zosimum legamus. Hic vero Ecclesiæ orthodoxæ capitum Rom. pontificum encomia reperies, beatorum Cœlestini, Leonis, ac Gregorii : ut et Latinorum Patres Ambrosios, Augustinos, alios, laudari diximus. Hæreses, sectariosque passim, ut diris devotos exsecrandosque, fugiendos Photius monet : Eunomios, inquam, Novatianos, Basilium Cilicem, Philostorgium Arianum, ipsumque adeo scelesti Arii caput.

Offenditur quoque non nemo titulo *Bibliothecæ*, in speciem arrogantiore. Neque enim volumen unum bibliothecam, ut nec mortalium unum, collegium efficere de plano pronuntiat. Reprehendat alius Μυριόβιβλον, inscribi, ac veluti in limine quod aiunt impingat. At meminerit, ut *sexcentos* Romane, sic et Græce mille pro infinitis dicis gratia adhiberi. Priori vero respondeo, si veterum exempla requirat (recentium enim bibliothecarum pleni sunt omnes omnium plutei, plena pulpita), Apollodori Atheniensis se Photius ac Diodori Siculi auctoritate, qui et sic inscribunt, tueatur. Cæterum justius titulum hunc foribus appendit : quod, cum fabulosas deorum hominumque narrationes venditent, hic sacros juxta ac profanos scriptores homo Christianus, jucunda quadam vicissitudine tædium omne levante, partim recenseat sigillatim, judiciumque ferat, partim Excerpta accurate exhibeat librorum, qui temporibus interciderunt : Βιβλιοθήκην jure indigitando, quod Ægypti reges librorum optimorum cumulum *Ψυχῆς ἰατρεῖον, Animi medicinas*, teste Diodoro, nominarint, et Asinius Pollio apud Plinium Romæ bibliothecam dedicando, ingenia hominum rem publicam fecerit. Hoc autem in genere titulorum sudatum antiquitus, ut, quod in mercibus vinoque solet, edera appensa labor commendaretur. Tironis Tullii vigiliæ, quæque exstant prudentium in jure responsa, pandectæ, inscripti. Omnigenam historiam, copiæque cornu Phavorinus, Hesychius illustris atque Ælianus sua nuncupant. Cestum seu a deæ balteo, sive a pugilum armis, Julius Africanus et Celsus, in quem styli acumen Origenes strinxit, scripta nominarunt, qui et Origenes *Stromata* scripserat, ut *Stromatea* Clemens Alexandrinus ab argumento varie picto, stragulisque belluati operis, quibus Themistocles hominis sermonem comparare solitus. B. Cyrillus Alexandrinus, et ipse Glaphyra suum in Pentateuchum, et alterum περὶ ὁμοουσίου Commentarium librorum quatuordecim *Thesaurum* nominavit (quales esse libros omnes Domitius Piso ante exoptarat). Ut et novem Musarum nominibus Herodotus et Cephalion apud hunc ipsum Photium scripta distinxerunt. Taceo, prudens; sunt enim prope innumerabiles reliquos, qui titulis operi additis mira varietate inserunt, tantumque sibi indulgendum rati, quantum sua quisque miraretur ac prædicaret. Neque libris modo *Bibliothecæ* titulus datus, sed hoc amplius, et hominibus, ut Dionysium Longinum rhetorem Eunapius Sardianus ἔμψυχον βιβλιοθήκην, *spirantem Bibliothecam vivumque adeo Musæum* appellare non dubitat.

Verum de veterum Græcorum Romanorumque bibliothecis non describo, scrinia compilans, otioque abutens, quæ nuper Belgii ocellus Lipsius noster diserte ad nobiliss. virum Carolum Croium disseruit; Analecta duntaxat corollarii vice damus.

Missis itaque Paulo Æmilio, L. Corn. Sulla et L. Lucullo librorum servandorum (ut generosos maxime homines decuit, semperque decebit) studiosis, T. Pomponius Atticus elegans et ipse Romanos inter et splendidus bibliothecam instruens Hermathenis, aliisque statuis atque imaginibus ornavit. Quin et de imaginibus in bibliothecis collocari solitis, paucis est versibus commentatus. Ad quem et animo fratris loco conjunctissimus M. Tullius : « Libros, inquit, tuos conserva, et noli desperare eos meos facere posse : quod si assequor, supero Crassum divitiis, atque omnium vicos et prata contemno. » Quid? prætereo Asinii Pollionis illam e Dalmatarum manubiis publicatam Romæ bibliothecam, Cæsarum quoque a C. Julio inchoatam, perfectamque ab Augusto, Octaviam ac Palatinam sileo, Trajani præterea Ulpiam. Adrianus enim imp. Pompeiano et Commodo coss. cum insignes et plurimas ædes Athenis Atticis fecisset, et agonem instituisset, si fastis Cassiodori fides, bibliothecam miri operis exstruxit. Juliani adhæc, τοῦ παραβάτου, cætera eruditi, in libris colligendis studium exstitit. Testis ipse locuples Epist. ad Ecdicium Ægypti præfectum : Ἄλλοι μὲν ἵππων, ἄλλοι δὲ ὀρνέων, ἄλλοι θηρίων ἐρῶσιν · ἐμοὶ δὲ βιβλίων κτήσεως ἐκ παιδαρίου δεινὸς ἐντέτηκε πόθος. *Quidam equis, alii avibus, nonnulli feris voluptatem capiunt; ego jam inde a puero librorum cupiditate flagravi.* Hujus Augusti Bibliothecam vicissim Jovianus, hortante conjuge, et adjutante Theophilo eunucho, ringenti-

Digitized by Google

bus interim Antiochenis, ut auctor est Suidas, cremavit. Externa quid commemorem, Ægyptios, et Attalicos reges colligendis libris magnificos? notum Ptolemæum Philadelphum septingentorum millium librorum cumulum contulisse, qui cumulus Alexandrino, proh dolor! tumultu conflagravit. Ecquis adeo in litteris hospes, qui LXX interpretum sacras Litteras ex Hebræo ejusdem jussu vertentium historiam ignoret? Tacitus tamen sine flagitio præterire non possum, quantum studii in conquirendis libris regio atque heroico animo idem Ptolemæus posuerit, ut est a Galeno medicorum principe lib. I *De natura hominis*, rursumque lib. III *Epidem.* Hippocratis memoriæ proditum, Atheniensibus nimirum, frumenti inopia annonæque charitate laborantibus, non prius frumentum concessisse (quod esset Ægyptus Græciæ, ut Sicilia Italiæ fertilitate sua horreum) quam tragicorum principum Æschyli, Sophoclis atque Euripidis describendorum copiam fecissent. In qua quidem re ea fide versatum, ut præter vectigalium immunitatem, XV talenta iisdem pignori dederit, quam quidem pecuniam post libens volensque dono misit, et exempla descripta remisit. Nam de Aristotelis Peripateticæ scholæ principis ac Theophrasti bibliotheca a Neleo Corisci F. coempta, et hæredibus, ne ab Attalicis regibus auferretur, humi defossa, quia nuper in Parallelis disseruimus, verbum non addam. Clearchi quoque Heracleæ Ponticæ primi tyranni, ejus qui Platonis et Isocratis auditor exstitit, bibliotheca a Memnone apud hunc ipsum Photium mire prædicatur, cujus laudis adorea cæteros omnes tyrannos longo post se reliquerit intervallo. Sed unde digressi paululum, eo redeamus. Tumultuarium quidem opus, ne quid taciturnitate prævaricari videar, Photianam hanc *Bibliothecam* exstitisse hæc indicant; eadem sæpe repetita, hiatus interdum, atque hiulca loca, neglectus stylus, rejecta denique in alteram operis partem librorum, quos jam recensuerat, excerpta longiora. Ad oram quoque nonnulla collocata; et, quod mireris, eosdem libellos κατὰ πόδας, pene repetitos, ut Dionysii Ægei *Dictyaca*, Hieroclis et Himerii aliorumque non pauca, prorsus ut credam Photium memoria sua juvanda potius quam ut cæteris promiscue prodesset, hoc opus consarcinasse, aut certe postremam manum non adjecisse, lima nitidiori opere futuro. Aulicis nimirum negotiis, atque ambitione transversim raptum, mentem alio, alio aures divisisse.

Hactenus de Photii vita, et *Bibliotheca* lectorum librorum: restat ut cætera ejus scripta in vulgus edita, quo vel in hoste virtutem miremur, recenseam. Scripsit in B. Pauli Epistolas Commentarium: unde pleraque hausta in Catenam suam Œcumenius transtulit, ut non contemnendum theologum agnoscas: quod eo gratior doctis hominibus (qui eo se adjutos in Paulo explanando fateantur ingenue) labor hic exsistat, quo difficiliores in iis epistolis nodos occurrere B. Petrus apostolatus collega pronuntiavit. Exstant et Photii opera *Canones apostolorum, conciliorumque veterum leges sacrosanctæ* in volumen unum corpusque collecta, distinctaque capitibus, quod et *Nomocanona* nominavit, opus spissum et varium, multæque lectionis, visiturque Græce in Germaniæ bibliothecis; quod Theodorus Balsamon illustrandum censuit, verteruntque Latine Gentianus Hervetus, homo Gallus, itemque Belga Henricus Agylæus. Qualem inter Latinos diligentiam Burchardus Vormatiensis, Ivo Carnotensis, ac Gratianus monachus imitati sunt longo intervallo, haud minore operæ pretio. Edidit et septem œcumenicorum conciliorum acta, visunturque principio conciliorum tomis digestorum, quæ Græce in Belgicis bibliothecis calamo exarata asservantur. Epistolæ ejus in Augustana bibliotheca habentur. Encyclicam ad patriarchales Orientis sedes, sive ejus est, seu Sisinnii, ut quidam putant, apostolica sedes, ut et prædatoriam ejus synodum, merito damnat. Exstat item epistola ad Michaelem Bulgarorum principem, a Franc. Turriano Societatis nostræ eruta, Latineque reddita, ut et *sex dissertationes de divinitate et incarnatione*, leguntur que tomo V *Lectionum Antiq.* Henrici Canisii jureconsulti clariss. Huc accedunt et ejusdem Photii *Tractatus de voluntatibus in Christo*, quæ dicuntur γνωμικὰ θελήματα eodem Turriano interprete. Sed jam vela contrahamus, et Photium scriptores varie recensentem audiamus; linguis animisque favete.

—

Facultas R. P. Provincialis Societatis Jesu, per superiorem Germaniam.

Hanc Photianæ Bibliothecæ ex Græco versionem, interprete P. Andrea Schotto, Societatis nostræ sacerdote, ab aliquot Patribus Græcarum litterarum peritis visam et probatam, ego Georgius Roseffius, Societatis Jesu per Germaniam superiorem provincialis, potestate mihi ab admodum R. P. N. generali Claudio Aquaviva concessa, typis mandari permitto: cui rei hoc testimonio manu mea subscripto, et sigillo munito, fidem facere volui. Augustæ, Kalendis Septembris. Anno MDCV.

GEORGIUS ROSEFFIUS.

—

Digitized by Google

INDEX AUCTORUM BIBLIOTHECÆ PHOTIANÆ

ALPHABETI SERIE ET CODICUM NUMERO ASCRIPTO.

A

Achilles Tatius. De rebus Leucippes et Clitophontis libri VIII, cod. LXXXVII.

Acta disputationis hæreticorum, coram Joanne patriarcha Constantinopolitano, cod. XXIV.

Adriani Isagoge S. Scripturæ, cod. II.

Adriani declamationes, cod. C.

Ænesidemi Ægei de Pyrrhoniis libri VIII, cod. CCXII.

Æschinis orationes III et epistolæ XI, cod. LXI et CCLXIV.

Actii Amideni operis medici libri XVI, cod. CCXXI.

Agatharchidæ Histor., cod. CCXIII. Inde excerpta, cod. CCL.

Alexandri Admirabilium collectio, cod. CLXXXVIII.

Amyntianus in Alexandrum M. et alia, cod. CXXXI.

Andocidæ orationes, cod. CCLXI.

Andronicianus contra Eunomianos, cod. XLV.

Anonymus contra Judæos et Quartadecimanos, cod. CXV.

Anonymi testimoniorum de Christo e gentium scriptis libri XV, cod. CLXX. — Pythagoræ Vita cod. CCXLIX. — S. Gregorii Vita, cod. CCLII. — Martyrium VII puerorum sub Decio, cod. CCLIII. — Martyrium Timothei apostoli, cod. CCLIV. — Martyrium S. Demetrii, cod. CCLV. — Acta SS. Metrophanis et Alexandri, cod. CCLVI. — Vita et martyrium Pauli episc. Constantinop., cod. CCLVII. — Vita et certamen magni Athanasii, cod. CCLVIII.

Antiphontis Atheniensis rhetoris orationes, cod. CCLIX.

Antonii Diogenis Incredibilium de Thule insula libri XXVI, cod. CLXVI.

Aphthonii Sophistæ declamationes, cod. CXXXIII.

Apologiæ de Origene et ejus dogmatibus libri V, cod. CXVII.

Apollinarius Hierapolita De pietate et veritate adversus gentes, cod. XIV.

Apollodori grammatici Bibliotheca, cod. CLXXXVI.

Appiani Alexandrini Historiæ Romanæ libri XXIV, cod. LVII.

Aristidis oratio Panathenaica, cod. CCLVI. — Ejusdem orationes quatuor pro rhetorica, cod. CCXLVII. — Ejusdem oratio pro Quatuorviris, cod. CCXLVIII.

Arriani Parthica et in Epictetum sermones, cod. LVIII. — Ejusdem de Alexandri M. rebus gestis libri VII, et Indica, cod. XCI. — De rebus post Alexandrum gestis libri X, cod. XCII. — Ejusdem Bithynica, cod. VIII et XCIII. — Ejusdem Gesta Dionis ac Timoleontis in Sicilia, cod. XCIII.

Asterii Amasiæ episc. homiliæ variæ : 1. Sermo de pœnitentia ; 2. In Stephanum protomartyrem ; 3. De eo qui in latrones incidit ; 4. de Pharisæo et Publicano ; 5. De Zacchæo ; 6. De filio prodigo ; 7. De centurionis servo ; 8. De jejunio ; De cæco a nativitate ; 10. De Jairo, et muliere sanguinis profluvio laborante, cod. CCLXXI.

Athanasii (S.) epistolæ, cod. XXXII. — Ejusdem in Ecclesiasten, et Cantica canticorum commentarius, cod. CXXXIX. Ejusdem contra Arium libri V, cod. CXL.

Auctoris incerti de sacro Paschæ festo volum. III, cod. CXVI.

B

Basilii Cilicis Eccles. Historiæ libri III, cod. XLII. — Ejusdem contra Joannem Scythopolitam libri XVI, cod. CVII.

Basilii Magni confutationis Eunomii hæretici libri III, cod. CXXIX. — Ejusdem Asceticæ, cod. CXLIV et CXCI. Ejusdem Hexaemeron, cod. CXLI. — Item orationes ethicæ, cod. CXLII. — Epistolæ, cod. CXLIII.

Basilii Seleuciæ episc. orationes XV. Et Vita primæ martyris Theclæ, cod. CLXVIII.

Boethi vocum Platonicarum Collectanea, cod. CLIV. — Ejusdem de dubiis apud Platonem vocibus opusculum, cod. CLV.

C

Caius presbyter De universo, cod. XLVIII.

Cæsarii capita ecclesiastica, cod. CCXX, CCX.

Candidi Historiarum libri III, cod. LXXIX

Cassiani monachi Regulæ monachorum Ægypti, De octo (vitiosis) cogitationibus, libellus trium collationum, cod. CXCVII.

Cephalæonis Musæ, sive historiæ epitomes libri IX, cod. LXVIII.

Charini (L.) Periodi apostolorum, cod. CXIV.

Choricii Sophistæ declamationes variæ, cod. CLX.

Christianorum liber, Octateuchi expositio libris XII, cod. XXXVI.

Chrysippi Hierosolymorum presb. historia de Gamaliele et Nicodemo, cod. CLXXI.

Chrysostomi. *Vide* Joannis.

Clementis Alexandrini presb. scripta, et Hypotyposeon sive disputationum libri VIII, cod. CIX. — Ejusdem liber contra gentes, et Pædagogi libri III, cod. CX. — Ejusdem Stromatei libri VIII, cod. CXI.

Clementis Rom. pontificis Constitutiones apostolorum, Recognitiones et alia, cod. CXII et CXIII. — Ejusdem Epistolæ ad Corinthios II, cod. CXXVII.

Cononis in Philoponum invectiva, cod. XXIII.

Cononis narrationes L, cod. CLXXXVI.

Ctesiæ Cnidii Persicarum rerum libri XXIII. — Ejusdem fragmenta — Ejusdem Indicorum liber, cod. LXXII.

Digitized by Google

Cyrilli (B.) Alexandr. contra Nestorium libri v, codd. XLIX, et CLXIX. Ejusdem Thesaurus, cod. CXXXVI. Epistolæ variæ ac Scholion de incarnatione Unigeniti, cod. CLXIX.

D

Damascii Incredibilium libri IV, cod. CXXX. De Vita Isidori, cod. CCXLII.

Demosthenis orationes, cod. CCLXV.

Dexippi De rebus post Alexandrum gestis libri IV. — Epitome historica usque ad Claudii imperium et Scythica, cod. LXXXII

Diadochi Photicæ veteris Epiri episc. definitiones X, et capita C, cod. CCI.

Dinarchi orationes, cod. CCLXVII.

Diodori Lexicon e decem oratoribus, cod. CL.

Diodori Siculi Historiarum libri XL, cod. LXX. Indeque excerpta, cod. CCXLIV.

Diodori Tarsensis episc. varia de Spiritu sancto argumenta, cod. CII. — Idem contra fatum, cod. CCXXIII.

Diogenis Antonii. *Vide* Antonii.

Dionis Cassii Historiarum libri XXX, cod. LXXI.

Dionis Chrysostomi orationes LXXX, cod. CCIX.

Dionysii Ægei Dictyaca, codd. CLXXXV et CCXI.

Dionysii Halicarnassei Historiarum libri XX, cod. LXXXIII. Ejusdem historiarum synopseos libri V, cod. LXXXIV.

Ælii Dionysii Halicarnassei dictionum Atticarum libri X, cod. CLII.

Dorothei de vocibus externorum more usurpatis libellus, cod. CLVI.

E

Ephræm (S.) patriarchæ Theopolitani orationes variæ, cod. CCXXVIII.

Ephraim Syri homiliæ XLIX, cod. CXCVI.

Epiphanii (S.) Panariorum libri VII, cod. CXXII. — Ejusdem Ancoratus, cod. CXXIII. — Ejusdem de mensuris et ponderibus liber, cod. CXXIV.

Evagrii Scholastici ecclesiast. Hist. libri VII, cod. XXIX.

Eudociæ Augustæ metaphrasis metrica in Octateuchum, cod. CLXXXIII. — Ejusdem metaphrasis metrica in Zachariam et Danielem prophetas, et in B. Cyprianum martyrem, lib. III, cod. CLXXXIV.

Eugenii in Philoponum invectiva, cod. XXIII.

Eulogii Alexandrini archiepisc. contra Novatianos libri V, cod. CCVIII. — Indeque excerpta, cod. CCLXXX. — Ejusdem contra Severum et Timotheum hæreticos lib., cod. CCXXX. — Item contra Theodosium et Severum hæreticos Acephalos liber, cod. CCXXVI. — Ejusdem oratio invectiva in Theodosianos et Cainitas cod. CCXXVII. — Ejusdem orationes XI, cod. CCXXX.

Eunapii Chronicorum post Dexippum libri XIV, cod. LXXVII.

Eunomii hæretici libellus, cod. CXXXVII. — Ejusdem refutationis B. Basilii libri III. Item epistolæ XL, cod. CXXXVIII.

Eusebii declamationes cod. CXXXIV.

Eusebii Cæsariensis episc. scripta pleraque, codd. IX, X, XI, XII, XIII. Ejusdem Ecclesiast. historiæ libri X, cod. XXVII. — Item contra Hieroclem, cod. XXXIX. Ejusdem Apologiæ pro Origene libri VI, cod. CXVIII. — Ejusdem de Vita Constantini Magni libri IV, cod. CXXVII.

Eusebii episcopi Thessalonicæ contra Andream quemdam inclusum libri X, cod. CLXII.

Eustratii Magnæ eccles. presb. de animis vita functorum tractatus III, cod. CLXXI.

Exemplar actorum ab Occidentis episcopis contra Nestorianos et Pelagianos, cod. LIV.

G

Galenus de sectis medicorum, cod. CLXIV.

Gelasius Cyzicenus Cæsareæ Palæstinæ episc., synodi primæ scriptor, cod. XV. — Ejusdem Hist. Ecclesiast. libri III, cod. LXXXVIII. — Ejusdem prooemium in additamentum ad Ecclesiast. Historiam Eusebii Pamphili, cod. LXXXIX. — Ejusdem liber contra Anomœos, cod. CII.

Georgius episc. Alex. de Vita B. Chrysost. cod. XCVI.

Germani patriarchæ CP. Apologia pro Gregorio Nysseno, cod. CCXXXIII.

Gregorii Nysseni pro S. Basilio fratre contra Eunomium opera duo, codd. VI et VII.

H

Heliodori Æthiopicῶν libri X, cod. LXXIII.

Helladii Besantini Chrestomathiæ, codice CCLXXIX.

Helladii Lexicon, cod. CXLV ; forte ejusdem.

Heracleani episc. Chalcedonis contra Manichæos libri XX, cod. LXXXV.

Hermias Sozomenus. *Vide* Sozomenus.

Herodiani Historiarum libri VIII, cod. XCIX.

Herodoti Halicarnassei Historiarum libri IX, cod. LX.

Hesychii Illustris Milesii omnigenæ atque Romanæ historiæ libri VI. — Item res a Justino seniore imp. gestæ, cod. LXIX.

Hesychii presb. Constant. in æneum serpentem sermones IV, cod. LI.

Hesychii presb. Hierosolym. Encomium in S. Thomam apostolum, cod. CCLXIX. — Item in Jacobum et Davidem psalmographum, cod. CCLXXV.

Hieroclis de providentia et fato libri VII, cod. CCXIV. — Ejusdem de Providentia excerpta cod. CCLI.

Himerii Sophistæ declamationes, cod. CLXV. Indeque excerpta, cod. CCXLIII.

Hippolyti libellus contra hæreses, cod. CXXI.

Hippolyti episc. et mart. Interpretatio Danielis, et homilia de Christo et Antichristo, cod. CCII.

Hyperidis orationes, cod. CCLXVI.

I.

Irenæi adversus hæreses libri V, cod. CXX.

Isæi orationes LXIV, cod. CCLXIII.

Digitized by Google

Isidori Vita *Vide* Damascius.

Isocratis orationes XXI indeque excerpta, cod. CCLX. — Et epistolæ IX, cod. CLIX. Ejusdem ad Archidamum epistola nunc primum edita, *ibid.*

J

Jamblichi de rebus Rhodanis et Sinonidis libri XVI, cod. XCIV.

Joannis Carpathii consolatorius ad Indiæ monachos centum capitum, cod. CCI.

Joannis (S.) Chrysostomi in mortem et ascensionem Christi, itemque in Pentecosten orationes XXV. — Ejusdem epistolæ ad Olympiadem et alios, cod. LXXXVI. Ejusdem homiliarum in Genesin volumina tria, cod. CLXXIII, CLXXIII, CLXXIV. Ejusdem oratio in S. Paulum, cod. CCLXX. — Et in XL martyres, cod. CCLXXIV. Homiliæ, de Spiritu sancto ; in Natalem Christi ; in dictum, *Sufficit tibi gratia mea*, et, *Si qua ergo in Christo nova creatura ;* De pœnitentia, cod. CCLXXVII.

Joannis Moschi Pratum, sive Hortulus novus, cod. CXCIX.

Joannes Philoponus de resurrectione, cod. XXI. — Idem in Hexaemeron, cod. XLIII. — Indeque excerpta, cod. CCXL. — Et contra quartam synodum, LV — Ejusdem libellus contra Joannem patriarcham CP., cognomento Scholasticum, cod. LXXV. Idem contra Jamblichi opus de simulacris, cod. CCXV.

Joannis presbyteri Ægeatæ Eccles. historiæ libri V, cod. XLI. — Idem contra quartam synodum, cod. LV.

Joannis Scythopolitæ contra Eutychianos libri XII, cod. XCV.

Joannis Stobæi Eclogarum, Apophthegmatum, et vitæ præceptionum libri IV, cod. CLXVII.

Jobij monachi Commentarii de Verbo incarnato libri IX, capita XLV, cod. CCXXII.

Josephus et Caius presbyter De universo, cod. XLVIII.

Josephi Judæi De bello Judaico libri VII, cod. XLVII. — Ejusdem Antiquitatum Judaicarum libri XX, cod. LXXVI. — Et excerpta cod. CCXXXVIII.

Juliani Lexicon e decem oratoribus, cod. CL.

Julii Africani historia et alia, cod. XXXIV.

Justi Tiberiensis Judæorum regum Chronicon, cod. XXXIII.

Justini martyris Apologia pro Christianis, quæstiones, et alia, cod. CXXV.

L

Leontii episc. Arabissi sermo de creatione et Lazaro redivivo, cod. CCLXXII.

Lesbonactis orationes politicæ, cod. XVI ; apud Themistium, cod. LXXVI.

Lexicon puræ Ideæ, gravis styli, sermonis politici, cod. CXLVI, CXLVII, CXLVIII.

Lexica varia in decem Græc. oratores, a cod. CXLV usque CLIX.

Libanii sophistæ orationes et epistolæ, cod. XC.

Lucii Patrensis Metamorphoses, cod. CXXIX.

Luciani opera varia, cod. CXXIX.

Lycurgi orationes. cod. CCLXVIII

Lysiæ orationes, cod. CCLXII.

M

Malchi Sophistæ Byzantinæ historiæ libri VII, cod. LXXVIII.

Marci monachi Asceticorum libri VIII ; et adversus Melchisedecitas lib. I, cod. CC.

Martyrium. *Vide* Anonymi.

Maximi declamationes, cod. CXXXV.

Maximi (B.) monachi et confessoris quæstionum e sacra Scriptura CLXIV solutiones, cod. CXCII. — Ejusdem epistolæ XXVII, cod. CXCIII. — Ejusdem liber asceticus, et centuriæ de dilectione, cod. CXCIII. — Ejusdem epistola ad Georgium Eparchum : Theologicorum Moraliumque capitum centuriæ sive libri II, et epistolæ V, cod. CXCIV. — Ejusdem epist. ad Marianum et Dialogus cum Pyrrho de duabus in Christo voluntatibus, cod. CXCV.

Memnonis historica excerpta de Heracleæ Ponticæ tyrannis, cod. CCXXIV.

Methodii (S.) episc. et mart. liber de resurrectione, cod. CCXXXIV.—Ejusdem de creatis, cod. CCXXXV. — Item de libero arbitrio, cod. CCXXXVI. — De castitate, cod. CCXXXVII.

Metrodori calculus paschalis, cod. CXV.

Modestus archiepisc. Hierosolym. in Marias unguenta ferentes et Hypapanten, cod. CCLXXV.

Mœridis Atticista, cod. CLVII.

N

Nicephori (S.) patriarchæ Constant. Historica epitome, cod. LXVI.

Nicias monachus contra Philoponum. Severum, et contra gentes, cod. L.

Nicomachi Gerasini theologiæ arithmeticæ libri II, cod. CLXXXVII.

Nili monachi de oratione capita CLIII, cod. CCI. — Ejusdem orationes in resurrectionem et ascensionem Domini, cod. CCLXXVI.

Nonnosi Historia legationum, cod. III.

O

Olympiodori Historiarum libri XXII, cod. LXXX.

Oratores (in) decem Græciæ Lexica varia, a cod. CXLV usque ad CLIX.

Oribasii medici Galeni compendium ad Julianum imp., cod. CCXVI. — Ejusdem medicinalium collectorum ad Julianum imp. libri LXX, cod. CCXVII, — Ejusdem compendium ad Eustathium filium libri IV, cod. CCXVII.—Ejusdem ad Eunapium libri IV, cod. CCXIX.

Origenis De principiis libri IV, cod. VIII.

P

Palladii declamationes, cod. CXXXII.

Pamphili martyris Apologiæ pro Origene libri V, cod. CXVIII.

Digitized by Google

Pamphilæ Historiæ miscellæ libri VIII, cod. CLXXV.

Pausaniæ Lexicon, cod. CLIII.

Philippi Sidetæ Christianæ historiæ libri XXIV, cod. XXXV.

Philonis Judæi legum sacrarum Allegoria et viri civilis vita, hoc est, de Joseph., cod. CIII. — Ejusdem Essenorum et Therapeutarum vivendi ratio, cod. CIV. — Ejusdem Caius imp. reprehensus et Flaccus reprehensus, aliaque scripta, cod. CV.

Philostrati Tyrii de vita Apollonii Tyanei libri VII, cod. XLIV. — Indeque excerpta, cod. CCXII. Ejusdem Lexicon e decem oratoribus, cod. CI.

Philostorgii Ecclesiasticæ Historiæ libri XII, cod. IX.

Phlegontis Tralliani Olympicorum et Chronicorum collectio, cod. XCVII.

Phrynichi Arabii apparatus oratorii libri XXXVI, cod. CLVIII.

Pierii presb. scriptorum libri XII, cod. CXIX.

Plutarchi vitæ Parallelæ, cod. CCXLV.— Ejusdem vitæ decem Græciæ oratorum a cod. CCLIX ad CCLXIX.

Pollionis Lexicon, cod. CXLIX.

Polycarpi mart. Epistola ad Philippenses, cod. CXXVI.

Praxagoræ Atheniensis de rebus Constantini Magni libri duo Ionica dialecto, cod. LXII.

Procli Chrestomathia de Poetica, cod. CCXXXIX.

Procopii Cæsariensis rhetoris Historiarum libri VIII, cod. LXIII.

Procopii Gazæi Homericorum versuum metaphrases, cod. CLX.

Procopii Sophistæ Scholæ commentariorum in Octateuchum, et in libros Regum ac Paralipomena, cod. CCVI. — Idem in Isaiam prophetam, cod. CCVII.

Provinciarum imperii post Alexandri Magni obitum divisio a variis facta, ex Arriano, Dexippo, Justino et Q. Curtio cod. LXXXII.

Ptolemæi Hephæstionis Novarum historiarum libri VI, cod. CX.

R

De republ. libri VI, cod. XXXVII.

S

Sergii confessoris historia, cod. LXVII, CLXI.

Socratis Eccles. Historiæ libri VII, cod. XXVIII.

Sopatri excerptorum variorum libri XII, cod. CLXI.

Sophronii pro sancto Basilio adversus Eunomium, cod. V.

Sophronii patriarchæ Hierosolym. synodica epist. cod. CCXXXI.

Sotion De fluminibus, etc. cod. CLXXXIX.

Sozomeni Histor. Eccles. libri IX, cod. XXX.

Stephanii Gobari Tritheitæ hæretici Oppositarum quæstionum liber, cod. CCXXXII.

Synesii Cyrenæi scripta, cod. XXVI.

Synodus III, IV, V, VI, VII ; codd. XVI, XVII, XVIII, XIX, XX.

Synodus Sidetana, aliaque contra Messalianos, cod. LII.

Synodus ad Quercum illegitima contra B. Joan. Chrysostomum, cod. LIX.

T

Themistii in Philoponum invectiva, cod. LXXIII. —Ejusdem orationes civiles XXXVI, cod. LXXIV. — Ejusdem Apologia pro S. Theophobio, cod. CVIII.

Theodorus Tarsensis. *Vide* Diodorus.

Theodorus presb. de scriptis S. Dionysii Areopagitæ, cod. I.

Theodori Antiocheni pro S. Basilio adversus Eunomium libri XXV, cod. IV.— Ejusdem interpretatio Geneseos, cod. XXXVII.

Theodori monachi Alexandrini adversus Themistium libri III, cod. CVIII.

Theodori Mopsuestiæ de Persarum magia libri III, cod. LXXXI.

Theodoreti Histor. Eccles. libri V, cod. XXXI. — Ejusdem contra hæreticos libri XXVII, cod. XLVI. —Rursumque quinque, cod. LVI. — Et Eranistæ libri III, cod. XLVI. — Ejusdem interpretatio Danielis, Octateuchi expositio, et in libros Regum ac Paralipomenon, cod. CCLV. — In XII prophetas minores, cod. CCV. — Item in S. Joan. Chrysostomum libri V, cod. CCLXXII.

Theodosius monachus contra Joan. Philoponum, cod. XXII.

Theognosti Alexandr. et sacrorum librorum interpretis, Hypotyposeon libri VII, cod. CVI.

Theonis archiatri Alexandrini Homo, cod. CCXX.

Theophanis Byzantii Historiarum lib. X, cod. CCIII.

Theophrastus de animalibus quæ colores mutant. — De nervorum resolutione. — De animi defectione. — De vertigine. — Quare cruda ova converti non possint. — De lassitudine. — De animantibus quæ cum copia visuntur. — De animantibus quæ invidia laborare falso dicuntur.— De sudoribus. — De apibus, cod. CCLXXVIII.

Theophylacti Simocattæ Historiarum libri VIII, cod. LXV.

Theopompi Historiarum libri LIII, cod. CLXXVI.

Timæi Lexicon vocum Platonicarum, cod. CLI.

V

Victorini Lampadii F. orationes consulares, cod. CI.

Vindanii Anatolii Beryti Collectaneorum de agriculturæ disciplina libri XII, cod. CLXII.

Vitæ SS. Patrum qui magni Antonii tempore floruerunt, cod. CXCVIII.

Z

Zosimi comitis Historiarum libri VI, cod. XCVIII.

Digitized by Google

AUCTORUM PHOTIANÆ BIBLIOTHECÆ SERIES

CLASSIBUS ET ALPHABETO DISTINCTA.

Philologi, Grammatici et Lexicographi.

Apollodorus Athen. cod. CLXXXVI. — Boethus, CLIV, CLV.—Diodorus, CL.—Ælius Dionysius Halicarnasseus, CLII. — Dorotheus, CLVI. — Helladius Besantinous, CXLV. — Julianus, CL.— Mœrides, CLVII.—Pollio, CXLIX.—Pausanias, CLIII.—Phrynichus Arabs, CLVIII.—Sopater, CLXI.—Timæus, CLI.

Metrica

Eudociæ Centones Homerici, CLXXXIII, CLXXXIV, — Procli Chrestomathia, CCXXXIX. — Procopii Gazæi Homerica metaphrasis CLX.

Oratores.

Andocides, CCLXI. — Æschines, LXI, CCLXIV. — Dinarchus, CCLXVII.— Isocrates, CLIX, CCLX. Lysias, CCLXII. — Antiphon, CCLIX. — Demosthenes, CCLXV. — Hyperides, CCLXVI. — Isæus, CCLXIII. — Lycurgus, CCLXVIII. — Aphthonius sophista, CXXXIII. — Aristides CCLVI, CCXLVII, CCXLVIII. — Choricius sophista, CLX. —Dion Chrysostomus, CCXI.— Eusebius CXXXIV. — Adrianus imper. C. — Himerius, CLXV, CCXLIII. — Lesbonactes XVI. — Libanius sophista, XC. — Lucianus Samosatensis, CXXIX. — L. Malchus Sophista, LXXVIII.—Palladius, CXXXII. — Victorinus Lampadius. CI.

Historici sacri

Basilius Cilix, XLII. — Charinus CXIV. — Chrysippus presb. CLXXI. — Evagrius, XXIX. — Eusebius XXVII, CXXVII. — Eustratius, CLXXI, — Georgius Alex, episc. XCVI. — Hermias Sozomenus, XXX. — Hesychius Illustris, LXIX. — Joan. presb, Ægeates XLI.— Joan. Moschus, CXCIX. —Fl. Josephus Judæus, XLVII, LXXVI, CCXXXVIII. — Metrodorus, CXV. — Nicephorus, LXVI. — Philippus Sideta, XXXV.— Philo Judæus, CIII. — Philostorgius, XL. — Sergius CLXI. — Theodoretus, XXXI.—Theophanes Byzantius, LXIV, CCIII.

Profani.

Agatharchides, CCXIII, CCL. — Alexander, CLXXXVIII. — Amyntianus, CXXXI. — Antonius Diogenes, CLXVI. — Appianus, LVII. — Arrianus, XCI, XCII, XCIII. — Candidus, LXXIX. — Cephalæon, LXVIII. — Conon, CLXXXVI. — Ctesias Cnidius, LXXII. — Dexippus, LXXXII. — Diodorus Siculus, LXX, CCXLIV. — Dion Cassius, LXXI. — Dionysius Halicarnasseus, LXXXIII, LXXXIV. — Eunapius, LXXVII, — Heliodorus, LXXIII. — Herodianus, XCIX. — Herodotus Halicarnasseus, LX. — Julius Africanus, XXXIV. — Justus Tiberiensis, XXXIII. — Memnon, CCXXIV. — Nonnosus, III. — Olympiodorus, LXXX. — Pamphilus, CLXXV. — Philostratus, XLIV, CCXLI. —Phlegon Trallianus, XCVII.—Plutarchus, CCXLV. — Praxagoras Athen. LXII. — Procopius Rhetor, LXIII. — Ptolemæus Hephæstio, CX. — Theophylactus Simocatta LXV. — Theopompus, CLXXVI.

Medici et Philosophi.

Ænesidemus Ægeus, CCXII. — Aetius Amidenus, CCXXI. — Caius presb. XLVIII. Damascius, CXXX, CCXLII. — Dionysius Ægeus, CLXXXV, CCXI. — Galenus, CLXIV. — Hierocles, CCXIV, CCLI. — Joan. Philoponus, XXI, XLIII, CCXV. — Joan. Stobæus, CLXVII. — Nicomachus Gerasenus, CLXXXVII. — Oribasius, CCXVII. — Sotion, CLXXXIX. — Themistius, LXXIV. — Theon Archiatrus, CCXX. — Theophrastus, CCLXXVIII. — Vindalius Anatolius, CLXII.

Theologi.

Adriani, al. Andronichi Isagoge, II. — Andronicianus, XLV. — Apollinarius, XIV. — Athanasius, XXXII, CXXXIX, CXL. — Asterius Amasiæ episc. CCLXXI. — Basilius Magnus, CXXIX, CXLII, — Basilius Seleuciensis, CLXVIII. — Cassianus, CXCVII. — Cæsarius, CCX. — Jo. Chrysostomus CP. episc., LXXXVI, CLXXIII, CLXXIV, CCLXX, CCLXXIV, CCLXXVII.— Clemens Alexandr. CIX, CX, CXI. — Clemens Rom. CXII, CXIII, CXXVII.— Conon, CLXXXVI. — Cyrillus Alexandr. episc. XLIX, CXXXVI, CLXIX. — Diadochus Photicæ episc. CCIX. Diodorus Tarsensis, al. Theodorus, CXI. — Ephræm Theopolita, CCXXVII. — Ephraim Syrus, CXCVI. — Epiphanius, CXXII. — Eugenius, XXIII. — Eulogius, CCVIII, CCXXV, CCXXVI, CCXXVII, CCXXX, CCLXXX. — Eusebius episc. Thessal. CLXII. — Gelasius, LXXXIX, CII. — Germanus patriarcha CP., CCXXXIII.— Gregorius Nyssenus, VI, VII.—Heracleanus, LXXXV.—Hesychii duo, LI, CCLXIX, CCLXXV. — Hippolytus episc. CCII. — Hippolytus Irenæi discipulus, CXXI. — Jobius Monachus, CCXXII. — Joan. Carpathius, CCI. — Joan. Scythopolita, XCV.— Irenæus episc Lugdun. CXX.—Justinus martyr, CXXV.—Leontius episc. CCLXXII.— Marcus monachus, CC. Maximus monachus et confessor, CLXIV, CXCIII, CXCIV, CXCV. — Methodius episc., CCXXIV, CCXXXV, CCXXXVI, CCXXXVII. — Modestus episc. Hieros. CCLXXV. — Nicias monachus. L. — Nilus monachus, CLIII, CCLXXVI. — Origenes, VIII. — Pamphilus martyr, CXVIII. — Pierius presb. CXIX. — Polycarpus martyr, CXXVI. Procopius, CCVII. — Sophronius patriarcha Hierosolym., CCXXXI. — Stephanus Gobarus, CCXXXII. Synesius Cyrenæus episc. XXVI.—Synodi variæ, XVI, XVII, XVIII, XIX, XX, LII. — Theodorus Antioch. IV, XXXVIII. — Theodorus monachus, CVIII. Theodorus presb. I. — Theodosius monachus, XXII. Theognostus, CVI,

Eroticōn Scriptores.

Achilles Tatius Alexandr. LXXXVII. — Antonius Diogenes, CLXVI. — Heliodorus, LXXIII. — Jamblichus, XCIV. — Lucius Patrensis, CXXIX.

Digitized by Google

INDEX CODICUM MSS.

AB EMMANUELE BEKKERO COLLATORUM IN RECENSIONE QUÆ PRODIIT BEROLINI AN. 1824.

—

A. Codex olim Bessarioneus, nunc inter Venetos sancti Marci 450, membranaceus, forma maxima, foliis 537, paginis bipartitis, versibus fere tricenis senis, iisque litterarum vicenarum senarum, vel tricenarum. Manus similis Aristophani Ravennati. In prima pagina post indicem (Φωτίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου) versus vacuus, deinde epistola ad Tarasium : in secunda pagina et deinceps foliis tribus summaria codicum, qui numerantur σοη' vel post correctionem σοθ' (corrector enim sancti Chrysostomi cum ab initio unus codex esset, σος', duos fecit, σος' et σοη') : folio quinto ἀπογραφὴ καὶ συναρίθμησις, etc.

B. Codex Parisiensis Regius 1266, bombycinus, forma quadrata, paginis 434 versuum tricenorum quaternorum quinorumve, non antiquus. Margo subinde madore corruptus. Incipit, post folia tria lacera et inversa, ab illis in cod. 230 (p. ed. Rothom. 845, 40) καὶ ἔστι Θεὸς ἀληθινός. Ejusdem codicis caret iis quæ sunt inter διασπο (p. 877, 24) et δυνάμενον εἶναι (p. 885, 51) : quippe folia tria inter paginas 20 et 21 ita evulsa sunt, ut paucorum versuum paucæ supersint litteræ. Deinde post Stephanum Germanum (p. 908) non Methodium ponit sed Proclum, idque exemplo Bessarionei. In Josepho ubi editur ἐνοχλήσας (p. 969, 12) — ἐπιστεύοντο (p. 980 ima), vacuum habet folium inter paginas 84 et 85. Himerium non ultra illud μερίζεται (p. 1125, 20) ponit, Aristidem ad χείρων ἐστί (p. 1245, 4) : deinde paginas vacuas habet quinque inter p. 225 et 226. Hunc ego cum A ita comparavi, ut dissensum notarem, consensum omitterem.

C. Codex Parisiensis Regius 1226, chartaceus, forma maxima, foliis 369, paginis versuum tricenorum septenorum, manu Joanni Rhoso simili. Deest epistola ad Tarasium.

D. Codex Parisiensis Regius 1227, chartaceus, forma maxima, paginis versuum tricenorum, manu Angelo Vergecio simili. Incipit ab Ἀπογραφῇ, desinit in illis (p. R. 53, 10) ἐπὶ Σεσώστριδος.

ΦΩΤΙΟΥ
ΜΥΡΙΟΒΙΒΛΟΝ Η ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ.

—

PHOTII
MYRIOBIBLON SIVE BIBLIOTHECA
LIBRORUM QUOS PHOTIUS PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANUS LEGIT ET CENSUIT.

EX RECENSIONE EMMANUELIS BEKKERI ET EX INTERPRETATIONE ANDREÆ SCOTTI

QUAM TYPIS MANDAVIT LAURENTIUS MAURRY, ROTHOMAGI AN. 1653.

—

[1-3'] Ἀπογραφὴ καὶ συναρίθμησις τῶν ἀνεγνωσμένων ἡμῖν βιβλίων, ὧν εἰς κεφαλαιώδη διάτρωσιν ὁ ἠγαπημένος ἡμῶν ἀδελφὸς Ταράσιος ἐζητήσατο. Ἔστι δὲ ταῦτα, εἴκοσι δεόντων ἑξ' ἑνί, τριακόσια.

A 1 *Descriptio atque enumeratio lectorum a nobis codicum. Quorum per summa saltem capita, cognitionem quæsivit charissimus frater noster Tarasius. Sunt ii, viginti et uno demptis, trecenti.*

Φώτιος ἠγαπημένῳ ἀδελφῷ Ταρασίῳ ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Photius, (1) dilecto fratri suo Tarasio, in Domino salutem.

Ἐπειδὴ τῷ τε κοινῷ τῆς πρεσβείας καὶ τῇ βασιλείῳ ψήφῳ πρεσβεύειν ἡμᾶς ἐπ' Ἀσσυρίους αἱρεθέντας ἤτησας τὰς ὑποθέσεις ἐκείνων τῶν βιβλίων, οἷς μὴ παρέτυχες ἀναγινωσκομένοις, γραφῆναί σοι, ἀδελφῶν φίλτατέ μοι Ταράσιε, ἵν' ἔχοις ἅμα μὲν τῆς διαζεύξεως ἣν βαρέως φέρεις

Cum primum ab universo senatu, ipsoque adeo imperatoris suffragio, legatus in Assyriam delectus sum, eorum tibi codicum petivisti argumenta describi, amantissime frater, quorum recitationi non interfuisses. Cupiebas enim habere tu, cum hujus molestæ adeo tibi disjunctionis nostræ solatium aliquod, tum

NOTÆ.

* Pag. ed. Genev. et Rothomag.

(1) Hanc epist. habes ad calcem editionis August., p. Gr. 892.

Digitized by Google

leviter saltem effictam ac generalem cognitionem eorum voluminum, quæ nondum apud nos præsentes audientesque legisses. Ea sunt in universum, uno duntaxat supra decimam quintam partem dempto, trecenta (2), *tot enim, nisi fallor, te absente legi contigit. Librarium igitur nacti, tuoque voto ac desiderio quasi debitum solventes, edimus aliquando, quotquot horum argumentorum memoria nostra conservarat : serius id quidem forsitan, quam ardens illud tuum desiderium flagransque cupiditas postulabat : attamen citius quam aliorum quispiam sperare poterat. Hoc autem ordine singula sibi argumenta succedent, quo eadem hæc memoria præoccuparit. Præsertim, cum difficile haudquaquam sit (si quis ita malit) seorsim omnia quæ ad historiam faciunt, et rursus quæ ad alium atque alium scopum, describere* B *eaque juxta propriam speciem in unum conjicere. Verum superfluæ illud contentionis esse ratus, sequor promiscuam absque discrimine varietatem. Movet enim in plerisque identidem impetum desiderii atque ad memoriam nescit offerre fastidium. Quod si quandoque tibi, dum ipsamet studiosius tractabis volumina, brevior videbitur, aut minus accurata quorumdam argumentorum hic esse facta mentio, ne id mireris velim : nam unum aliquem librum singulatim legenti, argumentum ejus animo complecti, illudque, memoriæ ac litteris mandare, non pœnitendum ei opus est, qui id modo velit; at complura simul, idque post temporis aliquod intervallum, accurate meminisse, hoc ego non adeo arbitror esse facile. Jam vero quæcunque in lectis illis libris obvia sunt, et* C *neque tuas forsitan, ob insitum iis facilitatem fugerunt curas, his ne nos quidem tantum studii quantum cæteris adhibuimus : sed eorum major accuratio de industria est prætermissa. An autem aliud quidpiam non inutile una cum his argumentis supra tuam petitionem accedat, id tu melius intelliges. Utilia sane tibi hæc modo edita futura sunt, cum summatim eorum tibi memoriam refricent, quæ tute per te legendo percurristi : tu ut citius reperias si quid in iis quæras; quin etiam ut facilius assequaris ea quæ forte nondum intelligentia perceperis.*

A παραμύθιον, ἅμα δὲ καὶ ὧν οὔπω εἰς ἀκοὰς ἡμῶν ἀνέγνως εἰ καὶ διατυπωτικήν τινα καὶ κοινοτέραν τὴν ἐπίγνωσιν (ταῦτα δέ ἐστι πεντεκαιδεκάτῳ μέρει τῶν τριακοσίων ἐφ' ἑνὶ καὶ οὐ πλέον[1] ἀπολείποντα· τοσαῦτα γάρ, οἶμαι, τῆς σῆς οὐ τυχόντα παρουσίας ἀναγνωσθῆναι συνέπεσεν), ὑψὲ μὲν ἴσως τοῦ σοῦ διαπύρου πόθου καὶ τῆς θερμῆς αἰτήσεως, θᾶττον δὲ ἢ ὅσα ἄν τις ἄλλος ἐλπίσειε, τυχόντες ὑπογραφέως, ὅσας αὐτῶν ἡ μνήμη διέσωζε, τὸν σὸν ὥσπερ ἀφοσιούμενοι πόθον καὶ τὴν ἀξίωσιν, ἐκδεδώκαμεν. Οὕτω δὲ τάξεως αἱ ὑποθέσεις ἐπιλήψονται, ὡς ἂν ἑκάστην αὐτῶν ἡ μνήμη προβάλοι, οὐ χαλεπὸν ὄν καὶ εἴ τις ἕλοιτο ἰδίᾳ μὲν τούτων ὅσα τῆς ἱστορίας ἐστίν, ἰδίᾳ δὲ ὅσα πρὸς ἄλλον καὶ ἄλλον σκοπὸν ἁναφ[2]. . . εἶδος. . . ἀλλὰ περιττῆς. . . τιμίας μᾶλλον[3]. . . νομίζων ἀξι[4]. . . δὲ[5] καὶ τὸ ποικίλον. . . ἐν[7] πολλοῖς καὶ πολλάκις ὁρμ[8]. . . καὶ κόρον οὐκ οἶδε τίκτειν εἰς μι[9]. . . εἰ δέ σοί ποτε κατ' αὐτὰ γενομένῳ τὰ τεύχη καὶ φιλοπονουμένῳ τινὰ ὑποθέσεων ἐλλιπῶς ἢ οὐκ εἰς τὸ ἀκριβὲς δόξουσιν ἀπομεμνημονεῦσθαι, μηδὲν θαυμάσῃς. Μίαν γὰρ ἑκάστην βίβλον ἀναλεγομένῳ τὴν ὑπόθεσιν συλλαβεῖν καὶ μνήμῃ καὶ γραφῇ παραδοῦναι ἀξ[10]. . . ἔργον ἐστὶ τῷ βουλομένῳ· ὁμοῦ δὲ πλειόνων, καὶ τότε χρόνου μεταξὺ διαῤῥυέντος, εἰς ἀνάμνησιν μετὰ τοῦ ἀκριβοῦς ἐφικέσθαι οὐκ οἶμαι ῥᾴδιον εἶναι. Ἡμῖν δὲ [ὁ G. et R.] καὶ ὅσον ἐπιπολάζει τῶν ἀνεγνωσμένων καὶ οὐδὲ τὰς σὰς διὰ τὸ πρόχειρον ἴσως διαπέφευγε μελέτας, οὐδὲ τούτοις τὴν ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίαν ἐθέμεθα φροντίδα, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἐκούσιον τὸ ἀκριβὲς αὐτῶν ὑπερῴφθη. Εἰ δέ τι καὶ ἄλλο χρειῶδες καὶ τῆς σῆς αἰτήσεως ἐπὶ πλέον ταῖς ὑποθέσεσι συνεισπίπτει, αὐτὸς μᾶλλον συνήσεις. Χρησιμεύσει δέ σοι δηλονότι τὰ ἐκδεδομένα εἰς τε κεφαλαιώδη μνήμην καὶ ἀνάμνησιν τῶν εἴτε[11] κατὰ σεαυτὸν ἀναλεξάμενος ἐπῆλθες, καὶ εἰς ἕτοιμον εὕρεσιν τῶν ἐν αὐτοῖς ἐπιζητουμένων, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ εἰς εὐχερεστέραν ἀνάληψιν τῶν οὕπω τὴν ἀνάγνωσιν τῆς σῆς συνέσεως ὑπελθόντων.

I'.

Theodorus presbyter, de scriptis S. Dionysii Areopagitæ (3).

Lectus est Theodori presbyteri liber quo docet

A'.

Θεοδώρου πρεσβυτέρου, ὅτι γνησία, ἡ τοῦ ἁγίου Διονυσίου βίβλος.

D [1 H''.] Ἀνεγνώσθη Θεοδώρου πρεσβυτέρου, ὅτι

VARIÆ LECTIONES.

[1] πλεῖον ς. i. e. vulgata : quam ubi simpliciter pono, receptæ a me lectionis auctor est A. [2] ἁναφ.] hinc in A altera incipit primæ paginæ columnæ : cujus versus primi, majore ex parte membrana recenti cooperti, ultra principia legi non possunt. Iis igitur quot litteræ deesse videbantur, tot posui puncta. Nam quæ editor Rothomagensis suffecit, nec sententiam explent nec spatium. ἁναφ] ἀναγράφειν καὶ κατ' οἰκεῖον Roth. εἶδος] εἶδος συνεμβάλλειν Roth. [3] τιμίας] φιλοτιμίας. Roth. [4] μᾶλλον] μᾶλλον εἶναι Roth. [5] ἀξι] ἀξιῶ τὸ ἀδιάφορον Roth. [6] δὲ] τε Roth. [7] ἐν] ἐμποιεῖ γὰρ ἐν Roth. [8] ὁρμ.] ὁρμὴν τινα Roth. [9] μι] μνήμην Roth. [10] ἀξ.] ἀξιόλογον Roth. καὶ τότε i. e. καὶ ταῦτα. μεταξὺ A : μὲν ς. [11] εἴτε] an legendum εἴτι ?

* Numeri Romani codices repræsentant. ** Pag. edit. Hœsch.

NOTÆ.

(2) Id est, 279. Quod autem in Indice Græco σπ' seu 280, notata reperiantur, id ex eo fortassis accidit, quod ibi ut apparet π0', s. 89, numerus omissus fuerit.

(3) Exstaret utinam Theodorus iste, De legitimis B. Dionysii Areopagitæ libris, aut quam vellem inde ἐν ἐπιτομῇ excerpta Photius, ut alibi minus fortasse necessaria, repræsentasset. Quoniam vero

Digitized by Google

γνησία ἡ τοῦ ἁγίου Διονυσίου βίβλος. Διελύοντο δὲ ἐν A germanum esse sancti Dionysii opus. Solvuntur autem quatuor potissimum argumenta. Primum quidem : Si genuinus est, cur sanctorum Patrum nemo, qui post secuti sunt, ex eo libro sententias aut testimonia citarit? Alterum vero : Quomodo Eusebius Pamphili, sanctorum Patrum scripta enumerans, hujus nullam fecerit mentionem? Tertium : Quomodo traditionum earum, quæ in Ecclesia per incrementa et diuturni temporis spatia creverunt, liber hic sigillatim texat narrationem? 2a Magnus enim Dionysius, ut ex Actis patet, apostolorum æqualis fuit; hic vero liber earum maxime traditionum descriptionem continet, quæ postea sensim in Ecclesia invaluerunt. Non igitur verisimile videri ait, imo falso conflctum, quæ longo post tempore a morte magni Dionysii in Ecclesia orta sint atque excreverint, ea Dionysium describenda suscepisse. Quartum : Cur epistolam beati Ignatii hic liber citat? Dionysius enim [ut diximus] apostolorum temporibus floruit : Ignatius vero Trajano Augusto imperante martyrii certamen certavit, et paulo ante mortem eam epistolam, quam hic liber citat, conscripsit. Quatuor his igitur argumentis controversa dissolvere studet Theodorus, efficitque pro virili legitimum illum esse magni Dionysii partum.

τῷ λόγῳ ἐνστάσεις τέσσαρες, μία μὲν ὅτι εἰ ἦν γνησία, πῶς οὐκ ἐμνήσθησαν τῶν ἐν αὐτῇ ῥητῶν τε καὶ χρήσεων τινὲς τῶν μεταγενεστέρων Πατέρων; Δευτέρα δέ· ὅτι Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἀναγραφὴν ποιησάμενος τῶν συγγεγραμμένων τοῖς μακαρίοις Πατράσιν ἡμῶν βιβλίων οὐδεμίαν ταύτης μνήμην ἐποιήσατο; Τρίτη δέ· ὅτι πῶς τῶν κατὰ προκοπὴν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου αὐξηθέντων παραδόσεων ἡ βίβλος αὕτη λεπτομερῆ τὴν ἐξήγησιν ποιεῖται; Ὁ μὲν γὰρ μέγας Διονύσιος σύγχρονος ἦν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν Πράξεων, τοῖς ἀποστόλοις· ἃ δὲ ἡ βίβλος περιέχει, τὰ πλεῖστα τῶν κατὰ προκοπὴν καὶ ἐς ὕστερον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐξηθέντων παραδόσεων ἐστὶν ἀναγραφή· ἀπίθανον οὖν, φησί[13], μᾶλλον δὲ κακόπλαστον, τὰ μετὰ πολὺν χρόνον τῆς τελευτῆς τοῦ B μεγάλου Διονυσίου ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐξηθέντα Διονύσιον ὑπολαμβάνειν ἀναγράψαι. Τετάρτη δέ· πῶς μέμνηται τῆς τοῦ θεοφόρου Ἰγνατίου ἐπιστολῆς ἡ βίβλος; Ὁ μὲν γὰρ Διονύσιος τοῖς τῶν ἀποστόλων ἐνήκμασε χρόνοις, Ἰγνάτιος δὲ ἐπὶ Τραϊανοῦ τὸν διὰ μαρτυρίου ἦθλησεν ἀγῶνα· ὃς καὶ πρὸ βραχὺ τῆς τελευτῆς ταύτην τὴν[14] ἐπιστολήν, ἧς ἡ βίβλος μνημονεύει, γράφει. Ταύτας οὖν τὰς τέσσαρας ἀπορίας διαλῦσαι ἐπαγωνισάμενος, βεβαιοῖ τό γε ἐπ' αὐτῷ γνησίαν εἶναι τοῦ μεγάλου Διονυσίου τὴν βίβλον.

Β'.

Ἀδριανοῦ Εἰσαγωγὴ τῆς Γραφῆς.

Ἀνεγνώσθη Ἀδριανοῦ *Εἰσαγωγὴ τῆς Γραφῆς*. Χρήσιμος τοῖς εἰσαγομένοις ἡ βίβλος.

II.

Adriani Isagoge S. Scripturæ.

Lecta est Adriani *Introductio in sacram Scripturam*. Utilis liber iis qui ad eam primum aggrediuntur. C

Γ'.

Νοννόσου Ἱστορία.

[5 R.] Ἀνεγνώσθη Νοννόσου *Ἱστορία*, ἐν ᾗ διαλαμβάνεται πρεσβεία αὐτοῦ πρός τε Αἰθίοπας καὶ Ἀμερίτας[15] καὶ Σαρακηνοὺς, τὰ ἰσχυρότερα τῶν τότε ἐθνῶν, ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἄλλα ἀνατολικὰ ἔθνη. Ἰουστινιανὸς δὲ τὸ[16] τηνικαῦτα τὴν Ῥωμαϊκὴν περιεῖπε πολιτείαν· φύλαρχος δὲ τῶν Σαρακηνῶν ἐχρημάτιζε Κάϊσος, ἀπόγονος Ἀρέθα, καὶ αὐτοῦ φυλάρχου γεγε-

III.

Nonnosi Historia legationum.

Lecta est Nonnosi *Historia*, qua legationem suam complectitur ad Æthiopas, et Homeritas, atque Saracenos susceptam, populos tum potentissimos : et ad alias item Orientis gentes. Justinianus Romanum tunc imperium tenebat : præfectus vero Saracenorum Kaisus erat (3'), Arethæ nepos : qui et ipse præfectus ille fuit, ad quem Nonnosi avus ab

VARIÆ LECTIONES.

[13] malim φασί. [14] τὴν add. A. [15] Ἀμερίνας] γρ. καὶ Ὁμηρίτας· οἱ γὰρ ἐξ ἀρχῆς βασιλεῖς δι' ὁμήρων ἐπιστοῦντο τὴν τούτων ὑποταγήν mg. A. [16] τὸ add. A.

NOTÆ.

nostræ tempestatis sectarii eadem reciprocando iterant, ac veluti ab inferis revocant, quatuor hisce argumentis breviter respondebo. Copiosius alii, ut ad Hilduini, Caroli Magni æqualis, Areopagitica Matthæus Galenus, et ad Pachymeræ paraphrasim Godofr. Tilmannus : denique tomo II Annalium ecclesiasticorum ad annum Christi 109, illustriss. Cæsar card. Baronius, sane de omni sacra antiquitate, atque adeo militante in terris Ecclesia, Dei sponsa, optime meritus. Primo igitur a SS. Patribus nunquam advocari B. Dionysium inficiamur. Laudat enim frequenter B. Cyrillus Alexandrinus, Origenes, Damascenus, Agatho et Gregorius I pontifices, aliique. Nam et Maximus martyr, Michael Syngelus, et Georgius Pachymerius non modo defendunt a calumniis, sed et scholiis eruditis illustrant. Adde quod infra quoque in non recenti opere, sanctis scriptoribus annumeratus legatur, cod. 231. II. Eusebii Pamphili silentium suspectum merito esse D debet, quod Arianismo infectus ille, ejus scripta recensere idcirco cavit, quia vel uno S. Dionysio Arii causam jugulari posse videret. III. Cæremonias vero ritusque Ecclesiæ jam inde ab apostolorum temporibus exortas, ac veluti per manus traditas in Ecclesiam promanasse, atque in hæc usque tempora apud pios homines perdurasse, nemo negabit, nisi qui, ab Ecclesia Catholica Romana desciscentes, in novatorum castra transfugerunt : docetque copiose Franc. Turrianus noster, itemque Baronius card. tomo I Annalium, de Essenis agens. IV. Quod vero B. Ignatii martyris epistolam citat, qui Trajano imperante martyr obiit, nemini mirum videbitur, qui ex eodem illo Baronio B. Dionysium ad ea usque tempora pervenisse, certo cognorit. Sed nos de his σὺν Θεῷ copiosius libro de scriptis sanctorum Patrum in dubium revocatis, ac vindicatis.

(3') De quo Procop. lib. I De bello Pers. inf. cod. LXIII paulo ante fin., et lib. II.

Digitized by Google

Anastasio imperatore legatus fuerat, et pacis fœdera sanxerat. Quin et Nonnosi pater, cui (4) Abramo nomen, ad Alamundarum præfectum Saracenorum orator aliquando profectus, duos Romanorum duces, Timostratum atque Joannem, belli jure captos, una liberavit, Justino imperatori in ducibus his liberandis subserviens. Porro Kaisus, ad quem Nonnosus missus, duabus præerat gentibus apud Saracenos clarissimis, Chindinis et Maadenis. Ad quem ipsum Kaisum Nonnosi quoque pater, antequam hæc Nonnoso legatio mandaretur, a Justiniano missus est : pacisque fœdera ita constituit, ut Kaisi filium, Maviam nomine, obsidem acceperit, et Byzantium ad Justinianum adduxerit. Post quæ duplici Nonnosus nomine legatus missus est : 2 *b* Ut Kaisum, si posset, ad imperatorem adduceret : et ad (5) Auxumitarum regem (cui genti (6) Elesbaas tunc præerat), itemque ad (7) Homeritas proficisceretur. Auxumis permagna est civitas, et quasi Æthiopiæ totius metropolis, magis ad meridiem et orientem vergens, quam Romanum imperium. Nonnosus vero, multis gentium superatis insidiis ferarumque periculis (præter viæ incommoda, multaque discrimina, in quæ sæpenumero incidit), tamen quæ voluit perfecit, et salvus est patriæ redditus.

A νημένου, πρὸς ὃν ὁ Νοννόσου πάππος ἐπρεσβεύσατο παρὰ Ἀναστασίου τότε βασιλεύοντος ἀποσταλείς, καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην ἐσπείσατο. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ Νοννόσου (Ἀβράμης [2 H.] δ' ἦν αὐτῷ ὄνομα) πρὸς Ἀλαμούνδαρον φύλαρχον Σαρακηνῶν ἐπρεσβεύσατο, καὶ δύο στρατηγοὺς Ῥωμαίων, Τιμόστρατον καὶ Ἰωάννην, νόμῳ πολέμου συλληφθέντας ἀνεσώσατο· Ἰουστίνῳ δὲ τῷ βασιλεῖ τὴν τῶν στρατηγῶν διηκονεῖτο ἀνάρρησιν. Ὁ μέντοι Κάϊσος, πρὸς ὃν ἐστέλλετο Νόννοσος, δύο γενῶν ἡγεῖτο τῶν παρὰ τοῖς Σαρακηνοῖς ἐπισημοτάτων, Χινδηνῶν [16] καὶ Μααδηνῶν. Πρὸς τοῦτον δὴ τὸν Κάϊσον καὶ ὁ Νοννόσου πατὴρ, πρὶν ἢ Νόννοσον πρεσβεύειν αἱρεθῆναι, Ἰουστινιανοῦ πέμποντος ἀπέσταλτο καὶ εἰρηνικὰς ἔθετο σπονδάς, ὥστε καὶ τὸν υἱὸν Καΐσου (Μαυΐας δὲ ἐκαλεῖτο) ὅμηρα λαβεῖν καὶ πρὸς Ἰουστινιανὸν ἐς Βυζάντιον ἀποκομίσαι. Μεθ' ὃν χρόνον ἐπρεσβεύσατο Νόννοσος ἐπὶ δυσὶ τούτοις, Κάϊσον, εἰ δυνατόν, πρὸς βασιλέα ἀγαγεῖν, καὶ πρὸς τὸν τῶν Αὐξουμιτῶν ἀφικέσθαι βασιλέα (Ἐλεσβαᾶς [17] δὲ τότε ἐκράτει τοῦ ἔθνους), καὶ πρὸς τούτοις καὶ εἰς τοὺς Ἀμερίτας παραγενέσθαι. Ἡ δὲ Αὔξουμις πόλις ἐστὶ μεγίστη καὶ οἷον μητρόπολις τῆς ὅλης Αἰθιοπίας, κεῖται δὲ μεσημβρινωτέρα καὶ ἀνατολικωτέρα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. Ὁ δὲ Νόννοσος πολλὰς μὲν ἐπιβουλὰς ἐθνῶν ὑποστὰς, πολλὰς δὲ θηρίων χαλεπότητας παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ πολλαῖς δυσχωρίαις καὶ ἀπορίαις πολλάκις περιπεσὼν, ὅμως καὶ τὰ δόξαντα ἐξετέλεσεν καὶ σῶος τῇ πατρίδι ἀποδίδοται.

B

Kaisum refert, misso iterum Abramo ad illum legato, Byzantium profectum esse, suamque præfecturam Ambro et Jezido fratribus divisisse : ipsum vero Palæstinæ præfecturam ab imperatore administrandam suscepisse, infinitamque hominum subditorum secum multitudinem duxisse.

Quæ nunc sandalia dicta, arbylas appellasse veteres ait : et (8) φακιόλιον, φασώλιν.

(54) Visum est inserere Socratis lib. VII *Eccles. Histor.* cap. 27, quod huic pene geminum sit, et ex comparatione operæ pretium fiat : « Philippus Sidæ ortus fuit. Hæc quidem est civitas Pamphyliæ, in qua etiam Trophilus (*Troilus* melius habet Niceph.) sophista natus dicitur, cui se Philippus cognatum esse gloriatus est. Hic Philippus cum esset diaconus, Joannis (Chrysostomi) episcopi consuetudine, qua multum usus est, impulsus, in studiis litterarum permultum operis et laboris collocavit, multosque et varios cujusque generis libros in unum collegit, atque Asiaticum dicendi genus studiose imitatus, multa conscripsit. Et quo Juliani imp. libros refelleret, opus etiam, quod *Historiam Christianam* inscribendo composuit, inque triginta sex libros distribuit. Singuli libri tomos complures continent, adeo ut omnes simul prope mille numero sint. Argumentum etiam cujusque tomi tomum ipsum adæquat. (Nicephorum hic duo distinxisse opera, observo : *Opus*, inquit, *magnificum, in quo Juliani contra sacra Biblia scriptum evertit, reliquit. Aliud quoque volumen composuit, quod* Christianam historiam *nominavit.*) Hoc opus non *Historiam Ecclesiasticam*, sed *Christianam* inscripsit, multasque et varias in eo congessit materias : eo quidem consilio, ut se doctrinæ philosophorum non expertem fuisse declararet. Quapropter præceptiones grammaticas, astronomicas, arithmeticas et musicas crebro citat. Quin etiam insulas, montes, et alias res non magni momenti describit; unde opus inflatum et plenum inanis ostentationis factum est. Quare si quid ego judico, neque doctis, neque indoctis prodesse poterit. Quippe indocti insolentem illam, et nimio artificio elaboratam dicendi rationem, quæ in eo est, animum advertere nequeunt; docti autem crebram eorumdem verborum repetitionem, quæ in illo usurpatur, condemnabunt. Cæterum quisque de libris illis pro arbitratu suo judicium faciat. Ordinem vero temporum, quibus res gerebantur, ab eo confusum esse, audeo quidem affirmare. Nam temporibus Theodosii commemoratis, ad tempora (*Magni*, addit Niceph.) Athanasii episcopi recurrit. Quod quidem ab illo sæpissime factum est. »

Digitized by Google

τοῦ Ῥωμαίων [86] βασιλέως ἡμέραις ἐνακμάζων. Ἀπάρχεται μὲν [87] οὖν [88] ὑπέρ [89] τινων ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων Γραφικαῖς, ὡς ἐδόκει, μαρτυρίαις ἀγωνίζεσθαι· ἔστι δὲ ταπεινὸς τὴν φράσιν καὶ συντάξεως οὐδὲ τῆς κοινῆς μετέχων. Ἀλλὰ καί τινα κατὰ τὴν ἱστορίαν [24 R.] ἀπίθανα συντίθησι· διὸ καὶ μυθικώτερον μᾶλλον ἢ ἀληθέστερον ἡγεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον δίκαιον. Ὑπὲρ ὧν δὲ δόγματα ἐνίσταται, ἔστι ταῦτα, ὅτι ὁ οὐρανὸς οὐκ ἔστι ἡ γῆ, ἀλλ' ὁ μὲν ὡσεὶ καμάρα, ἡ δὲ ἑτερομήκης, καὶ κεκόλληται τὰ πέρατα [10 H.] τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ ὅτι πάντες οἱ ἀστέρες κινοῦνται ἀγγέλων αὐτοῖς τῇ κινήσει διακονούντων, καὶ ἕτερά τινα τοιαῦτα. Ποιεῖται καὶ ὡς ἐν παρεκβάσει μνήμην τῆς Γενέσεως [90] καὶ τῆς Ἐξόδου, διατρίβει δὲ τῇ διηγήσει καὶ τῇ θεωρίᾳ ὡς ἐπίπαν τῆς σκηνῆς· ἐπιτρέχει δὲ καὶ τοὺς προφήτας, κἀκεῖθεν τοὺς ἀποστόλους. Λέγει δὲ, ὅτι τὸ μέγεθος ἔχει ὁ ἥλιος δύο κλιμάτων, καὶ ὅτι οἱ ἄγγελοι οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ οὐρανῷ, ἀλλὰ μόνον ὑπὸ [91] τὸ στερέωμα καὶ μεθ' ἡμῶν, καὶ ὅτι ὁ Χριστὸς ἀνελθὼν ἀπὸ τῆς γῆς εἰς τὸ μεταξὺ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῦ στερεώματος εἰσῆλθε, καὶ ὅτι τοῦτό ἐστι καὶ μόνον ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Λέγει δὲ καὶ ἄλλα τινὰ ἀλλόκοτα. Προσφωνεῖ δὲ τοὺς μὲν ἓξ αὐτοῦ λόγους Παμφίλῳ τινί· τῶν δὲ λοιπῶν ἓξ (οἱ γὰρ πάντες αὐτοῦ δώδεκά εἰσι) τὸν μὲν ἕβδομον Ἀναστασίῳ, ἐν ᾧ ὅτι ἀκατάλυτοί εἰσιν οἱ οὐρανοί, τὸν ὄγδοον δὲ, ὃς ἐστιν εἰς τὴν ᾠδὴν Ἐζεκίου καὶ εἰς τὸν ἀναπόδισμὸν τοῦ ἡλίου, Πέτρῳ προσφωνεῖ, ἐν ᾧ ὅτι ὑπεμνημάτισε [92] τὰ Ἄσματα τῶν ἀσμάτων λέγει. Οἱ δὲ λοιποὶ τέσσαρες οὐ πρός τι πρόσωπον αὐτῷ συνετάγησαν.

A peratoris temporibus floruit. Incipit super ecclesiasticis quibusdam dogmatibus, sacræ Scripturæ, ut ipsi quidem videbatur, testimoniis contendere. Stylus illi humilis, et structuram adhibet infra communem. Componit et incredibilia quædam, non satis ad historicam fidem : ob quæ fabulosus potius quam verus scriptor haberi merito debeat. Inter illa, hæc fere dogmata proponit : Cœlum (54*) non esse orbiculari figura, ac neque terram : sed illud fornicis simile, hanc altera parte longiorem, extremisque partibus cum cœli terminis copulari. Ad hæc, omnia astra moveri, angelis ad motum subservientibus, et id genus alia. Facit quoque mentionem, tanquam aliud agens, libri Geneseos, et Exodi : plurimusque est in narratione et speculatione tabernaculi. Percurrit et prophetas, indidemque apostolos. Solis magnitudinem esse ait duorum climatum. Angelos in cœlo non esse, sed tantum super firmamentum, et nobiscum versari. Christum e terra ascendentem, inter cœlum et firmamentum pervenisse, idque duntaxat cœlorum regnum esse : aliaque his similia absurde profert. Nuncupat priores sex libros Pamphilo cuidam : de reliquis vero sex (sunt enim in universum duodecim) septimum quidem Anastasio, quo cœlos minime dissolvi asserit : octavum dein (qui est in canticum Ezechiæ, et in solis regressum) Petro inscribit : quo in libro et Cantica canticorum explicasse se commemorat. Reliqui quatuor certo nemini dedicantur.

ΛΖ'.

Περὶ πολιτικῆς.

Ἀνεγνώσθη *Περὶ πολιτικῆς* [93] ὡς ἐν διαλόγῳ, Μηνᾶν πατρίκιον καὶ Θωμᾶν ῥεφερενδάριον [94] τὰ διαλεγόμενα εἰσάγων πρόσωπα. Περιέχει δὲ ἡ πραγματεία λόγους ἓξ, ἐν οἷς καὶ ἕτερον εἶδος πολιτείας παρὰ τὰ τοῖς παλαιοῖς εἰρημένα εἰσάγει, ὃ καὶ καλεῖ δικαιαρχικόν. Ἐπιμέμφεται δὲ τῆς Πλάτωνος δικαίως πολιτείας. Ἦν δ' αὐτοὶ πολιτείαν εἰσάγουσιν, ἐκ τῶν τριῶν εἰδῶν τῆς πολιτείας δέον αὐτὴν συγκεῖσθαί φασι, βασιλικοῦ καὶ ἀριστοκρατικοῦ καὶ δημοκρατικοῦ, τὸ εἰλικρινὲς αὐτῆ ἑκάστης πολιτείας συνεισαγούσης, κἀκείνην τὴν ὡς ἀληθῶς ἀρίστην πολιτείαν ἀποτελούσης.

C

XXXVII.

De Republica libri VI.

Lectus *De Republica Liber*, Menam patricium et Thomam referendarium per dialogum loquentes introducens. Continet opus hoc libros sex, quibus δικαιαρχικὸν, ut hic appellatur, novum politiæ genus, diversum ab iis quæ (55) veteres prodiderunt, introducitur : ac Platonis respublica non immerito reprehenditur. Quam vero personæ illæ politiam afferunt, ex tribus politiæ speciebus, regia nimirum, et optimatum, ac popularium, componi oportere aiunt : ut cum harum quælibet, quod purum atque sincerum habet, huc contulerit, hæc tandem vere optima reipublicæ forma constituatur.

ΛΗ'.

Θεοδώρου Ἀντιοχέως ἑρμηνεία τῆς Κτίσεως.

Ἀνεγνώσθη Θεοδώρου Ἀντιοχέως, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ, *Ἑρμηνεία τῆς Κτίσεως*· ἐν τόμοις ἑπτὰ ἡ πρώτη βίβλος ἐπεραίνετο. Τὴν δὲ φράσιν οὔτε [95] λαμπρὸς

D

XXXVIII.

Theodori Antiocheni interpretatio Geneseos.

Lectus Theodori Antiocheni liber est cum hac inscriptione : *Interpretatio Geneseos* ; libris septem tomus primus absolvitur. Stylus illi neque illustris,

VARIÆ LECTIONES.

[86] τοῦ τῶν ῥωμαίων ς. [87] μὲν om. pr. A. [88] οὖν om. A. [89] ὑπὲρ] ἀπὸ A. [90] μνήμην καὶ τῆς ς. [91] ὑπὸ A : ὑπὲρ ς. Cosmas, p. 286 : ἅμα ἡμῖν ἐν τῷ χώρῳ τούτῳ διάγουσι, καὶ οὕπω τις ἐξ αὐτῶν ἠξιώθη τῶν ἄνω τέως τυχεῖν et p. 313 : τὰ ἄστρα πάντα κάτωθέν ἐστι τοῦ στερεώματος — κενούμενα ὑπὸ *D* τῶν ἀοράτων δυνάμεων. Καὶ ἐκ τούτου διδασκόμεθα ἐπένεικα τῶν ἄστρων ἄγγελον μὴ ὑπερβαίνειν. [92] ὅτι καὶ ὑπεμν. ς. [93] Ang. Maius ad Cic. de republica p. XVI. [94] ῥαιφερενδάριον ς. [95] οὐδὲ ς.

NOTÆ.

(54*) Vide B. Basilii orat. 3 Hexaem. et D. Ambros.

(55) Plato, Aristoteles, Polybius, lib. VI, et Plutarchus singulari libello, Heraclides quoque Ponticus, et Nicol. Damascenus.

Digitized by Google

neque valde perspicuus. Fugiens vero, quantum in ipso est, allegorias, et historiarum duntaxat expositionem tractans, putide nimis eadem identidem repetit, et ingratus atque fastidiosus legenti accidit. Quin et Nestorii sententiam, quamvis illo prior fuerit, tacite vomit. Hic est Theodorus ille Mopsuestiæ, a quo sæpenumero constat (56) Joannem Philoponum (ut ipsemet fatetur) rationem hujusmodi interpretationis bona fide ac serio exegisse, in suo De universi creatione opere.

A οὔτε λίαν σαφής, φεύγων δὲ τὸν δυνατὸν αὐτῷ τρόπον τὰς ἀλληγορίας, καὶ κατὰ τὴν ἱστορίαν τὴν ἑρμηνείαν ποιούμενος. Ταυτολογεῖ δὲ τὰ πλεῖστα, καὶ ἄχαρίς πως καὶ ἀηδὴς εἶναι δοκεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸ Νεστορίου δόγμα, εἰ καὶ πρὸ Νεστορίου ὑπῆρχεν, ὑπερευγόμενος. Οὗτος δέ ἐστιν ὁ Μοψουεστίας, ὃν καὶ πλείστας εὐθύνας Ἰωάννης ὁ Φιλόπονος, ὡς αὐτός φησι, τῆς τοιαύτης ἑρμηνείας ἐν οἰκείῳ τῷ εἰς τὴν κτίσιν πονήματι ἐδείχθη σπουδαίως εἰσπραττόμενος.

XXXIX.

Eusebius contra Hieroclem.

Lecta est Eusebii Pamphili *Confutatio brevis* (57) librorum Hieroclis de Apollonio Tyaneo.

ΛΘ'.

Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου πρὸς τοὺς ὑπὲρ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως Ἱεροκλέους λόγους.

Ἀνεγνώσθη Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἀνασκευαστικὸν βιβλιδάριον πρὸς τοὺς ὑπὲρ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως Ἱεροκλέους[96] λόγους.

B

XL.

Philostorgii Ecclesiasticæ Historiæ libri XII.

Lecta est Philostorgii (58) Ariani veluti *Historia Ecclesiastica*. Narrat fere contraria omnibus ecclesiasticis historicis, laudibus extollens, quos novit Arianismo infectos, et conviciis orthodoxos perfundens : ut esse hoc ejus opus non tam historia videatur, quam hæreticorum laudatio, cum nuda et mera vituperatione atque accusatione Catholicorum. Stylus illi comptior, et poeticis sine tædio, minimeque ingratis vocibus utitur. Tropi quoque ac verba significantia, gratiam ipsi cum jucunditate conciliant : nisi quod interdum temere ipsis, vel nimium detortis utendo, in frigidum et importunum sermonem incidit. Ornatur ab eo 8*b* varie oratio, vel ad satietatem; ita ut in obscuritatem, nec eam semper gratam, occulte trahatur auditor : in multisque non incommodas loquitur sententias. Incipit autem ab Arii studio in hæresim ac primo incepto, usque ad Aetii (59) impiissimi hominis revocationem. Aetius hic ab ipsis una sentientibus hæreticis, quod illos impietate superaret (ut ipse Philostorgius vel invitus referi) ministerio submotus, postea ab impiissimo Juliano imperatore (60) revocatus, humaniterque acceptus est. Et hæc quidem ipsius historia uno volumine sex libros complexa, ad hoc usque tempus progreditur. Ipse vero scriptor mendax est, et fabulis minime abstinens, prædicatque doctrinæ maxime causa Aetium et Eunomium, quasi soli repurgassent pietatis dogmata tempore contaminata, prodigiose hoc ipsum mentiendo : signorum autem, et vitæ gra-

C

D

M'.

Φιλοστοργίου Ἀρειανοῦ Ἱστορικόν.

Ἀνεγνώσθη [25 R.] Φιλοστοργίου, Ἀρειανοῦ τὴν θρησκείαν, ὡς δῆθεν *Ἐκκλησιαστικὴ Ἱστορία*. Ἱστορεῖ δὲ τἀναντία σχεδὸν ἅπασι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἱστορικοῖς. Ἐξαίρει τοὺς Ἀρειανίζοντας ἅπαντας, λοιδορίαις πλύνει τοὺς ὀρθοδόξους, ὡς εἶναι τὴν ἱστορίαν αὐτοῦ μὴ ἱστορίαν μᾶλλον, ἀλλ' ἐγκώμιον μὲν τῶν αἱρετικῶν, ψόγον δὲ γυμνὸν καὶ κατηγορίαν τῶν ὀρθοδόξων. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν [11 H.] κομψὸς καὶ ποιητικαῖς, ἀλλ' οὐ κατακόρως οὐδ' ἀχαρίτοις[97] λέξεσι κεχρημένος. Καὶ ἡ τροπὴ δὲ αὐτῷ τῷ ἐμφατικῷ[98] τὴν χάριν μετὰ τοῦ ἡδέος ἐφέλκεται· πλὴν ἐνίοτε παραβόλως αὐταῖς καὶ πλεῖστον ἀποτετραμμέναις χρώμενος εἰς ψυχολογίαν καὶ ἀκαιρολογίαν ἐκπίπτει. Περιβέβληται δὲ αὐτῷ ποικίλως ὁ λόγος καὶ ἐν κόρῳ, ὡς εἰς τὸ ἀσαφὲς καὶ οὐκ ἀεὶ χαρίεν τὸν ἀκροατὴν ὑποσύρεσθαι. Ἐν πολλοῖς δὲ καὶ οἰκείως γνωμολογεῖ. Ἱστορεῖ δὲ τὰ ἀπὸ τῆς Ἀρείου περὶ τὴν αἵρεσιν σπουδῆς τε καὶ κατάρξεως μέχρι τῆς Ἀετίου τοῦ δυσσεβεστάτου ἀνακλήσεως. Οὗτος δὲ Ἀέτιος παρ αὐτῶν μὲν τῶν συναιρεσιωτῶν, διὰ τὸ κἀκείνους ὑπερβαλέσθαι[99] τῇ δυσσεβείᾳ, ὡς αὐτὸς οὗτος καὶ μὴ βουλόμενος ἱστορεῖ, τῆς διακονίας καθῃρέθη, ὑπὸ δὲ τοῦ δυσσεβεστάτου Ἰουλιανοῦ ἀνεκλήθη τε καὶ φιλοφρόνως ἐδεξιώθη. Καὶ ἡ μὲν ἱστορία αὐτοῦ δι' ἑνὸς βιβλίου, τόμοις ἓξ συμπληρουμένη, μέχρι τοῦδε πρόεισι τοῦ χρόνου. Ἔστι δὲ ὁ[1] ἀνὴρ ψευδολόγος τε καὶ οὐδὲ μυθολογίας ἀπεχόμενος. Ἐξαίρει δὲ ἐν μὲν λόγοις μάλιστα Ἀέτιον καὶ Εὐνόμιον, μόνους ἀναξαθᾶραι τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα τῷ χρόνῳ συγχεχωσμένα τερατευόμενος ἐν τεραστίοις

VARIÆ LECTIONES.

[96] libri ἱεροκλέως. [97] malim ἀχαρίτως. [98] ἐκφαντικῷ corr. A. [99] ὑπερβάλλεσθαι ς. [1] ὁ libris deest.

NOTÆ.

(56) Inf. cod. XLIII.

(57) Septem eos fuisse colligere licet ex libello Eusebii, qui adhuc superest, hac inscriptione : « Eusebii Pamphili Cæsareæ episc. confutatio scriptorum Hieroclis, Tyaneum Christo Servatori comparantis. »

(58) Meminit ejus Suidas in Leontio Tripolitano, allata et narratione quadam ex hac Philostorgii historia; rursumque in Phlegone Tralliano; Niceph. Callist. lib. I, c. init., *Deo invisum* nominat, recitatque ex eodem de Eunomio quædam libro XII, cap. 29 fin.

(59) De quo plurima scitu digna non uno loco scripta reliquit Nicephor. Callist. in Histor.

(60) Ejus hac de re ad Aetium ipsum scripta epistola hodie exstat, cum cæteris ejusdem imper. Græce et Latine edita Parisiis.

Digitized by Google

δὲ καὶ βίῳ Εὐσέβιον τὸν Νικομηδίας, ὃν καὶ Μέγαν ἀποκαλεῖ, καὶ Θεόφιλον τὸν Ἰνδὸν καὶ ἄλλους πλείονας. Κατηγορεῖ δὲ Ἀκακίου μάλιστα, τοῦ Καισαρείας τῆς κατὰ Παλαιστίνην ἐπισκοπήσαντος, δεινότητά τε ἀνυπέρβλητον καὶ πανουργίαν[a] ἄμαχον, μεθ' ὧν καὶ πάντων φησὶ κατισχῦσαι τῶν τε ὁμοφρονεῖν δοκούντων, εἰς ἔχθραν δέ τινα καταστάντων, καὶ τῶν τἀναντία θρησκευόντων.

A tia laudat Eusebium Nicomediæ episcopum (quem etiam Magnum nominat) et Theophilum Indum, aliosque complures. Reprehendit ad hæc Acacii in primis Cæsareæ Palæstinæ episcopi severitatem intolerandam, et inexpugnabilem versutiam : quibus artibus ait eum omnibus prævaluisse, tam qui cum illo sentirent, licet mutuo flagrarent odio, quam qui contrariam de religione sententiam sequerentur.

Καὶ ταῦτα μέν μοι ἤδη ἀνέγνωστο, μετ' οὐ πολὺ δὲ ἐν ἄλλῳ βιβλίῳ καὶ ἕτεροι αὐτοῦ λόγοι ἕξ, ὡς συμπληροῦσθαι αὐτοῦ τὴν σύμπασαν πραγματείαν ἐν λόγοις ιβ' · ὧν αἱ ἀπαρχαὶ συντιθέμεναι τὸ τοῦ συγγεγραφότος ἀπαρτίζουσι Φιλοστοργίου ὄνομα. Κάτεισι δὲ μέχρι τῶν Θεοδοσίου τοῦ Νέου χρόνων, κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον παυόμενος καθ' ὃν Οὐαλεντινιανῷ τῷ Νέῳ, τῷ Πλακιδίας καὶ Κωνσταντίνου[b] υἱῷ, Ὁνωρίου τελευτήσαντος Θεοδόσιος τὰ τῆς Ῥώμης σκῆπτρα τῷ ἀδελφιδῷ ἐνεχείρισεν.

Et hæc quidem in præsens legimus. Post non diu in alio volumine sex reliqui reperti, ut implevisse totum opus duodecim libris videatur : quorum (61) librorum principes litteræ si connectantur, scriptoris Philostorgii nomen conficiunt. Pervenit ad Theodosii usque Minoris tempora : ac tum B desinit, cum mortuo Honorio, Theodosius (62) Romani imperii sceptra Valentiniano Minori, Placidiæ et Constantini (63) filio, patrueli suo tradidit.

Οὗτος δὲ ὁ Φιλοστόργιος, καίτοι κατὰ τῶν ὀρθοδόξων λυσσῶν, Γρηγορίου μὲν τοῦ Θεολόγου καθάψασθαι οὐκ ἐτόλμησεν, ἀλλὰ καὶ τὴν παιδείαν καὶ ἄκων συνομολογεῖ, Βασιλείου δὲ τοῦ Μεγάλου ἐπεχείρησεν ὑφᾶναι μῶμον, δι' οὗ λαμπρότερον ἔδειξε. Τὴν μὲν γὰρ ἰσχὺν καὶ τὸ κάλλος τῆς ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ὁμιλίας ὑπ' αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἐναργείας ἐδιάσθη συμφθέγξασθαι, θρασὺν δὲ αὐτὸν ὁ δεῖλαιος ἀποκαλεῖ καὶ ἀντιλογικῶν λόγων ἄπειρον, ὅτι, φησὶν, ἀπετόλμησεν Εὐνομίου ταῖς συγγραφαῖς ἀντιτάξασθαι.

Quantumvis autem Philostorgius hic in orthodoxos fureret, in Gregorium (64) tamen, Theologi cognomento, incurrere non est ausus, cujus doctrinam vel invitus prædicat : sed Basilio Magno calumniam texere conatus est; qua tamen clarum magis reddidit. Vim enim et venustatem agendi in Panegyricis ipsa rerum evidentia coactus est confiteri : attamen temerarium ipsum homo timidus appellare non veretur, quod contentiosarum orationum rudis, ut ait, Eunomium scriptis oppugnare C sit ausus.

ΜΑ'.

Ἰωάννου Ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία.

[28 R.] Ἀνεγνώσθη Ἰωάννου *Ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία*. Ἄρχεται ἀπὸ τῆς Θεοδοσίου τοῦ Νέου βασιλείας, ἀπ' αὐτῆς που τῆς Νεστορίου βλασφημίας καὶ καθαιρέσεως, καὶ κάτεισι μέχρι Ζήνωνος καὶ τῆς καθαιρέσεως Πέτρου τοῦ αἱρετικοῦ, ὃς τὸν Ἀντιοχικὸν ὑφήρπασε θρόνον. Ἔστι δὲ οὗτος τὴν φράσιν σαφὴς καὶ ἀνθηρός. [12 H.] Διέρχεται δὲ τὴν τρίτην σύνοδον τὴν ἐν Ἐφέσῳ λεπτομερῶς. Ἀλλὰ καὶ τὴν μετὰ ταύτην ἐν αὐτῇ συναγελασθεῖσαν, τὴν ληστρικὴν λέγω· ἣν οὗτος θειάζει, καὶ τὸν ταύτης ἡγεμόνα Διόσκορον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. Διέξεισι δὲ καὶ τὴν ἐν Καλχηδόνι[c] σύνοδον, διασύρων ταύτην. Ἐξ ὧν ἔστι D συμβαλεῖν Ἰωάννην εἶναι τὸν πατέρα τοῦ βιβλίου τὸν πρεσβύτερον τὸν Αἰγεάτην, ὃς καὶ ἰδίως ὡς αἱρετικὸς κατὰ τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου βιβλίον συνέταξε. Τῆς μέντοι γε ἱστορίας αὐτοῦ δέκα τυγχάνουσι τόμοι,

XLI.

Ex Joannis Presbyteri Ægeatæ Ecclesiasticæ historiæ libri V

Lecta est Joannis *Ecclesiastica Historia* : quam a Theodosii Minoris imperio inchoavit, atque ab ipsa Nestorii blasphemia, et e sede deturbatione : perduxitque ad Zenonem usque et Petri hæretici (65), qui Antiochenam sedem per nefas occuparat depositionem. Hujus clarus est et floridus stylus. Refert vero, singula excutiendo, tertiam synodum, quæ in Epheso est habita : quin et alteram ibidem coactam, ληστικὴν [id est, *prædatoriam ac latrocinantem*] appellatam, quam hic scriptor divinam facit, ut et ejus præsidem Dioscorum cum asseclis. Narrat item Chalcedonense concilium, sed non sine probris, atque calumniis. Unde colligere liceat Joannem presbyterum Ægeatem libri auctorem esse, qui, uti hæreticus (66), peculiare adversus Chalcedonensem synodum opus composuit.

VARIÆ LECTIONES.

[a] κακουργίαν ς. [b] Κωνσταντίου Schottus. [c] Χαλκηδόνι ς. sic et infra.

NOTÆ.

(61) Per ἀκροστιχίδα, ut Plautinarum argumenta comœdiarum, et Niceph. Callisti XVIII, *Hist.* libri, capitaque Ethica Basilii Maced.

(62) Lege Olympiod. inf. cod. 80 in fine et Niceph. lib. XIV, c. 7.

(63) *Constantii* ex historicorum cæterorum fide leges, eumdemque errorem etiam alibi in hoc Photio corriges.

(64) Lege de his, et Apollinario Laodicensi, Philostorgii hujus ἀποσπασμάτιον apud Suid. in Basilio quid ad verbum reperies repetitum in Apollinario.

(65) Qui et *Gnapheus*, seu *Fullo* dictus : itemque *impius*, apud Candidum historicum, inf. p. 103, diversus ab illo Mongo Alexandrinæ Eccles. perturbatore, de quo ad seq. vid. Niceph.

(66) De quo inf. cod. 55.

Digitized by Google

Hujus historiæ libri decem sunt, ut ille ipse polli- A cetur, quorum quinque duntaxat legere mihi contigit, historiam continentes (ut jam dixi) a Nestorii blasphemia, usque ad Petri hæretici e sede dejectionem.

ὡς καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ἐπαγγέλλεται. Ὧν ἡμῖν τοὺς πέντε γέγονεν ἀναγνῶναι, περιέχοντας (ὡς ἔφημεν) ἀπὸ τῆς Νεστορίου βλασφημίας μέχρι τῆς τοῦ αἱρετικοῦ Πέτρου καθαιρέσεως.

XLII.

Basilii Cilicis Ecclesiasticæ historiæ libri III.

Lecta est Basilii Cilicis *Historia ecclesiastica* (67). Incipit ab interitu Simplicii urbis Romæ episcopi, qui ad Acacium Constantinopolitanum scripsit ne cum Petro qui Mongus cognominatus est, et tunc Alexandriam corrumpebat, communicaret. Hic enim Petrus sanctam Chalcedone habitam synodum publice atque in Ecclesia anathemate damnabat. Per quem et Acacius (recte quidem initio contra ipsum permotus) post, quod ab illo non B abhorreret, hæretici opinionem apud multos non effugit, a Romanis vero etiam sede motus est, quæ res sub Zenone iterum regnante agitata (68). Auspicatur itaque ab his quidem temporibus, pervenitque ad Anastasii imp. excessum, qui septem et viginti annos, mensesque tres, ut hic scribit, imperavit cujus imperium excepit Justinus Thrax, ut ibidem refert. Verum ibi fere hic liber absolvitur, a Zenone usque ad Anastasii exitum, et Justini electionem pertingens. Refert item alios duos a se libros fuisse conscriptos, primum et tertium : et illum quidem ab imperio Marciani ducto initio, ad Zenonem usque perduci, unde et secundum sit auspicatus; tertium vero hujus alterius 9*b* libri finem excipere, a Justini temporibus incipiendo.

Est hic scriptor, ad stylum quod attinet, non valde accuratus, sed et sui interdum dissimilis. Affert autem maxime episcoporum ultro citroque missas epistolas, quo narrationi suæ, ut affirmat, fidem conciliet : quæ cum immensum reddant volumen, in magno tamen verborum acervo vix modicam afferunt historiam, et narrationis insuper perspicuitas, vi atque copia eorum quæ interjiciuntur, rescinditur.

XLIII.

Joan. Philoponus in Hexaemeron.

Legimus Joannem Philoponum (69) *in Hexaemeron*, quo in libro purus est et clarus, seque ipse D dicendi modo vincit, atque ut Basilio Magno plurimum fere consentit, sic per omnia Theodoro Mopsuestiæ repugnat, qui idem ipse argumentum aggressus, *Interpretationem Geneseos* (70), librum inscripsit, cujus opiniones Philoponus reprehendens, contra nisus est.

MB'.

Βασιλείου Κίλικος Ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία.

Ἀνεγνώσθη Βασιλείου Κίλικος *Ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία*. Ἄρχεται ἀπὸ τῆς τελευτῆς Σιμπλικίου τοῦ Ῥώμης, ὃς πρὸς Ἀκάκιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἔγραψεν ἀποστῆναι τῆς πρὸς Πέτρον τὸν Ἀλεξάνδρειαν[5] λυμαινόμενον κοινωνίας, ᾧ ἐπίκλην Μογγός· οὗτος γὰρ τὴν ἐν Καλχηδόνι ἁγίαν σύνοδον δημοσίᾳ καὶ ἐν Ἐκκλησίᾳ ἀνεθεμάτιζε. Δι' ὃν καὶ Ἀκάκιος καλῶς πρότερον κατ' αὐτοῦ κεκινημένος, ὕστερον οὐκ ἀποστρεφόμενος αἱρετικοῦ δόξαν *παρὰ πολλοῖς* ἐκτήσατο, τοῖς δὲ Ῥωμαίοις καὶ ὑπὸ καθαίρεσιν ἔπεσεν. Ἐπὶ Ζήνωνος δὲ τὸ δεύτερον ταῦτα ἐπράττετο. Ἄρχεται μὲν οὖν ἐκ τῶνδε τῶν χρόνων, καὶ κάτεισι μέχρι τελευτῆς Ἀναστασίου, ὃς εἰκοσιεπτὰ ἔτη καὶ μῆνας τρεῖς, ὡς οὗτός φησιν, ἐν τῇ βασιλείᾳ διήρκεσεν· μεθ' ὃν Ἰουστῖνον τὸν Θρᾷκα ἀναῤῥηθῆναι γράφει βασιλέα. Ἀλλ' ἡ μὲν βίβλος αὕτη ἐνταῦθά που τὴν Γραφὴν ἵστησιν, ἀπὸ Ζήνωνος μέχρι τῆς τελευτῆς Ἀναστασίου καὶ τῆς Ἰουστίνου ἀναῤῥήσεως κατιοῦσα. Λέγει δὲ οὗτος ὡς εἶησαν αὐτῷ καὶ ἕτεραι δύο πεπονημέναι βίβλοι, πρώτη καὶ τρίτη· ὧν τὴν μὲν ἀπὸ Μαρκιανοῦ τοῦ βασιλέως ἄρχεσθαι, καταλήγειν δὲ ἕως Ζήνωνος, ἀφ' οὗ τὴν ἀρχὴν ἡ δευτέρα ἐπεποίητο, τὴν δὲ τρίτην ποιεῖσθαι προοίμιον τὸ τέλος C τῆς δευτέρας καὶ ἀπὸ τῆς βασιλείας Ἰουστίνου ἀπάρχεσθαι.

Ἔστι δὲ ὁ συγγραφεὺς οὐ λίαν τὴν φράσιν ἀπηκριβωμένος, ἀλλὰ καὶ ἀνωμάλως ἔχων πρὸς[6] ἑαυτόν. Κέχρηται δὲ μάλιστα ταῖς παρ' ἀλλήλων τῶν ἐπισκόπων στελλομέναις ἐπιστολαῖς, εἰς πίστιν (ὥς φησιν) ὧν αὐτὸς γράφει· αἳ καὶ πολύστιχον ποιοῦσι τὸ βιβλίον καὶ ἐν πλήθει λόγων ὀλίγην συνάγον[7] ἱστορίαν· διὸ καὶ τὸ σαφὲς τῆς ἱστορίας τῷ πλήθει περικόπτεται τῶν παρεντιθεμένων.

MΓ'.

Ἰωάννου τοῦ Φιλοπόνου εἰς τὴν ἑκτὴν ἡμέραν.

Ἀνεγνώσθη Ἰωάννου τοῦ Φιλοπόνου *Εἰς τὴν Ἑξαήμερον*. Ἔστι δὲ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ καθαρὸς [29 R.] καὶ σαφὴς καὶ κρείττων τῇ λέξει ἑαυτοῦ, καὶ συμφωνῶν σχεδὸν ἐν τοῖς πλείστοις Βασιλείῳ τῷ Μεγάλῳ, ἀντιπίπτων δὲ δι' ὅλου τῷ Μοψουεστίας Θεοδώρῳ, ὃς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἐνστησάμενος *Ἑρμηνείαν τῆς κτίσεως* τὸ βιβλίον ἐπέγραψεν· οὗ τὰς δόξας διελέγχων ὁ Φιλόπονος τὴν ἐναντίαν ἐτράπετο.

VARIÆ LECTIONES.

[5] τὸν τὴν Ἀλεξάνδρειαν ς. [6] πρὸς] καὶ πρὸς A. [7] συνάγον A : συναγαγεῖν ς.

NOTÆ.

(67) Meminit hujus Niceph. Callist. lib. I, cap. init. Ejus etiam est cod. 117 inf.

(68) Lege card. Baron. *Annal.* tom. VI, ad A. C. 484.

(69) Hujus operis excerpta invenies inf. cod 140.

(70) Sup. cod. 58.

Digitized by Google

ΜΔ'.

Φιλοστράτου Τυρίου εἰς τὸν Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως βίον λόγοι η'.

Ἀνεγνώσθη Φιλοστράτου Τυρίου *Εἰς τὸν τοῦ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως* [13 H.] *βίον* λόγοι ὀκτώ. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφὴς ἐπίχαρίς [9] τε καὶ ἀφοριστικὸς, καὶ βρύων γλυκύτητος, καὶ τῷ ἀρχαϊσμῷ καὶ ταῖς καινοπρεπεστέραις τῶν συντάξεων ἐμφιλοτιμούμενος.

Ἱστορεῖ δὲ τὸν Ἀπολλώνιον πρός τε Ἰνδοὺς, οὓς καλεῖ καὶ Βραχμᾶνας, ἀπιέναι, ἐξ ὧν καὶ πλεῖστα τῆς παρ' αὐτοῖς θεοσοφίας ἐκμαθεῖν, καὶ πρὸς τοὺς Αἰθιόπων σοφοὺς, οὓς καὶ *Γυμνοὺς* ὀνομάζει, ὅτι [9] γυμνοὶ τὸν βίον ὅλον διάγουσι, μηδὲ[ὲ] τοῦ ἀέρος διοχλοῦντος αὐτοὺς εἰς περιβολὴν ἐλθεῖν. Πολλῷ δέ φησι τοὺς Ἰνδῶν τῶν ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ σοφῶν προέχειν, ὅτι τέ φησι πρὸς ἀκτῖνα οἰκοῦντες ἡλίου μᾶλλόν εἰσι τὴν διάνοιαν ὀξεῖς καὶ καθαροὶ, καὶ ὅτι καὶ χρόνῳ προήκοντες.

Τῷ μέντοι Ἀπολλωνίῳ οὐδὲν ὅλως φησὶ τελεσθῆναι, οἷα ὁ μυθώδης αὐτῷ χαρίζεται λόγος· φιλόσοφον δέ τινα καὶ ἐγκρατῆ βίον ἀποσεμνύνει [10] αὐτὸν βιοῦντα, ἅτε καὶ Πυθαγορικὴν ἐπιδεικνύμενον φιλοσοφίαν ἔν τε ἤθεσι καὶ ἐν δόγμασι. Τὸν δὲ θάνατον αὐτοῦ ἄδηλόν τε καὶ πολλοῖς διαφωνούμενον λέγει γενέσθαι, αὐτοῦ ἐκείνου τοῦτο σπουδάσαντος· καὶ γὰρ καὶ ζῶντα ἔτι λέγειν [11] ὡς δεῖ τὸν σοφὸν τοὺς πολλοὺς λαθόντα βιῶναι, εἰ δὲ μὴ, κἂν γοῦν ἀποδιῶναι λαθόντα· τάφον δὲ αὐτοῦ μηδαμοῦ γῆς ἐγνῶσθαι. Λέγει δὲ αὐτὸν μάλιστα χρημάτων κρείττω γενέσθαι, ὡς καὶ τὴν κτῆσιν αὐτοῦ τῷ τε ἰδίῳ ἀδελφῷ καὶ ἑτέροις καταλιπεῖν καὶ παρὰ μηδενὸς τῶν ἐπ' [12] ἐξουσίαις, καίτοι πολλὰ ἀξιούντων, πεισθῆναι [13] λαβεῖν χρήματα. Φησὶν [14] αὐτὸν τὸν ἐν Ἐφέσῳ λοιμὸν [15] καὶ προϊδεῖν καὶ γεγονότα παῦσαι. Καὶ λέοντα δὲ ἰδεῖν, καὶ εἰπεῖν ὡς ἡ τοῦ Ἀμάσιδος τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως ψυχὴ ἐν τῷ θηρίῳ εἴη, ὑπέχουσα δίκην τῶν βεβιωμένων· καὶ Ἔμπουσαν ἐλέγξαι ἐν ὑποκρίσει ἑταίρας ἐρᾶν Μενίππου προσποιουμένην· καὶ κόρην ἐν Ῥώμῃ ἄρτι τεθνάναι δοκοῦσαν ἐπαναστρέψαι τῷ βίῳ· καὶ λῦσαι τὸ σκέλος ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὄντα δεδεμένον· καὶ ἀπολογήσασθαι μὲν πρὸς Δομιτιανὸν [16] ὑπέρ τε αὐτοῦ καὶ Νερούα, ὃς μετὰ Δομιτιανὸν Ῥωμαίων ἐβασίλευσεν, ἀφανισθῆναι δὲ μετὰ τὴν ἀπολογίαν τοῦ δικαστηρίου καὶ πρὸς Δημήτριον καὶ Δάμιν, οὕτω καὶ συνθέμενον αὐτοῖς, παραγενέσθαι, οὐ διὰ χρόνου, παραυτίκα δὲ, καίτοι ὁδὸν ἡμερῶν τινων [17] διεστηκότας. Ταῦτα μὲν περὶ αὐτοῦ [18] ἀναπλάττει, οὐ μέντοι γε ὡς εἴη τελεστὴς, εἴ τινα διετελέσατο τῶν ἐνίοις διαθρυλουμένων ὑπ' αὐτοῦ πεποιῆσθαι τελεσμάτων·

A

XLIV.

Philostrati Tyrii de vita Apollonii Tyanei libri VIII.

Legi Philostrati Tyrii *De vita Apollonii Tyanei*(71) libros octo. Stylo usus est aperto, gratioso, conciso, pleno etiam dulcedine, ac cum ex prisci loquendi formis, tum ex recentioribus elegantiis laudem quærit.

Narrat Apollonium ad Indos (quos et Brachmanas nominat) profectum esse, ex quibus plera que divinæ eorum sapientiæ didicerit. Profectum item ad Æthiopum sapientes, quos et Γυμνοὺς appellat(72). quod nudi ætatem perpetuo transigant, et ne cœli quidem tempestate atque inclementia vexati amictum induant. Indorum autem sapientes longe ait his antecellere, tum quod solis radiis propiores, mente sunt magis acuta, et pura, tum ex eo quoque, quod ætate sint priores.

Ab Apollonio porro eorum nihil omnino gestum refert, quæ fabulose de ipso narrantur: tantum philosophicam quamdam temperatamque ejus vita extollit, qua Pythagoream sectam, cum moribus tum doctrina expresserit. Mortem ipsius obscuram fuisse, et a multis varie narratam scribit, studiose hoc ipsum Philostrato agente. Etenim et viventem (73) dicere solitum, sapientem oportere fallere omnes, ac latere in vita, id si nequeat, mori saltem latentem debere. Sepulcrum ejus nusquam ostendi. **10a** Addit et divitiarum mirificum contemptorem fuisse, ut et suas ipse possessiones germano fratri aliisque sponte concesserit, et a nemine potentiorum pecunias acceperit, quantumvis illi multa merenti obtruderent. Famem Ephesi longe ante providisse, et ortam sustulisse. Leone forte viso, dixisse Amasydis Ægyptiorum regis animam, pœnas vitæ scelerum dantem, in feram illam commigrasse. Empusam (74) item deprehendisse, sub persona meretricis Menippi se amore captam fingentem. Puellam Romæ pridem exspirare visam, in vitam revocasse. Solvisse compedes sibi, dum in carcere constrictus teneretur. Apud Domitianum imp. causam dixisse, pro se et Nerva, qui Domitiano in imperio successit, causaque dicta e foro evanuisse, et ad Demetrium, ac Damin (sic cum iis pacto inito) nullo temporis spatio, sed momento, accessisse, licet dierum aliquot itinere distantes. Talia de ipso Philostratus comminiscitur. Negat tamen pro initiatore habendum, propterea quod eorum operum quædam effecerit, quæ ab illo con-

VARIÆ LECTIONES.

[8] ἀσαφὴς ἐπίχαρις δὲ Hamaker. lect. Philostrat. fasc. 1. p. VI. [9] ὅτι] ὅτι καὶ ς. [10] ἀποσεμνύνει mg editorum : scripti ἀποσεμνύνειν. [11] ἔτι λέγειν mg : ἐπιλέγειν A. [12] ἐπ' mg : libri ὑπ'. [13] πεισθῆναι. [14] φησὶν add. A. [15] λιμὸν ς. [16] Δομετιανὸν ς. [17] τινῶν] malim τριῶν. vid. Vit. Apollonii 7, 41. [18] ἑαυτοῦ ς· εἴ] ἤ A.

NOTÆ.

(71) Quæ Græce atque Lat. exstat cujus etiam excerpta leges infr. cod. 241.

(72) Philo, Laertius, et Lucianus *Gymnosophistas* nominant.

(73) Inf. in excerptis cod. 241. Λάθε βιώσας, εἰ δὲ μὴ, Λάθε ἀποθανών. In quod Epicuri dictum singularis exstat Plutar. libellus.

(74) De empusa fusius agit Lil. Gyraldus, *Hist. deo. Syntag.* 12, vide et Phavor. in *Lexico.*

Digitized by Google

fecta a quibusdam jactabantur : sed per philosophiam, ac vitæ puritatem hæc etiam, quæ ipse mox narraverit, ab illo profecta fingit. Quin potius exosum magis, ac veneficis, non vero magicæ arti deditum fuisse.

A φιλοσοφίᾳ δὲ καὶ βίου καθαρότητι, καὶ ἅπερ αὐτὸς ἔφησεν, ἐκεῖνον εἰσάγει διαπεπρᾶχθαι· ἀπεχθάνεσθαι δὲ μᾶλλον μάγοις καὶ φαρμακοῖς[19], μὴ ὅτι γε αὐτὸν τῇ μάγων[20] προσανακεῖσθαι τέχνῃ.

Jam de Indis omnia iste, maxima absurda, fideque indigna consuit. Dolia enim apud istos statuit, plena imbrium et ventorum, quibus datum sit regionem compluere in imbrium penuria, iterumque discussis imbribus siccare, dum alternis aquam ventumque e doliis suppeditant. His similia, dementiæ plena, et alia plurima prodigiose confingit, itaque libris octo omnis ab illo vanissimi laboris opera consumitur.

Περὶ δὲ τῶν Ἰνδῶν οὗτος τὰ πάντα[21] παραλογώτατα καὶ ἀπιστότατα διαῤῥαψῳδεῖ· πίθους γὰρ αὐτοῖς πλήρεις ὄμβρων καὶ ἀνέμων δοὺς ὕειν τὴν χώραν ἀνομβρίας ἐπεχούσης, [32 R.] ἐξικμάζειν[22] τε αὖ καταῤῥηγνυμένων ὄμβρων ταῖς ἐκ[23] πίθων ἀνὰ μέρος χορηγίαις κυρίους ἐκάθισε, παραπλήσια τούτοις ἀνοίας μεστὰ καὶ ἕτερα πλεῖστα τερατευσάμενος. Ἐν ὀκτὼ δὲ λόγοις ἡ πᾶσα αὐτῷ τῆς ματαιοπονίας σπουδὴ κατηνάλωται.

XLV.

Andronicianus contra Eunomianos.

Lecti sunt Androniciani *Adversus Eunomianos libelli duo*. Promittit quidem in procœmiis grandia, quæ tamen non præstitit, in altero præsertim libro. Philosophiæ hic perstudiosus est, cum moribus, tum mente, atque dicendi forma; religione vero Christianus.

ΜΕ'.

B Ἀνδρονικιανοῦ *πρὸς Εὐνομιανοὺς λόγοι βραχεῖς δύο.*

[14 H.] Ἀνεγνώσθησαν[24] Ἀνδρονικιανοῦ *Πρὸς Εὐνομιανοὺς λόγοι βραχεῖς δύο*. Ὑπισχνεῖται μὲν οὖν ἐν προοιμίοις μεγάλα, οὐ τοιαῦτα δὲ ἃ διέρχεται, καὶ μάλιστά γε ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ. Ἔστι δὲ οὗτος φιλοσοφίας ἐραστὴς τῷ τε ἤθει καὶ τῇ διανοίᾳ καὶ τοῦ λόγου τῷ σχήματι, Χριστιανὸς δὲ τῷ σεβάσματι.

XLVI.

Theodoreti Contra hæreticos libri XXVII; *et Eranistæ libri* III.

Lecti Theodoreti episcopi Cyri *libri septem et viginti, Adversus varias propositiones.* **10***b* Primus liber agit contra asserentes, unius fuisse naturæ Deum Verbum, et quod ex semine David sumpsit principium, itemque adversus eos, qui divinitati passiones C attribuunt. — Secundus liber, cum eisdem e Scriptura manum validius conserit.. — Tertius, de eadem re disputat. — Quartus, sanctorum Patrum continet doctrinam, de gloriosa incarnatione Domini nostri Jesu Christi Filii Dei. — Quintus, hæreticorum colligit opiniones, quas componit cum opinione eorum, qui in Christo duas naturas minime agnoscunt, et ostendit magnam eos inter se affinitatem habere. — Sextus, ponit unum esse Filium Dominum nostrum Jesum Christum. — Septimus, epistolæ locum tenet, quibus volumen primum absolvitur. — Octavus vero, contra eos, qui multitudine duntaxat veritatem dijudicant. — Nonus, in eos, qui jactant non oportere e Scripturis aut loqui, aut quærere, sed fidem suam sibi sufficere. — Decimus, in male objicientes illud : « Verbum caro factum est. » — Undecimus, adversus prohibentes duas capere in incarnatione naturas. — Duodecimus, in eos qui asserunt dicentem, aliud esse Verbum, aliud esse carnem, duos filios profiteri. — Decimus tertius, contra dicentes, quod idem sit Christum hominem agnoscere, atque in homine spem collocare. — Decimus quartus, adversus enuntiantes : « Passus est sine passione. » — Decimus quintus, in eos, qui dicunt : « Passus est uti

ΜΣ'.

Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρου Λόγοι κζ'. Πρὸς διαφόρους θέσεις.

Ἀνεγνώσθη Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρου *Λόγοι κζ' πρὸς διαφόρους θέσεις*· ὧν ὁ μὲν πρῶτος λόγος πρὸς τοὺς λέγοντας μίαν φύσιν γεγενῆσθαι τὸν Θεὸν Λόγον καὶ τὴν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ληφθεῖσαν ἀπαρχὴν καὶ προσάπτοντας τὰ πάθη τῇ θεότητι, ὁ δὲ δεύτερος πρὸς τοὺς αὐτοὺς γραφικώτερον συμπλεκόμενος, καὶ ὁ τρίτος περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως. Ὁ δὲ τέταρτος διδασκαλίας τῶν ἁγίων Πατέρων περιέχει περὶ τῆς ἐνδόξου οἰκονομίας τοῦ Δεσπότου ἡμῶν Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Ὁ μέντοι πέμπτος αἱρετικῶν δόξας ἀθροίζει, καὶ παρατίθησιν αὐτὰς τῇ δόξῃ τῶν μὴ ὁμολογούντων ἐπὶ Χριστοῦ δύο φύσεις, καὶ δείκνυσι πολλὴν πρὸς ἀλλήλους διασώζοντας τὴν συγγένειαν. Ὁ δὲ ἕκτος διαλαμβάνει ὅτι εἷς ἐστιν[25] Υἱὸς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός. Ὁ ἕβδομος ἐπιστολῆς ἐπέχει τόπον· ἐν οἷς τὸ πρῶτον συνεπληροῦτο[26] βιβλίον. Ὁ δὲ ὄγδοος[27] πρὸς τοὺς πλήθει μόνῳ κρίνοντας τὴν ἀλήθειαν. Ὁ ἔννατος πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ δεῖν ἀπὸ τῶν Γραφῶν ζητεῖν ἢ λαλεῖν, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι D τῇ παρ' ἑαυτοῖς πίστει. Ὁ ι' πρὸς τοὺς προσβάλλοντας κακοήθως τὸ « ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. » Ὁ ια' πρὸς τοὺς κωλύοντας δύο φύσεις ἐπὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐκλαμβάνειν. Ὁ ιβ' πρὸς τοὺς λέγοντας ὅτι ὁ λέγων ἄλλο μὲν τὸν λόγον ἄλλο δὲ τὴν σάρκα δύο υἱοὺς λέγει. Ὁ ιγ' πρὸς τοὺς λέγοντας ὅτι τὸ καὶ ἄνθρωπον γινώσκειν τὸν Χριστὸν ταὐτόν ἐστι τῷ καὶ εἰς ἄνθρωπον ἔχειν τὰς ἐλπίδας. Ὁ ιδ' πρὸς τοὺς λέγοντας ἔπαθεν ἀπαθῶς. Ὁ ιε' πρὸς τοὺς λέγοντας « ἔπαθεν ὡς ἠθέλησεν. » Ὁ ις' πρὸς τοὺς λέγοντας ὅτι χρὴ δέχεσθαι τὰς φωνὰς καὶ μὴ σκοπεῖν τὰ δι' αὐτῶν σημαινόμενα, ὡς;

VARIÆ LECTIONES.

[19] φαρμάκοις ς. [20] μάγωι, nisi fallor, A. [21] πάντα) πάντων corr. A. [22] ἐξεικάζειν A, vulgata pro γραφῇ apposita. [23] ἐκ] imo ἐκ τῶν. [24] ἀνεγνώσθη A. [25] ἐστὶν add. A. [26] συμπληροῦται ς. [27] ὄγδοος καὶ πρὸς ς.

Digitized by Google

πάντας ὑπερβαίνοντα. Ὁ ιζ' πρὸς τοὺς λέγοντας « Ἔπαθεν ὁ Λόγος σαρκί. » Ὁ ιη' πρὸς τοὺς λέγοντας ποίαν δώσουσιν οἱ Ἰουδαῖοι δίκην, εἰ μὴ Θεὸν ἐσταύρωσαν; Ὁ ιθ' πρὸς τοὺς λέγοντας Ἰουδαῖός ἐστιν ὁ μὴ Θεὸν ἐσταυρῶσθαι λέγων. Ὁ κ' πρὸς τοὺς λέγοντας ὅτι καὶ ἄγγελοι ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ ἐσθίοντες οὐ πάντως σαρκὸς φύσιν ἐπεφέροντο. Ὁ κα' πρὸς τοὺς σμικρύνοντας ἕκαστον θαῦμα τῷ ἀρνεῖσθαι τὴν σάρκα. [33 R.] Ὁ κβ' πρὸς τοὺς ζημιοῦντας ἡμῶν τὸ γένος τῷ μὴ λέγειν ἐκ τῆς φύσεως ἡμῶν εἰλῆφθαι τὴν ἀπαρχήν. Ὁ κγ' πρὸς τοὺς λέγοντας πιστεύειν ἁπλῶς οἷς[28] λέγουσι καὶ μὴ κατανοεῖν τί πρέπον ἢ ἀπρεπές. Ὁ κδ' πρὸς τοὺς ἀναιροῦντας τὴν τῶν φύσεων διαφορὰν μετὰ τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάληψιν. Ὁ κε' ἀνακεφαλαίωσις τῶν κατὰ μέρος ῥηθέντων. Ὁ κς' περὶ τῆς ὕστερον μηνυθείσης συνθέσεως ἤτοι συνουσιώσεως. Ὁ κζ' περὶ τοῦ κατὰ τὸν κοινὸν ἄνθρωπον ὑποδείγματος. Δῆλον δὲ καὶ ἐκ μόνης αὐτῶν τῆς ὑποθέσεως, ποῖοι τῶν εἰρημένων λόγων τὸ ὀρθόδοξον κρατύνουσι φρόνημα, [15 H.] καὶ τίνες ἐκκλίνουσιν.

A voluit. » — Decimus sextus, in asserentes oportere voces ipsas accipere; non autem earum sensa, ut quæ omnium captum excedant, considerare. — Decimus septimus, adversus dicentes : « Verbum per carnem passum est. » — Decimus octavus, contra asserentes, quales Judæi pœnas daturi fuissent, si Deum cruci non affixissent. — Decimus nonus, in affirmantes Judæum illum esse, qui Deum minime crucifixum asserat. — Vicesimus, contra aientes, angelos eos, qui apud Abrahamum cibum sumpserunt, non continuo etiam carnis naturam attulisse. — Vicesimus primus, adversus eos, qui miracula singulatim extenuant, dum carnem negant. — Vicesimus secundus, adversus eos, qui humano generi damnum irrogant, dum concedere nolunt B ex nostra natura principium sumptum esse. — Vicesimus tertius, contra jactantes, credere simpliciter iis, quæ dicuntur; et non attendere, quid decens sit, aut indecens. — Vicesimus quartus, adversus tollentes naturarum differentiam, post passionem et ascensionem. — Vicesimus quintus, summatim ea repetit, quæ per partes hactenus tradita sunt. — **11a** Vicesimus sextus, de post-manifestata compositione seu consubstantiatione. — Vicesimus septimus, de eo quod secundum communem hominem est, exemplo. Clarum vero vel ex solo argumento quinam ex suprascriptis libris orthodoxam corroborent doctrinam, quique ab ea discedant.

Ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ τεύχει ἀνεγνώσθησαν[29] τοῦ αὐτοῦ λόγοι τρεῖς, μείζους τῶν προειρημένων· *Ἐρανιστὴς* ἢ *Πολύμορφος* ἔφερον ἐπιγραφήν. Ὧν ὁ μὲν πρῶτος, ὅτι ἄτρεπτος ὁ Θεὸς Λόγος· ὁ δεύτερος, ὅτι ἀσύγχυτος ἡ ἕνωσις· ὁ τρίτος, ὅτι ἀπαθὴς ὁ Θεὸς Λόγος. Ἔτι καὶ τέταρτος, ἐν ᾧ συλλογισμοῖς τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως C ὑπεραγωνίζεται. Οὗτοι δὲ οἱ τρεῖς λόγοι ἐν διαλόγῳ εἰσὶν αὐτῷ διεσκευασμένοι, οἱ δὲ ἄλλοι καταλογάδην. Σαφὴς δέ ἐστιν ἐν ἅπασι τὴν φράσιν, ὡς εὐκρινὴς καὶ καθαρὸς, καὶ οὐκ ἀμοιρῶν τοῦ ἡδέος, καταλλήλως τε τοῖς νοήμασιν ἐνευθηνούμενος[30].

Adhuc in eodem ipso Volumine legi tres ejusdem libros superioribus majores. Titulum præferunt ἐρανιστὴς (75), ἢ Πολύμορφος (id est, *sodalis*, seu *multiformis*). Horum primus, Deum Verbum immutabile esse docet. Alter, inconfusam, minimeque mistam unionem esse. Tertius impassibilem sive imperturbabilem esse Deum Verbum. Accedit quartus, in quo syllogismis hæc eadem argumenta retexit. Atque hi quidem libri per dialogum ab ipso conscripti sunt, reliqui vero continenti, ac perpetua serie. Stylus ei in omnibus perspicuus (est enim distinctus ac purus) neque jucunditatis expers : proportione vero sensibus exuberat.

ΜΖ'.

Ἰωσήπου Ἰουδαίου τὰ κατὰ Ἰουδαίους πάθη, καὶ ἡ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἅλωσις.

Ἀνεγνώσθη Ἰωσήπου Ἰουδαίου *τὰ κατὰ Ἰουδαίους πάθη*, ἐν οἷς ἥ τε τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τέλει τῶν λόγων ἅλωσις καὶ ἡ τῆς Μασάδας πολίχνης, πρὸ δὲ τούτων ἡ τῶν Ἰωταπάτων, ἐν ᾗ καὶ αὐτὸς Ἰώσηπος D ἥλω, ἔτι δὲ Γισχάλων[31] ἅλωσις καὶ ἄλλων Ἰουδαϊκῶν φρουρίων ἐρημία. Ἔστι δὲ αὐτῷ[32] τὸ σύνταγμα ἐν λόγοις ἑπτά. Καθαρὸς τὴν φράσιν, καὶ ἀξίωμα λόγου μετὰ εὐκρινείας καὶ ἡδονῆς δεινὸς ἐκφῆναι, πιθανός τε ταῖς δημηγορίαις καὶ ἐπίχαρις, κἂν ἐπὶ τἀναντία ὁ καιρὸς καλῇ χρήσασθαι τῷ λόγῳ, δεξιὸς καὶ γόνιμος ἐνθυμημάτων ἑφ' ἑκάτερα, καὶ γνωμολογικὸς δὲ ὡς

XLVII.

Josephi Judæi de libro Judaico libri VII.

Legi Josephum Judæum, *De Judaicæ gentis calamitate atque interitu*. Quo in libro extremo Hierosolymorum excidium narrat, et Masadæ oppidi : et ante hæc Jotapatorum, in quo et ipse Josephus captus; præterea Gischalorum eversionem, et aliorum Judaicorum munimentorum desolationem. Sunt autem hujus operis libri septem. Candidus illi sermo, qui rationum pondus atque momentum cum puritate ac jucunditate exprimere possit. In concionibus persuadendi vi præditus est, ac gratiosus, tum etiam cum suadet opportunitas orationem in con-

VARIÆ LECTIONES.

[28] οὓς Ϛ. [29] ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ. A, ἀνεγνώσθησαν αὐτοῦ Ϛ. [30] εὐθηνούμενος Ϛ. [31] χισχάλων A. [32] αὐτὸ Ϛ.

NOTÆ.

(75) *Emendicator* redditur a Gentiano Herveto ex ipsius Theodoreti Præfat. *Sodalem* ego voco, quasi *simul edalem*, et ejusdem participem symbolæ.

Digitized by Google

trariam partem flectere. Dextere quoque et copiose enthymematis in utramque partem utitur, sententiasque, si quis alius, adhibet. Orationi insuper affectum imprimendi, et concitandi motus, eosdemque mox leniendi, est peritissimus.

Multa vero signa atque prodigia Hierosolymæ excidium præcessisse commemorat. Bovem ad sacrificium ductam agnum peperisse. Lucem in templo splenduisse. Vocem exinde auditam : « Hinc abeamus. » Templi portas,' quas ne viginti quidem viri aperire poterant, sponte patuisse. Exercitum vesperi visum 'armis indutum. Virum, cui nomen Jesus Ananiæ, nihil aliud annis sex et mensibus tribus sonuisse, tanquam furore percitum, quam identidem : « Væ, væ, Jerusalem», » eumdemque cum ea de causa verberibus quoque cæderetur, præter hanc unam vocem, nullam emisisse aliam. Hunc item urbis excidio cum interesset, eamdemque apud se vocem ingeminaret, lapidis ictu **11***b* ab hoste occisum esse.

Atque hæc quidem ante urbem captam signa monstrata fuere, intestini vero belli seditio et hostes urbem everterunt. In zelotarum enim factionem et sicariorum divisi, se mutuo Judæi interfecerunt, ipsumque adeo reipublicæ corpus vulgus, ab utrisque acerbe est atque crudeliter dilaniatum. Fames item sic urbem invasit, ut et ad alia flagitia homines impulsi fuerint, et mulier suum ipsa filium comederit. Pestis adhæc famem excipiens, satis omnibus clare ostendit, divinæ id iræ opus esse, ac Dominicæ denuntiationis minarumque, fore nimirum ut urbs funditus eversa periret.

XLVIII.

Josephus, vel Caius Presbyter. De universo.

Lectus est, Josephus *De universo ;* qui liber alibi inscriptus legitur, *De universi causa ;* in aliis vero libris, *De universi natura.* Suntque libelli duo, quibus secum pugnare Platonem docet. De anima quoque materia, et resurrectione (76) Alcinoum, ut absurde ac falso disserentem, reprehendit, suas vero ipse de his thesibus opiniones opponit ; docetque Judæorum nationem longe esse, quam Græcorum antiquiorem. Putat compositum hominem ex igne, terra, aqua, ac præterea e spiritu, quem *animam* appellat. De quo spiritu hisce verbis usus est : Hujus principem partem apprehendens, una cum corpore formavit, et per omnia membra artusque viam ipsi patefecit. Qui spiritus corpori conformatus, totumque pervadens, eadem forma, qua corpus hoc spectatur, insignitus est : naturam vero frigidiorem habet, ad tria illa, per quæ corpus compactum est. Hæc ille, non satis apte ad Hebræorum de hominis natura doctrinam, neque satis e dignitate reliquorum a se diserte scriptorum elocutus. De mundi quoque generatione per compendium

εἴ τις ἄλλος, καὶ πάθη τῷ λόγῳ παραστῆσαι ἱκανώτατος, καὶ ἐγεῖραι πάθος καὶ πραῦναι δοκιμώτατος.

Πολλὰ δὲ σύμβολα καὶ σημεῖα λέγει προϋπάρξαι τῆς Ἱερουσαλὴμ ἁλώσεως· βοῦν τε γὰρ ἐπὶ θυσίαν ἀγομένην ἄρνα τεκεῖν, καὶ φῶς ἀναλάμψαι ἐν τῷ ναῷ, καὶ φωνῆς ἐκεῖθεν ἐπακοῦσαι ΙΜεταβαίνομεν [33] ἐντεῦθεν,» καὶ τὰς τοῦ ἱεροῦ πύλας οὐδ' ὑπὸ ἀνδρῶν εἴκοσιν ἀνοιγομένας αὐτομάτως ἀνεῳχθαι, καὶ στρατὸν ἐσπέρας ἐπιφαίνεσθαι ὅπλοις περιπεφραγμένον, καὶ ἄνθρωπόν τινα (ὄνομα αὐτῷ ὁ τοῦ Ἀνανίου Ἰησοῦς) μηδὲν ἄλλο ἐπιφθέγγεσθαι ἐπὶ ἔτη ς' καὶ [34] μῆνας γ', ὥσπερ βεβακχευμένον ὄντα ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, ἢ τὸ αἲ τῇ Ἱερουσαλήμ· ὃς καὶ ὑπὲρ τούτου αἰκισθεὶς πλὴν ταύτης τῆς φωνῆς οὐδὲν ἄλλο ἀπεκρίνατο, ἐν αὐτῇ τε τῇ ἁλώσει παρὼν καὶ ἑαυτῷ [35] τὴν τοιαύτην φωνὴν ἐπειπών, λίθῳ βληθεὶς ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐτελεύτησε.

[36 R.] Τὰ μὲν οὖν προδειχθέντα τῆς ἁλώσεως σημεῖα ταῦτα· ἡ στάσις δὲ τῶν ἐμφυλίων ἢ οἱ πολέμιοι τὴν πόλιν ἐπόρθησαν. Εἰς ζηλωτὰς γὰρ ἑαυτοὺς καὶ σικαρίους διαστήσαντες ἀλλήλους τε ἔφθειρον, καὶ τὸ κοινὸν σῶμα ὁ δῆμος ὑπ' ἀμφοῖν πικρῶς τε καὶ ἀνηλεῶς ἐσπαράττετο. Λιμός τε οὕτω κατέσχεν ὡς καὶ εἰς ἄλλα μὲν παράνομα τοὺς ἀνθρώπους ἐκδιαιτηθῆναι, καὶ γυναῖκα δὲ τὸ οἰκεῖον τέκνον θοινήσασθαι. Καὶ τῷ λιμῷ ὁ λοιμὸς συνεπιλαβόμενος ἐδείκνυ πᾶσιν ἐμφανῶς θεομηνίας ἔργον καὶ τῆς Δεσποτικῆς προῤῥήσεως καὶ ἀπειλῆς τὴν τῆς πόλεως ὑπάρξαι πανωλεθρίαν καὶ ἅλωσιν.

ΜΗ'.

Τοῦ αὐτοῦ μᾶλλον δὲ Γαΐου Πρεσβυτέρου, περὶ τῆς τοῦ παντός.

Ἀνεγνώσθη Ἰωσήπου *Περὶ τοῦ παντὸς*, ὃ ἐν ἄλλοις ἀνέγνων ἐπιγραφόμενον *Περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας*, ἐν ἄλλοις δὲ *Περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας*. [16 H.] Ἔστι δὲ ἐν δυσὶ λογιδίοις. Δείκνυσι δὲ ἐν αὐτοῖς πρὸς ἑαυτὸν στασιάζοντα Πλάτωνα, ἐλέγχει δὲ καὶ περὶ ψυχῆς καὶ ὕλης καὶ ἀναστάσεως Ἀλκίνουν ἀλόγως τε καὶ ψευδῶς εἰπόντα, ἀντεισάγει δὲ τὰς οἰκείας περὶ τούτων τῶν ὑποθέσεων δόξας, δείκνυσί τε πρεσβύτερον Ἑλλήνων πολλῷ τὸ Ἰουδαίων γένος. Δοξάζει δὲ συγκεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐκ πυρὸς καὶ γῆς καὶ ὕδατος, καὶ ἔτι ἐκ πνεύματος, ὃ καὶ ψυχὴν ὀνομάζει. Περὶ οὗ πνεύματος αὐταῖς λέξεσιν οὕτω φησί· Τούτου τὸ κυριώτερον ἀνελόμενος ἅμα τῷ σώματι ἔπλασε, καὶ διὰ παντὸς μέλους καὶ ἄρθρου πορείαν αὐτῷ κατεσκεύασεν [36]· ὃ τῷ σώματι συμπλασθὲν καὶ διὰ παντὸς διεκνούμενον τῷ αὐτῷ εἶδει τοῦ βλεπομένου σώματος τετύπωται, τὴν οὐσίαν δὲ ψυχρότερον ὑπάρχει πρὸς τὰ τρία, δι' ὧν τὸ σῶμα συνήρμοσται. Οὕτω μὲν οὖν ἀναξίως τῆς τε τῶν Ἰουδαίων περὶ ἀνθρώπου φυσιολογίας ταῦτα εἰπὼν καὶ τῆς ἄλλης αὐτοῦ περὶ τοὺς λόγους ἀσκήσεως, διέξεισι καὶ περὶ τῆς

VARIÆ LECTIONES.

[33] μεταβαίνωμεν ς. [34] καὶ om. A. [35] ἑαυτῷ] αὐτὸς esse videtur in A. [36] παρεσκεύασεν A.

NOTÆ.

(76) Cujus de comparat. Platon. et Aristot. libellus Græce atque Latine in medio est.

Digitized by Google

κοσμογονίας κεφαλαιωδῶς. Περὶ μέντοι Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν ὡς ἔγγιστα θεολογεῖ, κλῆσίν τε αὐτὴν ἀναφθεγγόμενος Χριστοῦ, καὶ τὴν ἐκ πατρὸς ἄφραστον γέννησιν ἀμέμπτως ἀναγράφων. Ὅ τινας ἴσως καὶ ἀμφιδοξεῖν, ὡς Ἰωσήπου εἴη τὸ συνταγμάτιον, ἀναπείσειεν. Οὐδὲν δὲ τὸ τῆς φράσεως αὐτῷ πρὸς τὰ ὑπόλοιπα τοῦ ἀνδρὸς ἀποδεῖ.

A disserit. De Christo autem vero Deo aptissime loquitur, quando et ipsam Christi appellationem illi attribuit, et inenarrabilem ex Patre generationem citra reprehensionem describit. Quæ res ambigendi fortasse cuipiam causam præbeat, sitne hoc Josephi opusculum : etsi nihil dicendi genere a reliquis ejusdem scriptis discedit.

Εὗρον δὲ[37] ἐν παραγραφαῖς ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ λόγος Ἰωσήπου, ἀλλὰ Γαΐου τινὸς πρεσβυτέρου ἐν Ῥώμῃ διατρίβοντος, ὃν φασι συντάξαι καὶ *τὸν Λαβύρινθον*· οὗ καὶ διάλογος φέρεται πρὸς Πρόκλον τινὰ ὑπέρμαχον τῆς τῶν Μοντανιστῶν αἱρέσεως. Ἀνεπιγράφου δὲ καταλειφθέντος τοῦ λόγου φασὶ τοὺς μὲν Ἰωσήπου ἐπιγράψαι, τοὺς δὲ Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος, ἄλλους δὲ Εἰρηναίου[38], ὥσπερ καὶ *τὸν Λαβύρινθόν* τινες ἐπέγραψαν Ὠριγένους. Ἐπεὶ Γαΐου ἐστὶ πόνημα τῇ ἀληθείᾳ τοῦ[39] συντεταχότος *τὸν Λαβύρινθον*, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ τέλει *τοῦ Λαβυρίνθου* διεμαρτύρατο ἑαυτοῦ εἶναι τὸν *Περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας* λόγον. Εἰ δ' ἕτερος καὶ οὐχ οὗτός ἐστιν, οὕπω μοι γέγονεν εὔδηλον. Τοῦτον τὸν Γάϊον πρεσβύτερόν φασι γεγενῆσθαι τῆς κατὰ Ῥώμην [37 R.] Ἐκκλησίας ἐπὶ Οὐίκτορος καὶ Ζεφυρίνου τῶν ἀρχιερέων, χειροτονηθῆναι δὲ αὐτὸν καὶ ἐθνῶν ἐπίσκοπον. Συντάξαι δὲ καὶ ἕτερον λόγον ἰδίως κατὰ τῆς Ἀρτέμωνος αἱρέσεως, καὶ κατὰ Πρόκλου δὲ σπουδαστοῦ Μοντανοῦ σπουδαίαν διάλεξιν[40] συντεταχέναι, ἐν ᾗ τρισκαίδεκα μόνας ἐπιστολὰς ἀριθμεῖται Παύλου, οὐκ ἐγκρίνων τὴν πρὸς Ἑβραίους.

Comperi adnotatum fuisse, non esse Josephi hoc opus, sed Caii cujusdam presbyteri Romæ agentis, quem et auctorem faciunt *Labyrinthi* : cujus etiam dialogus est adversus Proclum quemdam, hæresis Montanistarum defensorem. Cum enim sine titulo opus relictum esset, alii quidem Josepho inscriptum referunt alii Justino martyri, nonnulli Irenæo, quemadmodum et *Labyrinthum* Origeni B quidam tribuere. Alioqui Caii est opus ejusdem revera, qui *Labyrinthum* composuit **12***a*, quando ille ipse in extremo *Labyrintho* testatum reliquit, esse se libri *De universi natura* auctorem. Verum hic ne liber ille sit, de quo agitur, an alius, nondum mihi liquet. Hunc Caium (77) presbyterum Romanæ Ecclesiæ fuisse affirmant, sub Victore et Zephyrino pontificibus, ordinatumque et gentium episcopum, scripsisse quoque peculiarem alium librum contra Artemonis hæresim (78), et adversus Proclum, Montani studiosum, accuratam disputationem, in qua tredecim duntaxat B. Pauli epistolas enumeret (79), non recepta in censum ea, quæ est ad Hebræos.

ΜΘ'.

Τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας, κατὰ τῶν Νεστορίου βλασφημιῶν λόγοι ε'.

Ἀνεγνώσθη τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας[41] *Κατὰ τῶν τοῦ Νεστορίου βλασφημιῶν*, ἐν λόγοις πέντε. Φυλάττει δὲ κἀν τούτοις τῶν οἰκείων λόγων τὸν χαρακτῆρα καὶ τὸ ἰδίωμα, σαφέστερος δέ ἐστι τοῦ πρὸς Ἑρμείαν καὶ τοῦ *Περὶ τῆς ἐν Πνεύματι λατρείας*. Ὁ δὲ λόγος αὐτῷ πεποιημένος καὶ εἰς ἰδιάζουσαν ἰδέαν ἐκβεβιασμένος, καὶ οἷον λελυμένη καὶ τὸ μέτρον ὑπερορῶσα ποίησις.

XLIX

C *Beati Cyrilli Alexandrini contra Nestorium libri* v.

Lectus est B. Cyrillus Alexandriæ episcopus *Adversus blasphemias Nestorii, libris quinque.* Servat in his quoque suum dicendi characterem, et sermonis proprietatem. Clarior vero est quam ad Hermiam scribens, aut in libris *De adoratione in Spiritu* (80). Sermo illi confictus, et ad propriam dicendi formam contortus, ac veluti solutum numerosque negligens metrum.

Ν'.

Νικίου μοναχοῦ κατὰ τῶν τοῦ Φιλοπόνου κεφαλαίων ζ'.

[17 H.] Ἀνεγνώσθη Νικίου μοναχοῦ *Κατὰ τῶν τοῦ*[42] *Φιλοπόνου κεφαλαίων ἑπτά*, ὧν διεμνημόνευσεν ἐν τῷ καλουμένῳ αὐτοῦ λόγῳ Διαιτητής. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν ἁπλοῦς καὶ σύντομος καὶ ταῖς ἀντιῤῥήσεσιν ἱκανὸς καὶ ἀπέριττος.

L.

Nicias monachus contra Philoponum, Severum, ac gentes.

Lectus Nicias monachus, *Contra Philoponi capita septem*, quorum meminerat in libro quem inscripsit Διαιτήτην (hoc est, *arbitrium*, seu *cognitorem*), stylus ipsi simplex atque concisus, et responsionibus satisfaciens, minimeque redundans.

Ἀνεγνώσθη δὲ τοῦ αὐτοῦ καὶ *Κατὰ τοῦ δυσσεβοῦς Σεβήρου*, ἔτι δὲ καὶ *Κατὰ Ἑλλήνων λόγοι δύο.*

Legi ejusdem et *Contra impium Severum* adhuc etiam *Contra gentes libros duos.*

VARIÆ LECTIONES.

[37] δὲ om. A. [38] εἰρηνέου ς. [39] τοῦ A : αὐτοῦ ς. [40] διάλεξιν] δὲ λέξιν A. [41] ἀλεξανδρέως A. [42] τοῦ om. A.

NOTÆ.

(77) Vide B. Hier. in *Catalogo*, c. 59, et Euseb. lib. VI, c. 14 ; et lib. II, cap. 24.

(78) De qua lege Theodoret. atque Niceph.

(79) Quæ item sententia tribuitur Hippolyto inf. Col. 121.

(80) Exstant hodie XVII Dialogi *De adoratione in spiritu et veritate*, Romæ editi interp. Ant. Agellio episc.

Digitized by Google

LI.

Hesychii presbyteri Constant. In æneum serpentem libri IV.

Lecti sunt Hesychii presbyteri Constantinopolitani *In æneum serpentem libri quatuor*. Sermo illi ad ostentationem comparatus, et concitandis affectibus meditatus videbatur. Hic orationes finguntur Moysis ad populum, et hujus vicissim ad Moysen artificiosa alloquia. Dei quoque ad Moysen et populum, et horum utriusque rursum ad Deum, precationis atque excusationis forma sermones compositi. **12**[b] Quibus orationibus magnam libri partem consumit, ingens mole volumen efficiens. Porro Scriptor ipse, quantum ex hoc opere dijudicare licet, in orthodoxis est numerandus.

LII.

Synodus Sidetana, aliaque contra Messalianos.

Lecta synodus Sydæ habita adversus hæresim Messalianorum (81), hoc est, Euchetarum seu Adelphianorum. Præfuit synodo Amphilochius, Iconii episcopus, considentibus et aliis viginti quinque episcopis. In eodem ipso libro lecta est ipsius synodi ad magnum Flavianum, episcopum Antiochiæ, Synodica epistola, rerum gestarum rationem reddens.

Regnat deinde ex septem illis viris Darius, cum ejus equus (sic inter illos convenerat) arte quadam adhibita, primus post ortum solem hinniisset. Cæterum quo die Sphendadates magus interfectus est, festum ex eo apud Persas, Magophonia dictum (87), celebratur. Darius hic sepulcrum sibi in bicipiti monte exstrui imperabat (88), et jam exstruebatur; quod videre ipse cum desideraret, a Chaldæis atque parentibus prohibitus est. Eo tamen parentes ejus ascendere voluerunt **38***b*, sed in præceps acti mortui conciderunt, cum ad serpentum aspectum funes territi remisissent, qui eos sursum trahebant, sacerdotes, quæ res ingentem Dario mœrorem attulit, et vero capita illis quadraginta viris amputata sunt, qui hos attraxerant.

Ὅτι ἐπιτάσσει Δαρεῖος Ἀριαράμνῃ [83] τῷ σατράπῃ B Καππαδοκίας ἐπὶ Σκύθας διαβῆναι καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας αἰχμαλωτίσαι· ὁ δὲ διαβὰς πεντηκοντόροις λ' ἠχμαλώτισε. Συνέλαβε δὲ καὶ ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως τοῦ Σκυθῶν Μαρσαγέτην [84], ἐπὶ κακώσει εὑρὼν παρὰ τοῦ οἰκείου ἀδελφοῦ δεδεμένον. [116 R.] Σκυθάρβης [85] δὲ ὁ Σκυθῶν βασιλεὺς ὀργισθεὶς ἔγραψεν ὑβρίζων Δαρεῖον, καὶ ἀντεγράφη αὐτῷ ὁμοίως. Στράτευμα δὲ ἀγείρας Δαρεῖος π' μυριάδας, καὶ ζεύξας τὸν Βόσπορον καὶ τὸν Ἴστρον, διέβη ἐπὶ Σκύθας, ὁδὸν ἐλάσας ἡμερῶν ιε'. Καὶ ἀντέπεμπον ἀλλήλοις τόξα. Ἐπικρατέστερον δ' ἦν [86] τὸ [87] τῶν [57 H.] Σκυθῶν· διὸ καὶ φεύγων Δαρεῖος διέβη τὰς γεφυρώσεις, καὶ ἔλυσε σπεύδων πρὶν ἢ τὸ ὅλον διαβῆναι στράτευμα. Καὶ ἀπέθανον ὑπὸ Σκυθάρβεω [88] οἱ καταλειφθέντες ἐν τῇ Εὐρώπῃ μυριάδες ὀκτώ. Δαρεῖος C δὲ τὴν γέφυραν διαβὰς Χαλκηδονίων [89] οἰκίας καὶ ἱερὰ ἐνέπρησεν, ἐπεὶ τὰς πρὸς αὐτοῖς γεφύρας ἐμελέτησαν λῦσαι, καὶ ὅτι τὸν βωμὸν, ὃν περῶν [90] Δαρεῖος κατέθετο ἐπ' ὀνόματι διαβατηρίου Διός, ἠφάνισαν. Δᾶτις δὲ ἐπανιὼν ἐκ Πόντου καὶ τοῦ Μηδικοῦ [91] στόλου ἡγούμενος ἐπόρθει νήσους καὶ τὴν Ἑλλάδα. Ἐν Μαραθῶνι δὲ Μιλτιάδης ὑπαντιάζει, καὶ νικᾷ τοὺς βαρβάρους, καὶ πίπτει καὶ αὐτὸς Δᾶτις· καὶ οὐδὲ τὸ σῶμα Πέρσαις αἰτησαμένοις ἐδόθη. Δαρεῖος δὲ ἐπανελθὼν εἰς Πέρσας καὶ θύσας καὶ ἡμέρας νοσήσας λ' τελευτᾷ, ζήσας μὲν ἔτη οβ' [92], βασιλεύσας δὲ ἔτη λα'. Ἀπέθανε δὲ καὶ Ἀρτασύρας. Καὶ ὁ Βαγαπάτης δὲ τὸ σῆμα Δαρείου παρακαθίσας ἔτη ζ' ἐτελεύτησε.

Ariammen præterea Cappadociæ satrapam adversus Scythas proficisci, et viros inde ac feminas captivos abducere Darius imperat. Ille cum triginta navibus quinquaginta remorum trajiciens, mandata perfecit. Cepit inter alios regis Scytharum fratrem Masageten, quem ob illata mala in vincula a rege fratre conjectum reperit. Ergo Scytharces (89), Scytharum rex, indignatus, contumeliis plenas ad Darium litteras scripsit; et simili ad ipsum modo rescriptum est. Darius tandem octingentorum millium coacto exercitu, et Bosporo Istroque ponte constratis, adversus Scythas quindecim dierum itinere progressus est. Hi arcus (90) sibi mutuo miserunt. Sed cum Scythicus validior esse deprehenderetur, fugiens per pontes Darius, festinanter eos, antequam totus transiisset exercitus, dissolvit. Qua re factum est, ut qui reliqui ad octoginta millia in Europa relicti erant, a Scytharce omnes interfecti fuerint. Darius autem, ponte transmisso, flammis Chalcedonensium domos atque templa combussit: tum quod eos qui apud ipsos pontes erant, rescindere tentassent: tum quod aram, quam ipse transmittens, in Jovis Diabaterii (91) honorem statuerat, illi evertissent. Datis vero ex Ponto revertens, ut Ponticæ præerat classi, insulas passim Græciamque vastabat. Huic apud Marathonem (92) Miltiades occurrens Barbaros vicit, ipso etiam occumbente Date, cujus vel cadaver petentibus Persis denegatum est. Darius quoque ad Persas reversus, post oblata sacrificia, et dierum triginta morbum, vita functus est, cum annos vixisset LXXII, post regnum aditum triginta et

VARIÆ LECTIONES.

[81] πρῶτον ς. [82] ὄφεις om. pr. A. [83] Ἀριάμμη ς. [84] Μασαγέτην ς. [85] Σκυθαρχης ς. [86] δ' ἦν om. pr. A. [87] τὸ om. A. [88] Σκυθάρων ς. [89] καρχηδονίων ς. [90] περῶν A : περσῶν ς. [91] Μηδικοῦ A : ποντικοῦ ς. [92] οβ' A : ιβ' πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι ς.

NOTÆ.

(87) Herodotus lib. III, et Agathias, lib. II.

(88) Lege Persepoleos arcis descriptionem apud Diodor. Sicul. lib. XVII *Biblioth*, ubi βασιλικὸν ὄρος hunc locum vocat. Potentiores autem in montibus fere sepeliri solitos, multa veterum scriptorum testimonia docent.

(89) *Jancyrum* nominat Justin. lib. XII.

(90) De arcu ab Æthiopum rege sic ad Cambysen D misso, lege Herod. lib. III, post init.

(91) Solemne quippe gentibus fuit, transitus causa diis sacrificare. Sic Lucull. apud Plut. Euphrati taurum fecit.

(92) Marathonia pugna nihil unquam celebratum magis, 300 ad eam describendam occupatis doctorum ingeniis, Plutarcho teste.

Digitized by Google

annum. Obiit item extremum vitæ diem Artasyras; Bagates etiam cum septem ad Darii sepulcrum resedisset annos.

Regnum excipit Xerxes filius, apud quem magnam obtinet auctoritatem Artapanus, Artasyræ filius, æque ut hujus pater apud regis patrem olim obtinuerat: itemque Mardonius ille priscus. De eunuchis autem potentia præstabat Natucas. Uxorem deinde ducit (93) Xerxes Amistrin, Onophæ filiam: ex qua illi filius nascitur Dariæus, et post duos annos alter, Hystaspes nomine; itemque tertius, Artaxerxes: duæ quoque filiæ, quarum altera de aviæ nomine Amytis dicta; altera Rhodogune (94).

Xerxes adversus Græcos expeditionem suscepit, tum quod 39 *a* Chalcedonenses dissolvere pontem, ut modo dictum est, conati essent: tum quod aram, quam Darius excitarat, disturbassent; tum etiam quod Datin Athenienses occidissent, ejusque cadaver tradere recusassent. Verum antea Babylonem proficisci, et Belitanæ (95) sepulcrum inspicere voluit; et inspexit, Mardonio adjuvante, sed urnam olei non potuit (quemadmodum scriptum fuerat) implere. Inde Ecbatana profecto Xerxæ nuntius affertur de Babyloniorum defectione, deque Zopyro, belli apud illos duce, ab eisdem necato. Atque hunc quidem in modum de his loquitur Ctesias, aliter atque Herodotus. Quæ vero de Zopyro ille refert (hoc uno excepto quod mula ipsius pepererit), cætera saltem noster hic auctor confecta narrat per Megabyzum qui Xerxæ gener, ducta ejus filia Amyti, jam factus erat. Ita Babylon per Megabyzum capta, cui Xerxes, præter alia multa, molam donavit auream sex talentorum pondo: quod munus apud Persas omnium habetur regiorum munerum præstantissimum. Xerxes itaque Persico exercitu coacto (constabat is, præter currus, millibus hominum octingentis, et triremibus mille), cum Abydum ponte junxisset, in Græciam copias duxit. Ibi primum Demaratus Lacedæmonius ad eum accessit, atque una trajecit, et ne Lacedæmona rex invaderet, impedivit. Inde per Artapanum, decem hominum millia ducentem, confixit Xerxes ad Thermopylas cum Leonida Lacedæmoniorum duce; quo in prælio cæsæ misere sunt Persarum copiæ, e Lacedæmoniis vix duobus aut tribus desideratis. Viginti postea millia in aciem educi jubet, qui et ipsi superantur. Cum autem verberibus in pugnam adacti, victi nihilominus etiam tunc fuissent, quinquaginta postridie millia educi præcepit. At cum ne hi quidem aliquid effecissent, pugnare ultra destitit. Thessalus et Tra-

A Βασιλεύει Ξέρξης ὁ υἱὸς [62], καὶ Ἀρτάπανος ὁ Ἀρτασύρα παῖς γίνεται δυνατὸς παρ' αὐτῷ ὡς ὁ πατὴρ παρὰ τῷ πατρὶ, καὶ Μαρδόνιος ὁ παλαιός· εὐνούχων [64] δὲ μέγιστον ἠδύνατο Νατάκας [63]. Γαμεῖ δὲ Ξέρξης Ὀνόφα [66] θυγατέρα Ἀμῆστριν [67], καὶ γίνεται αὐτῷ παῖς Δαρειαῖος [68], καὶ ἕτερος μετὰ δύο ἔτη Ὑστάσπης, καὶ ἔτι Ἀρτοξέρξης [69], καὶ θυγατέρες δύο, ὧν ἡ μὲν Ἀμύτις κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς μάμμης, ἡ δὲ Ῥοδογούνη.

B Ὁ δὲ δὴ Ξέρξης στρατεύει ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, ὅτι τε Καλχηδόνιοι [70] λῦσαι τὴν γέφυραν, ὡς ἤδη εἴρηται, ἐπειράθησαν, καὶ ὅτι τὸν βωμὸν ὃν ἔστησε Δαρεῖος καθεῖλον, καὶ ὅτι Δᾶτιν Ἀθηναῖοι ἀνεῖλον καὶ οὐδὲ τὸν νεκρὸν ἔδοσαν. Πρότερον δὲ εἰς Βαβυλῶνα ἀφίκετο, καὶ ἰδεῖν ἐπεθύμησε τὸν Βελιτανᾶ τάφον, καὶ εἶδε διὰ Μαρδονίου, καὶ τὴν πύελον ἐλαίου [71] οὐκ ἴσχυσεν, ὥσπερ καὶ ἐγέγραπτο, πληρῶσαι. Ἐξελαύνει Ξέρξης εἰς Ἐκβάτανα, καὶ ἀγγέλλεται αὐτῷ ἀπόστασις Βαβυλωνίων καὶ Ζωπύρου τοῦ στρατηγοῦ αὐτῶν ὑπὸ σφῶν ἀναίρεσις. Οὕτω καὶ περὶ τούτων φησὶ Κτησίας, καὶ οὐχ ὡς Ἡρόδοτος· ἃ δὲ περὶ Ζωπύρου ἐκεῖνος λέγει, πλὴν ὅτι ἡμίονος αὐτῷ ἔτεκεν, ἐπεὶ τά γε ἄλλα Μεγάβυζον οὗτος λέγει διαπράξασθαι, ὃς ἦν γαμβρὸς ἐπὶ τῇ θυγατρὶ Ἀμύτει τοῦ Ξέρξου. Οὕτω μὲν ἦλω διὰ τοῦ Μεγαβύζου Βαβυλών. Δίδωσι δὲ [72] αὐτῷ Ξέρξης ἄλλα τε πολλὰ καὶ μύλην χρυσῆν ἓξ ἑλκουσαν τάλαντα· ὃ τιμιώτατον τῶν βασιλικῶν δώρων παρὰ Πέρσαις ἐστί. Ξέρξης δὲ συναγείρας στρατιὰν [73] Περσικὴν, ἄνευ τῶν ἁρμάτων ὀγδοήκοντα μυριάδας, καὶ τριήρεις χιλίας, ἦλαυνεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ζευγνὺς τὴν Ἄβυδον. Δημάρατος δὲ [74] ὁ Λακεδαιμόνιος παρεγένετο ἤδη πρῶτον, καὶ συνῆν αὐτῷ ἐν τῇ διαβάσει, [117 R.] καὶ ἀπεῖργε τῆς εἰς Λακεδαίμονα ἐφόδου. Ξέρξης δὲ προσβάλλει ἐν Θερμοπύλαις Λεωνίδᾳ τῷ στρατηγῷ τῶν Λακεδαιμονίων δι' Ἀρταπάνου, ἔχοντος μυρίους· καὶ κατεκόπη τὸ Περσικὸν πλῆθος, τῶν Λακεδαιμονίων δύο ἢ τριῶν ἀναιρεθέντων. Εἶτα προσβαλεῖν κελεύει μετὰ δισμυρίων, καὶ ἧττα γίνεται κἀκείνων. Εἶτα μαστιγοῦνται ἐπὶ τῷ [75] πολεμεῖν, καὶ μαστιγούμενοι ἔτι [58 H.] ἡττῶντο. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ κελεύει μάχεσθαι μετὰ πεντακισμυρίων· καὶ ἐπεὶ οὐδὲν ἤνυεν, C ἔλυσε τότε τὸν πόλεμον. Θώραξ δὲ ὁ Θεσσαλὸς καὶ Τραχινίων οἱ δυνατοὶ, Καλλιάδης καὶ Τιμαφέρνης παρῆσαν στρατιὰν ἔχοντες. Καλέσας δὲ Ξέρξης τούτους τε καὶ τὸν Δημάρατον καὶ τὸν Ἡγίαν τὸν Ἐφέσιον, ἔμαθεν ὡς οὐκ ἂν ἡττηθεῖεν Λακεδαιμόνιοι, εἰ

D

VARIÆ LECTIONES.

[62] υἱὸς αὐτοῦ καὶ ς. [64] ἡμιαρρένων ς. [63] Ναθάκας ς. [66] ὀνοφᾶ A. [67] Ἀμιστριν ς. [68] δαριαῖος A. [69] Ἀρταξέρξης ς. [70] καρχηδόνιοι ς. [71] ἐλαίας A. [72] δὲ om. A. [73] στρατιὰν mg.: στρατείαν ς. [74] δὲ add. A. [75] τὸ ς.

NOTÆ.

(93) Xerxem et Amistrin Scaliger Assuerum et Estherem interpretatur, quod Nic. Serarius confutat.

(94) Rhodogunes cujusdam Persicæ imaginem habes apud Philostratum, lib. II, icon. 5.

(95) Legendus Ælian. lib. XIII *Ποικίλης*, cap. 3.

Digitized by Google

μὴ κυκλωθείησαν. Ἡγουμένων δὲ τῶν δύο Τραχινίων διὰ δυσβάτου στρατὸς Περσικὸς διελήλυθε, μυριάδες τέσσαρες, καὶ κατὰ νώτου γίνονται τῶν Λακεδαιμονίων· καὶ κυκλωθέντες ἀπέθανον μαχόμενοι ἀνδρείως ἅπαντες. Ξέρξης δὲ πάλιν στράτευμα πέμπει κατὰ Πλαταιέων, μυριάδας ιβ', ἡγούμενον [76] αὐτοῖς Μαρδόνιον ἐπιστήσας· Θηβαῖοι δ' ἦσαν οἱ κατὰ Πλαταιέων τὸν Ξέρξην κινοῦντες. Ἀντιστρατεύει δὲ Παυσανίας ὁ Λακεδαιμόνιος, τριακοσίους μὲν ἔχων Σπαρτιήτας, χιλίους δὲ τῶν περιοίκων, ἐκ δὲ τῶν ἄλλων πόλεων χιλιάδας [77] ἕξ· καὶ νικᾶται κατὰ κράτος ἡ Περσικὴ στρατιά, καὶ φεύγει τραυματισθεὶς καὶ Μαρδόνιος. Οὗτος ὁ Μαρδόνιος πέμπεται συλῆσαι τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν παρὰ Ξέρξου, κἀκεῖ, φησὶ, θνήσκει χαλάζης ἐπιπεσούσης παχείας· ἐφ' ᾧ λίαν Ξέρξης ἐλυπήθη. Ξέρξης δὲ ἐπ' αὐτὰς Ἀθήνας ἐλαύνει, καὶ Ἀθηναῖοι πληρώσαντες ἑκατὸν δέκα τριήρεις φεύγουσιν εἰς Σαλαμῖνα. Καὶ Ξέρξης τὴν πόλιν κενὴν αἱρεῖ καὶ ἐμπίπρησι [78], πλὴν τῆς ἀκροπόλεως· ἐν αὐτῇ γὰρ ἔτι τινὲς ὑπολειφθέντες ἐμάχοντο. Τέλος κἀκείνων νυκτὶ φυγόντων κἀκείνην συνέφλεξαν [79]. Ὁ δὲ Ξέρξης αὐτόθεν ἐλθὼν ἐπὶ στενώτατον [80] τῆς Ἀττικῆς (Ἡράκλειον [81] καλεῖται), ἐχώννυε χῶμα ἐπὶ Σαλαμῖνα, πεζῇ ἐπ' αὐτὴν διαβῆναι διανοούμενος. Βουλῇ δὲ Θεμιστοκλέους Ἀθηναίου καὶ Ἀριστείδου τοξόται μὲν ἀπὸ Κρήτης προσκαλοῦνται καὶ παραγίνονται, εἶτα ναυμαχία Περσῶν καὶ Ἑλλήνων γίνεται, Περσῶν μὲν ναῦς ἐχόντων ὑπὲρ τὰς χιλίας, στρατηγοῦντος αὐτοῖς Ὀνόφα, Ἑλλήνων δὲ ἑπτακοσίας. Καὶ νικῶσιν Ἕλληνες, καὶ διαφθείρονται Περσικαὶ πεντακόσιαι νῆες, καὶ φεύγει Ξέρξης, βουλῇ πάλιν καὶ τέχνῃ Ἀριστείδου καὶ Θεμιστοκλέους· ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς ἁπάσαις μάχαις ἀπέθανον Περσῶν δώδεκα μυριάδες. Ξέρξης δὲ περάσας εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ ἀπελαύνων εἰς Σάρδεις, ἔπεμπε Μεγάβυζον τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν συλῆσαι· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος παρῆλθε, ἀποστέλλεται Ματάκας [82] ὁ εὐνοῦχος, ὕβρεις τε φέρων τῷ Ἀπόλλωνι καὶ πάντα συλήσων· καὶ δὴ οὕτω ποιήσας πρὸς Ξέρξην ὑπέστρεφεν.

A cheniensium principes Calliades atque Timaphernes, cum exercitu aderant. His Xerxes ad se vocatis, unaque Demarato, et Hegia Ephesio, nulla ratione vinci posse Lacedæmonios intellexit, nisi copiis cincti in orbem pugnare cogantur. Quadraginta ergo Persarum millia, ducibus Tracheniensibus illis duobus, per invia transgressi, a tergo Lacedæmonios adoriuntur, qui hoc pacto circumdati, fortiter pugnantes ad unum omnes occubuere. Mittit rursus exercitum Xerxes adversus Platæenses centum et **39***b* viginti millium, duce Mardonio. Thebani autem regem in Platæenses concitabant, Mardonio occurrit Pausanias Lacedæmonius, Spartanos non nisi trecentos, accolas mille, et ex aliis urbibus ad sex millia secum ducens. Ibi Persico B exercitu superato, Mardonius vulneratus aufugit. Idem hic Mardonius ad diripiendam Apollinis ædem a Xerxe missus, ingenti oppressus grandine interiit, magno admodum regis dolore. Xerxes deinde Athenas ipsas petit cum exercitu. Verum Athenienses, centum et decem triremibus instructis, ad Salaminam insulam fugerunt. Urbem itaque vacuam cum cepisset, incendit; præter solam arcem, quam aliquot adhuc ibi relicti propugnabant. Sed cum tandem et hi noctu fugissent, etiam illam exussit. Rex inde ad angustissimum Atticæ locum, quem Heracleum appellant, profectus, aggerem Salaminam versus ducere cœpit, eo consilio, ut pedestri ad insulam itinere transire aliquando possit. At ex Themistoclis Atheniensis et Aristidæ consilio sagittarii ex Creta accersuntur et veniunt; deinde et C navali pugna Persæ cum Græcis congrediuntur. Ducebant illi naves supra mille, quibus Onophas præerat, hi septingentas. Vincunt tamen Græci, et quingentas Persæ naves amittunt. Ipse quoque Xerxes consilio rursus et arte Aristidis atque Themistoclis, fugam arripit, interfectis de Persico exercitu, omnibus hisce præliis, non minus centum viginti millibus. Cum autem in Asiam rex trajecisset, et Sardes pergeret, Megabyzum designat, qui templum Delphicum diriperet; sed detrectavit ille facinus; quare Matacas eunuchus injurias Apollini illaturus, omniaque expilaturus mittitur: qui confectis ita rebus, ad regem reversus est.

Ξέρξης [83] ἀπὸ Βαβυλῶνος εἰς Πέρσας παραγίνεται, καὶ Μεγάβυζος κατὰ τῆς γυναικὸς τῆς ἰδίας Ἀμύτιος, ἣ θυγάτηρ, ὡς προεῖρηται, Ξέρξου ἐτύγχανεν, ὡς μεμοιχευμένης λόγους ἐκίνει. Καὶ ἐπιτιμᾶται Ἀμύτις λόγοις ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ὑπισχνεῖται σωφρονεῖν.

D In Persiam interim Xerxes Babylone venerat cum Megabyzus uxorem suam Amytin (quæ, ut jam antea dictum, Xerxæ filia erat) adulterii insimulat, quamobrem illa acriter a parente increpita, spondet se castam esse.

Ἀρτάπανος [84] δὲ μέγα παρὰ Ξέρξῃ δυνάμενος μετ' Ἀσπαμίτρου [85] τοῦ εὐνούχου [86], [120 R.] καὶ αὐτοῦ μέγα δυναμένου, βουλεύονται ἀνελεῖν [87] Ξέρξην, καὶ ἀναιροῦσι, καὶ πείθουσιν Ἀρτοξέρξην [88] τὸν υἱὸν ὡς Δαρειαῖος [89] αὐτὸν ὁ ἕτερος παῖς ἀνεῖλε.

Artapanus item, qui plurimum apud Xerxen auctoritate valebat, et cum eo Aspamitres eunuchus (qui ipse quoque plurimum apud regem poterat) de Xerxe interficiendo consilium agitant, eademque patrant **40***a*. Artaxerxæ interim filio persua-

VARIÆ LECTIONES.

[76] ἡγούμενον δὲ αὐτοῖς ς. [77] χιλιάδας ἕξ.] ς. A. [78] ἐμπίμπρηοι ς. [79] συνέφλεξεν ς. [80] στενώτατον ς. [81] Ἡρ.] ὁ Ἡρ. ς. [82] Ματάκας idemne qui supra (p. 38 *b*) Νατάκας? [83] Ξέρξης δὲ ἀπὸ ς. [84] Ἀρταβάζας ς. [85] libri μετὰ Σπαμίτρου cf. p. 40 *a*. [86] ἡμεφόρενος ς. [87] ἀνελεῖν] ἀναιρεῖν A. [88] Ἀρταξέρξην ς hic et infra. [89] Δαριαῖος A, qui sæpe ita.

Digitized by Google

dent, a Dariæo altero filio patrem esse necatum. Adducitur ergo ab Artapano in Artaxerxæ domum Dariæus, multo cum clamore identidem pernegans se parricidam esse, is tamen capite plexus moritur nihilominus.

Artaxerxes (96) deinde Artapani opera regno potitur. Attamen etiam hujus vitæ Artapanus idem insidias tendit, et communicato cum Megabyso consilio (qui jam ob suspectam adulterii uxorem suam Amytin, magno in mœrore versabatur), jurejurando sibi mutuo cavent. Verum re tota Megabyzi indicio prodita, eodem mortis genere quod Artaxerxes tollendus fuerat, Artapanus ipse tollitur, atque adeo quæcunque in Xerxem ac Dariæum perpetrata fuerant, patefiunt omnia. Quare Aspamitres (97) quoque, qui Xerxis atque Dariæi cædis conscius fuerat, acerbo in primis ac duro (98) mortis genere, adhibitis per scapham tormentis, afficitur. Post Artapani mortem pugna exoritur inter conjurationis illius socios reliquosque Persas : qua in pugna Artapani filii cadunt, Megabyzo quoque graviter saucio. Quem hujus casum Artaxerxes, itemque Amytis et Rhodogune, ipsarumque mater Amistris vehementer luxerunt. Tandem tamen, etsi ægre admodum, insigni diligentia Apollonidæ Coi medici servatus est.

Desciscunt ab Artaxerxe Bactra, una cum satrapa Artapano altero et pugnatur æquo utrinque Marte. Sed cum jam altero inito prælio in Bactriorum faciem ventus spiraret, superior Artaxerxes efficitur, atque in ejus ditionem Bactria concedit universa.

Defecit et Ægyptus, Inaro Lydio, alteroque Ægyptio quodam defectionis auctoribus, et omnia bello gerendo necessaria comparantur. Quin et Athenienses Inaro petenti quadraginta naves submittunt. Quamobrem Artaxerxes ipse in hanc expeditionem proficisci cogitabat. Verum id ei amicis dissuadentibus, Achæmenidem fratrem cum peditum millibus quadringentis, et navibus octoginta in Ægyptum mittit. Confligit Inarus cum Achæmenide; superant Ægyptii ; Achæmenides ipse ab Inaro percussus moritur, corpusque ad Artaxerxen mittitur. In mari quoque victoriam Inarus obtinuit, magnam ibi gloriam indepto Charitimide, qui quadraginta illarum navium, quæ ab Atheniensibus advenerant, præfectus erat. Nam ex quinquaginta navibus Persicis, viginti cum ipsis hominibus captæ sunt, reliquæ triginta periere. 40*b* Mittitur post hæc Megabyzus adversus Inarum, qui ad copias quæ reliquæ fuerant, alium ducebat exercitum ducentorum millium, cum navibus tre-

Καὶ παραγίνεται Δαρειαῖος[90] ἀγόμενος ὑπὸ Ἀρταπάνου εἰς τὴν οἰκίαν Ἀρτοξέρξου[91], πολλὰ [59 H.] βοῶν καὶ ἀπαρνούμενος[92] ὡς οὐκ εἴη φονεὺς τοῦ πατρὸς, καὶ ἀποθνήσκει.

Καὶ βασιλεύει Ἀρτοξέρξης σπουδῇ Ἀρταπάνου. Καὶ ἐπιβουλεύεται πάλιν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ λαμβάνει κοινωνὸν τῆς βουλῆς Ἀρτάπανος Μεγάβυζον ἤδη λελυπημένον ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ Ἀμύτι διὰ τὴν τῆς μοιχείας ὑπόληψιν· καὶ ὅρκοις ἀλλήλους ἀσφαλίζονται. Ἀλλὰ μηνύει πάντα Μεγάβυζος, καὶ ἀναιρεῖται Ἀρτάπανος ᾧ τρόπῳ ἔμελλεν ἀναιρεῖν Ἀρτοξέρξην. Καὶ γίνεται πάντα δῆλα τὰ εἰργασμένα ἐπὶ Ξέρξῃ καὶ Δαρειαίῳ, καὶ ἀπόλλυται πικρῷ καὶ κακίστῳ θανάτῳ Ἀσπαμίτρης, ὃς ἦν κοινωνὸς ἐπὶ τοῖς φόνοις Ξέρξου καὶ Δαρειαίου· σκαφεύεται γὰρ καὶ οὕτως ἀναιρεῖται. Μάχη δὲ γίνεται μετὰ τὸν θάνατον Ἀρταπάνου τῶν τε συνωμοτῶν αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων Περσῶν, καὶ πίπτουσιν ἐν τῇ μάχῃ οἱ τρεῖς τοῦ Ἀρταπάνου υἱοί, τραυματίζεται δὲ καὶ Μεγάβυζος ἰσχυρῶς· καὶ θρηνεῖ Ἀρτοξέρξης καὶ ἡ Ἀμύτις καὶ ἡ Ῥοδογούνη καὶ ἡ μήτηρ αὐτῶν Ἀμῆστρις, καὶ μόλις πολλῇ ἐπιμελείᾳ περισώζεται Ἀπολλωνίδου[93] ἰατροῦ τοῦ Κῴου.

Ἀφίσταται Ἀρτοξέρξου Βάκτρα καὶ ὁ σατράπης, ἄλλος Ἀρτάβανος· καὶ γίνεται μάχη ἰσοπαλής. Καὶ γίνεται πάλιν ἐκ δευτέρου, καὶ ἀνέμου κατὰ πρόσωπον Βακτρίων πνεύσαντος νικᾷ Ἀρτοξέρξης, καὶ προσχωρεῖ αὐτῷ πᾶσα Βακτρία.

Ἀφίσταται Αἴγυπτος, Ἰνάρου Λυδίου[94] ἀνδρὸς καὶ ἑτέρου Αἰγυπτίου τὴν ἀπόστασιν μελετήσαντος, καὶ εὐτρεπίζεται τὰ πρὸς πόλεμον· πέμπουσι καὶ Ἀθηναῖοι αἰτησαμένου αὐτοῦ τεσσαράκοντα νῆας. Καὶ μελετᾷ αὐτὸς Ἀρτοξέρξης ἐκστρατεῦσαι, καὶ τῶν φίλων οὐ συμβουλευόντων πέμπει Ἀχαιμεδίνην τὸν ἀδελφὸν, τεσσαράκοντα μὲν μυριάδας ἐπαγόμενον στράτευμα πεζικὸν, νῆας δὲ π'. Συμβάλλει πόλεμον Ἴναρος πρὸς Ἀχαιμενίδην, καὶ νικῶσιν Αἰγύπτιοι, καὶ βάλλεται Ἀχαιμενίδης ὑπὸ Ἰνάρου, καὶ θνήσκει, καὶ ἀποπέμπεται ὁ νεκρὸς αὐτοῦ εἰς Ἀρτοξέρξην. Ἐνίκησεν Ἴναρος καὶ κατὰ θάλατταν[95], Χαριτιμίδου[96] εὐδοκιμήσαντος, ὃς τῶν ἐξ Ἀθηνῶν μ' νηῶν ἐχρημάτιζε[97] ναύαρχος· καὶ ν' Περσῶν νῆες, αἱ μὲν κ' αὐτοῖς ἀνδράσιν ἐλήφθησαν, αἱ δὲ λ' διεφθάρησαν, εἶτα πέμπεται κατὰ Ἰνάρου Μεγάβυζος, ἐπαγόμενος ἄλλο στράτευμα πρὸς τῷ ὑπολειφθέντι, μυριάδας κ', καὶ νῆας τ', καὶ ἐπιστάτην αὐταῖς[98] Ὁρίσκον[99], ὡς εἶναι χωρὶς τῶν νεῶν τὸ ἄλλο πλῆθος ν' μυριάδας· Ἀχαιμενίδης γὰρ ὅτε ἔπεσε, δέκα μυριάδες αὐτῷ,

VARIÆ LECTIONES.

[90] Ἀρταξέρξης ς. [91] Ἀρτοξέρξου corr. A : Δαρειαίου ς. [92] ἀπαρνούμενος A : παραινούμενος ς. [93] Ἀπολλωνίδου Stephanus : libri Ἀπολλωνίου. [94] Λύδιου] inimo Λίβυος. vid. Thucydid. I, 104. [95] θάλασσαν ς. [96] χαριστιμίδου A. [97] ἐχρημάτισε ς. [98] libri αὐτοῖς. [99] Ὥρισκον ς.

NOTÆ.

(96) *Longimanus* cognomento.

(97) Paulo ante *Spamitres* dictus.

(98) Habes id a Plutarcho descriptum in Vita Artaxerxæ, mox a principio.

Digitized by Google

ἐξ ὧν ἦγε μ', συνδιεφθάρησαν. Γίνεται οὖν μάχη κρατερὰ, καὶ πίπτουσιν ἀμφοτέρωθεν πολλοὶ, πλείους δὲ Αἰγύπτιοι, καὶ βάλλει Μεγάβυζος εἰς τὸν μηρὸν Ἴναρον[1], καὶ τρέπεται, καὶ νικῶσι Πέρσαι κατὰ κράτος. Φεύγει δὲ πρὸς τὴν Βύβλον Ἴναρος (πόλις [2] ἰσχυρὰ ἐν Αἰγύπτῳ αὕτη), καὶ οἱ Ἕλληνες δὲ μετ' αὐτοῦ, ὅσοι μὴ ἐν τῇ [3] μάχῃ καὶ μετὰ Χαριτιμίδου ἀπέθανον. [121 R.] Προσχωρεῖ δὲ Αἴγυπτος πλὴν Βύβλου πρὸς Μεγάβυζον. Ἐπεὶ δὲ ἐκείνη ἀνάλωτος ἐδόκει, σπένδεται πρὸς Ἴναρον καὶ τοὺς Ἕλληνας, ἑξακισχιλίους ὄντας καὶ ἔτι πρὸς, ὁ Μεγάβυζος, ἐφ' ᾧ μηδὲν κακὸν παρὰ βασιλέως [60 H.] λαβεῖν, καὶ τοὺς Ἕλληνας, ὅτε βούλοιντο, πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐπανελθεῖν. Καθίστησι δὲ τῆς Αἰγύπτου σατράπην Σαρσάμαν[4]. Καὶ λαβὼν Ἴναρον καὶ τοὺς Ἕλληνας παραγίνεται πρὸς Ξέρξην, καὶ εὑρίσκει λίαν κατὰ Ἰνάρου τεθυμωμένον, ὅτι τὸν ἀδελφὸν Ἀχαιμενίδην ἀπεκτονὼς εἴη. Διηγεῖται τὰ γεγονότα Μεγάβυζος [5], καὶ ὡς πίστεις δοὺς Ἰνάρῳ καὶ τοῖς Ἕλλησι Βύβλον εἵληφε· καὶ ἐξαιτεῖται λιπαρῶς βασιλέα περὶ τῆς αὐτῶν [6] σωτηρίας, καὶ λαμβάνει, καὶ ἐξάγεται [7] τέλος τῇ στρατιᾷ ὡς Ἴναρος καὶ οἱ Ἕλληνες οὐδὲν κακὸν πείσονται [8].

centis, quibus Oriscus præerat: ut præter naves, reliquæ copiæ quingentorum millium numerum explerent. Nam cum Achæmenides cecidit, e quadringentis millibus quæ duxerat, centum una millia perierant. Pugnatur itaque modo acriter, ac multis utrinque cadentibus, plures tamen Ægyptii occumbunt. Inarum tandem Megabyzus in femore vulnerat, atque in fugam vertit: et viribus Persæ fortiores facti vincunt. Fugiens autem Inarus, Byblum se recepit (urbs hæc in Ægypto est admodum munita) et cum eo Græci omnes, quicunque vel in prælio, vel cum Charimitide cæsi non fuerant. Qua ex re præter Byblum, Ægyptus universa ad Megabazi partes se adjunxit. Et quoniam Byblus expugnari non posse videbatur, Megabyzus cum Inaro et Græcis, quorum erant supra sex millia, fide data paciscitur, nullum eos a rege incommodum accepturos, ac Græcos etiam, cum liberet, domum reversuros. Sartaman igitur cum Ægypto præfecisset, assumpto secum Inaro Græcisque ad Artaxerxen proficiscitur: quem invenit Inaro vehementer iratum, quod is Achæmenidem regis fratrem interfecerat. Porro Megabyzus, quæ gesta fuerant, omnia narrat, et quomodo fide Inaro Græcisque data Byblum ceperit: precibus dein multis apud regem instando, ut salvos eos esse vellet, postulata impetrat: tandemque ad exercitum defertur, Inarum ac Græcos nihil mali esse passuros.

Ἀμύτις δὲ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς Ἀχαιμενίδου [9] δεινὰ ἐποιεῖτο, εἰ μὴ τιμωρήσαιτο [10] Ἴναρον καὶ τοὺς Ἕλληνας· καὶ αἰτεῖται ταῦτα βασιλεῖ, ὁ δὲ οὐκ ἐνδίδωσιν· εἶτα Μεγαβύζῳ [11], ὁ δὲ ἀποπέμπεται. Εἶτα ἐπεὶ διώχλει τὸν υἱὸν, κατειργάσατο, καὶ πέντε παρελθόντων ἐτῶν λαμβάνει τὸν Ἴναρον παρὰ βασιλέως καὶ τοὺς Ἕλληνας. Καὶ ἀνεσταύρωσε μὲν ἐπὶ τρισὶ σταυροῖς· πεντήκοντα δὲ Ἑλλήνων, ὅσους λαβεῖν ἴσχυσε, τούτων ἔτεμε τὰς κεφαλάς. Καὶ ἐλυπήθη λύπην σφοδρὰν Μεγάβυζος, καὶ ἐπένθησε, καὶ ἠτήσατο ἐπὶ Συρίαν τὴν ἑαυτοῦ χώραν ἀπιέναι· ἐνταῦθα λάθρα καὶ τοὺς ἄλλους τῶν Ἑλλήνων προέπεμπε. Καὶ ἀπῆει, καὶ ἀπέστη βασιλέως, καὶ ἀθροίζει μεγάλην δύναμιν, ἄχρι ιε' μυριάδων χωρὶς τῶν ἱππέων καὶ τῶν πεζῶν. Καὶ πέμπεται Οὐσιρις [12] κατ' αὐτοῦ σὺν κ' μυριάσι, καὶ συνάπτεται πόλεμος, καὶ βάλλουσιν ἀλλήλους Μεγάβυζος καὶ Οὐσιρις, ὁ μὲν ἀκοντίῳ, καὶ τυγχάνει Μεγαβύζου εἰς τὸν μηρὸν καὶ τιτρώσκει ἄχρι δακτύλων δύο, ὁ δὲ ὡσαύτως ἀκοντίῳ τὸν τοῦ Οὐσίριος μηρόν· εἶτα βάλλει εἰς τὸν ὦμον, κἀκεῖνος πίπτει ἐκ τοῦ ἵππου, καὶ περισχὼν Μεγάβυζος προστάσσει ἀναλαβεῖν καὶ περισῶσαι. Ἔπιπτον δὲ πολλοὶ τῶν Περσῶν, καὶ ἐμάχοντο ἀνδρείως οἱ τοῦ Μεγαβύζου παῖδες Ζώπυρος καὶ Ἀρτύφιος [13], καὶ νίκη γίνεται Μεγαβύζῳ κραταιά.

Enimvero Amytis (99), præ dolore ex filii Achæmenidæ interitu, indignam rem fore arbitrabatur, nisi cum Græcis Inarus quoque pœnas sibi daret; quare ab rege sibi illos poposcit; verum ille non tradidit; deinde ab ipso Megabyso, sed æque repellitur: donec tandem, dum filio molesta esse non desinit, quod optabat confecit, quintumque post annum Inarum pariter et Græcos a rege accepit. Et crucibus quidem tribus (1) illum suffixit: de Græcis vero quinquaginta (tot enim capere potuit) capita curavit amputari. Magno ergo Megabyzus dolore luctuque oppressus, ut sibi in Syriam regionem suam proficisci liceret, petiit, quo jam occulte cæteros Græcorum præmiserat, eoque aliquando profectus, a rege descivit, magnas omnino copias colligens, ad centum usque et quinquaginta millia, seorsum equitum peditumque. Adversus eum 41a Osiris mittitur cum ducentis millibus. Conserta dein manu, mutuo sese vulnerant Osiris ac Megabyzus: ille jaculo Megabyzi femur attingens, duos altum digitos vulnus inflixit; hic itidem jaculo Osiris primum femur, deinde et humerum ita percussit, ut etiam ex equo ceciderit; at complexus eum Megabyzus, sublatum servari jussit. Multi illic Persæ ceciderunt, Zopiro atque Artiphio

VARIÆ LECTIONES.

[1] Ἰνάρω A. [2] πόλις δὲ ἰσχ. ς. [3] τῇ] αὐτῇ A. [4] Σαρτάμαν ς. [5] γεγ. πάντα Μεγ. ς. [6] αὐτοῦ ς. [7] ἐξάγεται τέλος] infra (p. 41 a 30.) τέλος ἔπεμπε. [8] πήσονται A. [9] ἀχαιμενίδους A. [10] τιμωρήσαι τὸν Ἴναρον ς [11] Μεγάβυζον ς. [12] Ὄσιρις ς. sic et posthac. [13] Ἀρτίφυος ς.

NOTÆ

(99) P. Amistris illa Onophæ filia, Artaxerxæ mater.

(1) Ita Plut. in Artaxerxe refert Mesabatæ corpus transversum tribus fuisse fixum crucibus.

Digitized by Google

Megabyzi filiis strenue pugnantibus, ingeniique Megabyzus potitur victoria. Osirin autem omni cura conservare studet, quem etiam ad Artaxerxen, ipsum repetentem, dimisit. Mittitur deinde et alter adversus Megabyzum exercitus, unaque Menostrates, Artarii filius: erat Artarius Babylonis satrapa, et Artaxerxæ ipsius frater. Concurrunt iterum exercitus: sed Persæ fugiunt, et Menostates in humero a Megabyzo percutitur, post etiam in capite, at non lethali vulnere, sagitam excepit. Fugit tamen cum suis omnibus, et Megabyzo illustrem victoriam concedit. His rebus ita gestis, monet Megabyzum per legatos Artarius, cum rege ut paciscatur. Ille se pacisci quidem cum rege paratum ostendit, non tamen ad eum proficisci, sed in sua manere provincia velle. Hæc regi nuntiantur, quem Artoxares, e Paphlagonia eunuchus, ipsaque adeo Amistris hortantur, propere ut paciscatur. Ipse itaque Artarius, et Amytis uxor, unaque Artoxares, vicesimum jam agens annum, et Osioros filius Petisas, qui et Spitamæ pater, mittuntur. Hi multis sermonibus ac juramentis securum Megabyzum reddentes, ægre tamen persuadent, ut ad regem proficiscatur. Cui tandem reverso, rex significavit, veniam se illi eorum quæ admisisset, dare. Egressus post hæc aliquando ad venationem rex, a leone invaditur, quem in sublime sese attollentem, jaculo percutiens Megabyzus interficit. Id factum graviter tulit Artaxerxes, quod antequam ipse feram nactus esset, eam Megabyzus confecisset; quare caput ei abscindi imperat. Sed Amistris, et Amytis, et aliorum precibus, mortis ei pœna condonata, ad urbem quamdam Cyrtæ nomine, circa mare Rubrum, relegatur. Artoxares quoque eunuchus, quod sæpius apud regem pro Megabyzo liberius locutus fuisset, in Armeniam mittitur exsulatum. At Megabyzus, quinque in exsilio transactis annis **41***b* pisagan sese simulando (*pisagas* autem Persis dicitur *leprosus*, ad quem nemini omnium accedere permittitur), aufugit, domumque ad Amytin reversus, ægre tandem agnitus est. Hinc per Amistrin atque Amytin cum rege reconciliatur: qui eum, uti antea, suæ mensæ participem fecit. Verum cum sex jam et septuaginta vixisset annos, magno regis cum dolore mortuus est.

Post Megabyzi mortem, cum multis admodum viris Amytis consuescebat, ut ante eam mater quoque Amistris. Appollonides ergo, Cous ille medicus, cum Amytis leviter ægrotaret, et ejus ipse amore captus esset, fore dixit ut ea in pristinam valetudinem restitueretur, si cum viris congrederetur, nam vulvæ vexari morbo. Quæ cum illi ars ex voto successisset, atque cum ea concubuisset, ubi feminam contabescere animadvertit, abstinuit a consuetudine. Igitur illa, morte accedente, matri indixit, Appollonidem ut ulciscereturl. Hæc regi ipsi Artaxerxi rem omnem exposuit, et quomodo

A Περιποιεῖται Οὔσιριν ἐπιμελῶς, καὶ ἀποπέμπει τοῦτο αἰτησάμενον πρὸς Ἀρτοξέρξην. Πέμπεται δὲ κατ' αὐτοῦ ἑτέρα στρατιά, καὶ Μενοστάτης ὁ τοῦ Ἀρταρίου παῖς· ὁ δὲ Ἀρτάριος σατράπης μὲν ἦν Βαβυλῶνος, Ἀρτοξέρξου δὲ ἀδελφός. Καὶ συμβάλλουσιν ἀλλήλοις, καὶ φεύγει ἡ Περσικὴ στρατιά, καὶ Μενοστάτης βάλλεται εἰς τὸν ὦμον ὑπὸ Μεγαβύζου, εἶτα εἰς τὴν κεφαλὴν τοξεύεται οὐ καιρίαν, φεύγει δὲ ὅμως αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ νίκη λαμπρὰ γίνεται Μεγαβύζῳ. Ἀρτάριος δὲ πέμπει πρὸς Μεγάβυζον, καὶ παραινεῖ σπείσασθαι βασιλεῖ· ὁ δὲ δηλοῖ σπείσασθαι μὲν βούλεσθαι καὶ αὐτὸν, οὐ μέντοι παραγενέσθαι πρὸς βασιλέα, ἀλλ' ἐφ' ᾧ μένειν ἐν τῇ ἑαυτοῦ [14]. Ἀπαγγέλλεται ταῦτα βασιλεῖ, καὶ συμβουλεύουσιν Ἀρτοξάρης τε ὁ Παφλαγὼν εὐνοῦχος,

B ἀλλὰ καὶ ἡ Ἀμῆστρις, σπουδῇ σπείσασθαι. Πέμπεται οὖν Ἀρτάριός τε αὐτὸς καὶ Ἀμύτις ἡ γυνὴ καὶ Ἀρτοξάρης ἐτῶν ἤδη ὢν εἴκοσι, καὶ Πετήσας [15] ὁ Οὐσίριος καὶ Σπιτάμα πατήρ. [124 R.] Πολλοῖς οὖν ὅρκοις καὶ λόγοις πληροφορήσαντες Μεγάβυζον μόλις ὅμως πείθουσι πρὸς βασιλέα παραγενέσθαι, καὶ βασιλεὺς τέλος [61 H.] ἔπεμπε παραγενομένῳ συγγνώμην ἔχειν τῶν ἡμαρτημένων. Ἐξέρχεται βασιλεὺς ἐπὶ θήραν, καὶ λέων ἐπέρχεται αὐτῷ, μετεώρου δὲ φερομένου τοῦ θηρίου βάλλει ἀκοντίῳ Μεγάβυζος καὶ ἀναιρεῖ· καὶ ὀργίζεται Ἀρτοξέρξης ὅτι πρὶν ἢ αὐτὸς τύχῃ Μεγάβυζος ἔβαλε [16], καὶ προστάσσει τὴν κεφαλὴν τὸν Μεγάβυζον ἀποτμηθῆναι. Ἀμήστριος δὲ καὶ Ἀμύτιος καὶ τῶν ἄλλων τῇ παραι-

C τήσει τοῦ μὲν θανάτου ῥύεται, ἀνάσπαστος δὲ γίνεται εἰς τὴν Ἐρυθρὰν ἔν τινι πόλει, ὀνόματι Κύρται. Ἐξορίζεται δὲ καὶ Ἀρτοξάρης ὁ εὐνοῦχος εἰς Ἀρμενίαν, ὅτι πολλάκις ὑπὲρ Μεγαβύζου βασιλεῖ ἐπαῤῥησιάσατο. Ὁ δὲ Μεγάβυζος πέντε διατρίψας τῇ [17] ἐξορίᾳ ἔτη ἀποδιδράσκει, ὑποκριθεὶς τὸν [18] πισάγαν· πισάγας δὲ λέγεται παρὰ Πέρσαις ὁ λεπρὸς, καὶ ἔστι πᾶσιν ἀπρόσιτος. Ἀποδρὰς οὖν παραγίνεται πρὸς Ἀμύτιν καὶ τὸν οἶκον, καὶ μόλις ἐπιγινώσκεται. Καὶ δι' Ἀμήστριος καὶ Ἀμύτιος [19] καταλλάσσεται ὁ βασιλεὺς, καὶ ποιεῖ αὐτὸν ὡς τὸ πρόσθεν ὁμοτράπεζον. Ζήσας δὲ ἔξ καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη ἀπέθανε, καὶ κάρτα ἠχθέσθη βασιλεύς.

D Τελευτήσαντος δὲ Μεγαβύζου κάρτα ἦν Ἀμύτις ἀνδράσιν ὁμιλοῦσα, καὶ πρό γε ταύτης καὶ ἡ μήτηρ Ἀμῆστρις ὁμοίως. Ὁ δὲ Ἀπολλωνίδης ὁ ἰατρὸς ὁ Κῷος, ἐπεὶ ἀσθενῶς εἶχεν Ἀμύτις, εἰ καὶ βληχρῶς [20] καὶ οὐκ ἰσχυρῶς, ἐκεῖνος δὲ ἠράσθη αὐτῆς, ἔφη εἰς τὴν ὑγείαν αὐτὴν ἐπανελθεῖν, ἐὰν ἀνδράσιν ὁμιλήσῃ· τῆς γὰρ ὑστέρας εἶναι τὸ νόσημα. Ἐπεὶ δὲ αὐτῷ ἐξεγένετο τὸ ἐπιτήδευμα καὶ ὠμίλει αὐτῇ, ἡ δὲ ἄνθρωπος ἐμαραίνετο, ἀπέστη τῆς συνουσίας. Τελευτῶσα δὴ οὖν ἐπήγγειλε τῇ μητρὶ ἀμύνασθαι Ἀπολλωνίδην. Ἡ δὲ ἀπήγγειλε πάντα Ἀρτοξέρξῃ τῷ [21] βασιλεῖ, ὅπως τε ὠμίλει καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[14] αὐτοῦ ς. [15] Πετίσας ς. [16] ἔβαλλεν A. [17] τῇ] ἐν τῇ ς. [18] τὸν] εἰς τὸν ς. [19] Ἀμύτιος] δι' Ἀμύτιος ς. [20] ἀβληχρῶς ς. [21] τῷ om. pr. A.

Digitized by Google

ὅπως ἀπέστη ὑβρίσας, καὶ ὅπως ἡ θυγάτηρ ἐπήγειλεν, Ἀπολλωνίδην ἀμύνασθαι· ἐκεῖνος δὲ τῇ μητρὶ τὸ παριστάμενον αὐτῇ πράττειν ἐπιτρέπει. Ἡ δὲ λαβοῦσα ἔδησε τὸν Ἀπολλωνίδην δυσὶ μησὶ κολάζουσα, ἔπειτα ζῶντα κατώρυξεν, ὅτε καὶ Ἀμύτις ἀπέθανεν.

Ζώπυρος δὲ ὁ Μεγαβύζου καὶ Ἀμύτιος παῖς, ἐπεὶ αὐτῷ ὅ τε πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ ἐτελεύτησεν, ἀπέστη βασιλέως καὶ εἰς Ἀθήνας ἀφίκετο, κατὰ τὴν τῆς [22] μητρὸς εἰς αὐτοὺς εὐεργεσίαν. Εἰς Καῦνον δὲ ἄμ' αὐτῶν ἑπομένων [23] εἰσέπλευσε, καὶ ἐκέλευσε παραδιδόναι τὴν πόλιν. Καύνιοι δὲ αὐτῷ μὲν παραδιδόναι τὴν πόλιν ἔφασκον, Ἀθηναίοις δὲ τοῖς συνεπομένοις οὐκέτι. Εἰσιόντι δὲ Ζωπύρῳ εἰς τὸ τεῖχος λίθον Ἀλκίδης Καύνιος ἐμβάλλει εἰς τὴν κεφαλήν, καὶ οὕτω Ζώπυρος ἀποθνήσκει. Ἀμῆστρις δὲ ἡ μάμμη τὸν Καύνιον ἀνεσταύρωσεν. Ἀποθνήσκει δὲ καὶ ἡ Ἀμῆστρις κάρτα γραῦς γενομένη. Καὶ Ἀρτοξέρξης δὲ [24] ἀποθνήσκει μ' καὶ β' ἔτεα βασιλεύσας. Τελευτᾷ [25] ἱστορία ιζ', ἄρχεται ιη'.

Ἀρτοξέρξου [26] τελευτήσαντος Ξέρξης ὁ υἱὸς βασιλεύει, ὃς μόνος ἦν γνήσιος ἐκ Δαμασπίας, ἡ ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ καὶ Ξέρξης ἐτελεύτησεν, ἀπεδίω. Βαγόραζος δὲ τὸν νεκρὸν τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς ἀπήγαγεν εἰς Πέρσας. Ἐπταικαίδεκα δὲ νόθους υἱοὺς ἔσχεν ὁ Ἀρτοξέρξης, ἐξ ὧν ἐστι καὶ Σεκυδιανὸς [27] [62 H.] ὁ ἐξ Ἀλογούνης τῆς Βαβυλωνίας, καὶ Ὦχος, [125 R.] καὶ Ἀρσίτης ὁ ἐκ Κοσμαρτιδηνῆς [28], καὶ αὐτῆς Βαβυλωνίας· ὁ δὲ Ὦχος ὕστερον καὶ βασιλεύει. Ἔτι δὲ παῖδες αὐτοῦ πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ Βαγαπαῖος καὶ Παρύσατις ἐξ Ἀνδρίας, καὶ αὐτῆς Βαβυλωνίας· αὕτη ἡ [29] Παρύσατις Ἀρτοξέρξου καὶ Κύρου μήτηρ ἐγένετο. Τὸν δὲ Ὦχον ζῶν ὁ πατὴρ Ὑρκανίων σατράπην ἐποίησε, δοὺς αὐτῷ καὶ γυναῖκα Παρύσατιν ὄνομα, ἥτις ἦν Ξέρξου μὲν θυγάτηρ, ἀδελφὴ δὲ οἰκεία. Ὁ δὲ Σεκυδιανὸς προσποιησάμενος Φαρνακύαν τὸν εὐνοῦχον, ὃς ἦν μετὰ Βαγόραζον καὶ Μενοστάνη καὶ ἑτέρους τινάς, μεθύοντος ἐν ἑορτῇ τινι τοῦ Ξέρξου καὶ καθεύδοντος ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσελθόντες ἀποκτείνουσιν αὐτὸν, τεσσαρακοστῆς καὶ πέμπτης ἡμέρας διαγενομένης ἀπὸ τῆς τοῦ πατρὸς τελευτῆς. Συνέβη οὖν ἀμφοτέρους ἅμα εἰς Πέρσας ἀποκομισθῆναι· αἱ γὰρ ἄγουσαι τὴν ἁρμάμαξαν ἡμίονοι, ὥσπερ ἀναμένουσαι καὶ τὸν τοῦ παιδὸς νεκρὸν, οὐκ ἤθελον πορεύεσθαι, ὅτε δὲ κατέλαβε, σὺν προθυμίᾳ ἀπῆεσαν.

Βασιλεύει δὲ Σεκυδιανὸς, καὶ γίνεται Ἀζαβαρίτης αὐτῷ Μενοστάνης. Ἀπιὼν δὲ Βαγόραζος καὶ ὑποστρέψας πρὸς Σεκυδιανὸν, ἐπεὶ παλαιὰ αὐτοῖς ἔχθρα ὑπετύφετο, ὡς δῆθεν ἄνευ τῆς ἑαυτοῦ γνώμης τοῦ πατρὸς

A filia velle de Appollonide supplicium sumi, sibi indicasset. Rex, quidquid matri visum agendi fecit potestatem : quæ cum vinctum Appollonidem integro bimestri excruciasset, vivum postea defodi, eodem ipso tempore curavit, quo Amytis diem suum obiit.

Zopyrus autem, Megabyzi et Amytis filius, utroque orbatus parente, a rege descivit, Athenasque profectus est, propterea quod mater ejus Athenienses olim beneficiis affecerat Caunum ergo ipse, navibus cum asseclis delatus, tradi sibi urbem postulat. Caunii tradere se ipsi quidem urbem paratos responderunt; qui vero ipsum sequebantur Atheniensibus, nequaquam. Quare in Zopyri muros subeuntis caput, saxum Alcides Caunius conje-
B cit, ex quo ille ictu mortuus est. Caunium hunc Amistris avia cruci affixit : ac tandem ipsa quoque senio confecta decessit. Quin et Artaxerxes vita abiit, cum duos et quadraginta regnasset annos. Atque hic finis septimi decimi *Historiarum* libri, inchoaturque octavus decimus.

Regnum Artaxerxæ defuncti filius Xerxes excepit, solus legitimus e conjuge Damaspia, quæ ipso illo die quo Xerxes [postea] vita decessit. Bagorazus vero patris matrisque corpus in Persiam avexit. **42***a* Septemdecim huic Artaxerxæ spurii filii fuerunt, in quibus Secyndianus, ex Alogune Babylonia : et Ochus, atque Arsites; ille ex
C muliere quadam Martidene nomine, etiam ipsa Babylonia; Ochus autem hic post etiam regno potitur. Porro præter jam dictos ipsius æque liberi fuere, Bagapæus et Parysatis ex Andia, item Babylonia. Hæc Parysatis Artaxerxæ postea Cyrique mater fuit. Ochum pater, dum adhuc in vivis esset, Hyrcaniorum satrapam constituerat, data ei uxore cui Parysati nomen, quæ Xerxæ filia, ipsiusque Ochi soror erat. Secyndianus vero, ascito sibi Pharnacyo eunucho (qui Bagorazo et Menostane (2), ac quibusdam aliis auctoritate inferior erat), cum Xerxes die quodam festo ebrius in regia dormiret, ingressi una eum interficiunt,
D quadragesimo quinto a patris morte die. Ita evenit, ut amborum simul corpora in Persiam avehercntur. Quæ enim antea mulæ currum [cum Artaxerxæ cadavere] protractura, tanquam filii quoque cadaver exspectarent, progredi noluerant, eædem, postquam ista contigerunt, magna cum alacritate sunt iter ingressæ.

Ita regno potitus Secyndianus, Menostanem sibi creat Azabariten : reversumque deinde Bagorazum; quando vetus inter eos simultas ardebat, prætexens quod absque suo consilio patris cadaver

VARIÆ LECTIONES.

[22] τῆς om. A. [23] ἅμα τῶν ἑπομένων A : ἅμα τοῖς ἑπομένοις ς. [24] δὲ om. A. [25] τελευτᾷ — ιη'] τελ. ἱστορ. ιζ'· ἄρχεται ιη' A : τέλος τῆς ιζ' ἱστορίας. ἀρχὴ δὲ τῆς ιη' ς. cf. p. 43 *b* 1. [26] Ἀρταξέρξου δὲ τελευτ. ς. [27] Σεκυνδιανὸς ς. hic et posthac. [28] ἐκ γυναικὸς Μαρτιδηνῆς ς. [29] ἡ om. A.

NOTÆ.

(2) Supra Menestates.

Digitized by Google

ibi reliquisset, lapidibus obrui imperavit. Quod factum exercitus moleste admodum tulit : neque ullis largitionibus ille efficere potuit, ut non eum tum ob Xerxæ fratris, tum ob Bagorazi cædem, vehementer odissent. Dimittit postea Secyndianus qui Ochum accerseret. Qui se venturum sæpius pollicitus, non tamen venit, donec multis tandem munitus copiis, regnum occupaturus putaretur. Et vero Arbarius, equitum Secyndiani præfectus, ab eo ad Ochum deficit, post hunc Ægypti satrapa Arxanes : quin et Artoxares ab ipsa usque Armenia ad Ochum accessit : cui etiam invito citariam (3) hi imposuere. Ochus ergo regnum adit, mutatoque nomine Dariæus appellatur (4). Hic dolis mox juramentisque, Parysatidis monitu, Secyndianum aggreditur : ac multum licet Menostanes hortaretur, ne juramentis Secyndianus crederet, neve cum fallacibus hominibus pactum ullum iniret, credit tamen. Capitur itaque, et in cinerem **42***b* conjectus moritur, cum menses sex (5), et dies quindecim regnasset.

Solus inde regnat Ochus, qui et Dariæus, apud quem auctoritate valebant tres eunuchi : maxime quidem Artoxanes, post hunc Artibazanes, tertio loco Athous. Sed uxorem potissimum in consilium adhibebat : ex qua jam ante aditum regnum binos susceperat liberos, Amistrin filiam, et filium Arsacam, qui mutato post nomine Artaxerxes (6) dictus. Parit autem ipsi et alterum filium jam regnans uxor, cui a sole Cyri (7) nomen imponitur; deinde Artosten, aliosque deinceps ad tredecim usque liberos. (Hæc scriptor hic ex ipsamet se audisse Parysatide refert.) Verum cæteri quidem cito vivere desierunt, superstitibus relictis iis, quos modo nominavimus, cum quarto insuper filio, cui Oxendræ nomen fecerunt.

Defecerunt a rege germanus ejus frater Arsites, eodem patre eademque matre prognatus, et Megabyzi filius Artyphius. Mittitur adversus hos Artasyras, belloque Artyphium invadens, duobus e prælii victus abiit : tertio deinde congressus, Artyphium superat, et quos ille secum habebat Græcos ita muneribus ad se pellexit, ut tandem cum tribus admodum Milesiis relictus fuerit. Quare jurejurando fideque ab Artasia data, regi sese dedidit. Parysatis vero regi ad Artyphium interficiendum incitato id consilii dedit, illo ut tempore non occideret : per eam enim fraudem etiam Arsiten ipsum sese dediturum; ubi hic quoque deceptus captusque esset, tum demum tempus utriusque necandi. Et vero ita factum est, dum ei consilio

λιπὼν τὸν νεκρὸν αὐτοῦ, προστάξει βασιλέως λιθόλευστος ἐγεγόνει· ἐφ' ᾧ ἡ [20] στρατιὰ εἰς λύπην κατηνέχθη. Ὁ δὲ δῶρα αὐτῇ ἐδίδου· οἱ [21] δὲ ἐμίσουν αὐτὸν, ὅτι τε τὸν ἀδελφὸν Ξέρξην ἀπεκτόνει καὶ ὅτι Βαγόραζον. Διαπέμπεται Σεκυδιανὸς προσκαλούμενος Ὦχον· ὁ δὲ ὑπισχνεῖται μὲν, οὐ παραγίνεται δέ. Καὶ γίνεται τοῦτο πολλάκις. Τέλος περιβάλλεται Ὦχος πολλὴν στρατιὰν, καὶ ἐπίδοξος ἦν βασιλεύειν. Ἀφίσταται Ἀρβάριος ὁ τῶν ἱππέων Σεκυδιανοῦ ἄρχων πρὸς Ὦχον, εἶτα Ἀρξάνης ὁ Αἰγύπτου σατράπης· καὶ Ἀρτοξάρης δὲ ὁ εὐνοῦχος [22] ἐξ Ἀρμενίας ἦκε πρὸς Ὦχον. Καὶ ἐπέθεντο αὐτῷ τὴν κίταριν, οὔτι ἑκόντος [23]. Βασιλεύει Ὦχος, καὶ μετονομάζεται Δαρειαῖος [24]. Καὶ μετέρχεται ἀπάτῃ καὶ ὅρκοις, ὑποθήκῃ Παρυσατίδος, τὸν Σεκυδιανὸν, πολλὰ Μενοστάνους [25] παραινοῦντος Σεκυδιανὸν μὴ πιστεύειν τοῖς ὅρκοις μηδὲ σπένδεσθαι τοῖς ἐξαπατῶσι. Πείθεται δ' οὖν ὅμως, καὶ ἁλίσκεται, καὶ εἰς τὴν σποδὸν ἐμβάλλεται καὶ ἀπόλλυται βασιλεύσας [26] μῆνας ἕξ, ἡμέρας δεκαπέντε.

Βασιλεύει οὖν μόνος Ὦχος ὁ καὶ Δαρειαῖος. Εὐνοῦχοι δὲ τρεῖς ἠδύναντο παρ' αὐτῷ, μέγιστον μὲν Ἀρτοξάρης [27], δεύτερος δὲ Ἀρτιβαρζάνης [28] καὶ τρίτος Ἄθως. Ἐχρῆτο δὲ συμβούλῳ μάλιστα τῇ γυναικί [29]· ἐξ ἧς πρὸ τῆς βασιλείας δύο ἔσχε τέκνα, Ἀμῆστριν θυγατέρα καὶ Ἀρσάκαν υἱὸν, ὃς ὕστερον μετωνομάσθη Ἀρτοξέρξης. Τίκτει δὲ αὐτῷ ἕτερον υἱὸν βασιλεύουσα, καὶ τίθεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἡλίου Κῦρον· εἶτα τίκτει Ἀρτόστην, καὶ ἐφεξῆς μέχρι παίδων δεκατριῶν. Καί φησιν ὁ συγγραφεὺς αὐτὸς παρ' αὐτῆς ἐκείνης τῆς Παρυσάτιδος ταῦτα ἀκοῦσαι. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἄλλα τῶν τέκνων ταχὺ ἀπέβιω, οἱ δὲ περιγεγονότες οἵ τε προρρηθέντες τυγχάνουσι καὶ ἔτι τέταρτος υἱὸς, Ὀξένδρας ὠνομασμένος.

Ἀφίστανται βασιλέως Ἀρσίτης ὁ οἰκεῖος ἀδελφὸς, ὁμοπάτριος καὶ ὁμομήτριος, καὶ Ἀρτύφιος ὁ Μεγαβύζου. Πέμπεται [63 H.] Ἀρτασύρας κατ' αὐτῶν, καὶ πολεμεῖ Ἀρτύφιον, καὶ δυσὶ μάχαις Ἀρτασύρας ἡττᾶται. [128 R.] Εἶτα πάλιν συμβαλὼν νικᾷ Ἀρτύφιον, καὶ ὑπάγεται τοὺς σὺν αὐτῷ Ἕλληνας δώροις, καὶ καταλιμπάνονται αὐτῷ Μιλήσιοι μόνοι τρεῖς. Τέλος ὅρκους καὶ πίστεις λαβὼν παρὰ Ἀρτασύρα, ἐπεὶ ὁ Ἀρσίτης οὐκ ἐφαίνετο, προσεχώρησε βασιλεῖ. Παρύσατις δὲ βουλεύεται βασιλεῖ, ὁρμῶντι πρὸς τὸν Ἀρτυφίου θάνατον, μὴ ἀνελεῖν τέως· ἔσεσθαι γὰρ τοῦτο ἀπάτην καὶ εἰς τὴν προσχώρησιν τοῦ Ἀρσίτου· ἐπειδὰν δὲ κἀκεῖνος ἀπατηθεὶς ἁλῷ, δεῖν [40] τότε ἄμφω διαχρήσασθαι. Καὶ γέγονεν οὕτως, εὐοδωθείσης τῆς συμβουλῆς, καὶ ἐμβάλλεται εἰς τὴν σποδὸν Ἀρτύφιος

VARIÆ LECTIONES.

[20] ἡ add. A. [21] οἱ] αὐτοὶ A. [22] ὁ εὐνοῦχος add. A. [23] ἑκόντι ς. [24] δαριαῖος ς. [25] πολλὰ μὲν Ὀστάνους ς. [26] βασιλεύσας add. A : idem hoc loco reposuit quæ vulgo v. 3, post Δαρειαῖος legunlur, μῆνας ς' ἡμέρας ιε'. [27] Ἀρτοξάνης ς. [28] Ἀρτιβαζάνης ς. [29] μάλιστα τῇ γυναικὶ συμβούλῳ ς. [40] δεῖ A.

NOTÆ.

(3) De *citari*, sive *cidari*, lege doct. Brissonium in *Persicis*, lib. 1.

(4) Alias *Darius Nothus* dictus.

(5) Sequor versionem editam, quæ locum hunc ex historiæ ratione restituit.

(6) Cognomento Μνήμων.

(7) Cyrus hic minor est.

Digitized by Google

καὶ Ἀρσίτης· καίτοι Ἀρσίτην ὁ βασιλεὺς οὐκ ἐβούλετο ἀπολέσαι[41]. Ἀλλ' ἡ Παρύσατις τὰ μὲν πείθουσα τὰ δὲ βιαζομένη ἀπώλεσε. Κατελεύσθη δὲ καὶ Φαρνακύας [42] ὁ συνανελὼν Σεκυδιανῷ Ξέρξην. Ἀνηρέθη δὲ καὶ Μενοστάνης ὑφ' ἑαυτοῦ, ἤδη πρὸς θάνατον συλλαμβανόμενος.

Ἀφίσταται Πισούθνης, καὶ ἀποστέλλεται κατ' αὐτοῦ Τισαφέρνης καὶ Σπιθραδάτης [43] καὶ Παρμίσης. Ἀντεπεξῆει δὲ Πισούθνης, ἔχων καὶ Λύκωνα τὸν Ἀθηναῖον ἅμα Ἑλλήνων [44] ὧν ἐκεῖνος ἦρχε. Λαμβάνουσι δὲ οἱ τοῦ βασιλέως στρατηγοὶ χρήμασι [45] Λύκωνα καὶ τοὺς Ἕλληνας, καὶ ἀφιστῶσι Πισούθνου· εἶτα δόντες αὐτῷ πίστεις καὶ λαβόντες ἄγουσι παρὰ βασιλέα. Ὁ δὲ εἰς τὴν σποδὸν ἐνέβαλε, Τισσαφέρνῃ [46] δοὺς τὴν Πισούθνου σατραπείαν. Ἔλαβε δὲ Λύκων καὶ πόλεις καὶ χώρας ὑπὲρ τῆς προδοσίας.

Ἀρτοξάρης ὁ εὐνοῦχος [47], ὃς μέγα ἠδύνατο παρὰ βασιλεῖ, ἐπιβουλεύει βασιλέα, θέλων αὐτὸς βασιλεῦσαι· πώγωνα γὰρ καὶ ὑπόρρινα προσέταξεν αὐτῷ γυναικὶ κατασκευάσαι, ἵνα ὡς ἀνὴρ φαίνοιτο. Δι' ἧς καὶ καταμηνύεται καὶ συλλαμβάνεται. Καὶ παραδίδοται Παρυσάτιδι, καὶ ἀναιρεῖται.

Ἀρσάκης [48] ὁ τοῦ βασιλέως παῖς, ὁ καὶ ὕστερον μετονομασθεὶς Ἀρτοξέρξης, γαμεῖ τὴν Ἰδέρνεω θυγατέρα Στάτειραν [49], τὴν δὲ τοῦ βασιλέως θυγατέρα ὁ τοῦ Ἰδέρνεω υἱός· Ἀμῆστρις ἦν ἡ θυγάτηρ, τῷ δὲ ταύτης νυμφίῳ ὄνομα [50] Τεριτούχμης, ὃς καὶ τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος ἀντ' αὐτοῦ σατράπης κατέστη. Ἦν δὲ ὁμοπατρία αὐτῷ ἀδελφὴ Ῥωξάνη, καλὴ τῷ εἴδει καὶ τοξεύειν καὶ ἀκοντίζειν ἐμπειροτάτη. Ἐρῶν δὲ ταύτης ὁ Τεριτούχμης καὶ συγγινόμενος ἐμίσει Ἀμῆστριν, καὶ τέλος ἐμβαλεῖν αὐτὴν εἰς σάκκον [51] καὶ κατακεντηθῆναι ὑπὸ τριακοσίων ἀνδρῶν, μεθ' ὧν καὶ τὴν ἀπόστασιν ἐμελέτησεν [52], ἐβουλεύσατο. Ἀλλά τις Οὐδιάστης [53] ὄνομα, ἰσχὺν ἔχων παρὰ Τεριτούχμῃ, καὶ γράμματα παρὰ βασιλέως πολλὰς ὑποσχέσεις ἔχοντα, εἰ περισωθείη αὐτῷ ἡ θυγάτηρ, δεξάμενος, ἐπιτίθεται καὶ ἀναιρεῖ Τεριτούχμην, γενναίως ἐν τῇ ἐπαναστάσει ἀνδρισάμενον καὶ πολλοὺς ἀποκτείναντα [54]· μέχρι γὰρ λ' καὶ ζ' φασὶν αὐτὸν ἀποκτεῖναι. Ὁ δὲ υἱὸς τοῦ Οὐδιάστου Μιθραδάτης [55], ὑπασπιστὴς ὢν Τεριτούχμου καὶ μὴ

optatus respondit exitus, et uterque in cinerem conjicitur (8), etsi Arsiten rex perditum noluit, quod tamen Parysatis partim precibus, partim vi, aliquando effecit. Pharnacyas quoque, qui cum Secyndiano Xerxem occiderat, lapidibus obrutus : et Menostanes ipse sibi mortem conscivit, cum jam ad cædem comprehenderetur.

Desciscit Pisuthnes, in quem Tissaphernes mittitur, atque Spithradatas, et Parmises. Tenditque adversus hos Pisuthnes, Lyconen Atheniensem, cum Græcis quorum ille dux erat, secum educens; verum acceptis a regiis ducibus pecuniis, Lycon Græcique Pisuthnem deserunt, quem duces deinde, fide data 43a acceptaque ad regem perducunt. Qui ipsum in cinerem conjecit, ejusque satrapiam Tissaphernæ tradidit. Lycon interim urbes integras ac regiones pro hujusce proditionis mercede accepit.

Artoxares quoque, qui plurimum apud regem poterat, regnandi cupiditate adactus, insidias regi molitur. Hic eunuchus cum esset, barbam sibi mystacasque ut conficeret, uxori imperavit, quo vir esse putaretur, ab ea ipse proditus capitur, et Parysatidi traditus necatur.

Regis autem filius Arsaces, qui Artaxerxæ postea nomen tulit, Stateiram Idernæ filiam uxorem accipit, et hujus vicissim filius regis filiam. Hæc Amistris, ejus sponsus Terituchmes dicebatur, qui et in patris demortui locum satrapa creatus est. Erat huic soror eodem patre genita, Roxane nomine, quæ cum forma, tum sagittandi jaculandique peritia præstabat : cujus amore captus Terituchmes, ususque consuetudine, Amistrin scilicet oderat, ut eam tandem in saccum conjicere statuerit, a trecentis ita viris, cum quibus ille defectionem meditabatur, confodiendam. Verum Udiastes quidam, qui auctoritate apud Terituchmen pollebat, et litteras jam a rege acceperat promissis plenas, si sua ipsi filia servaretur incolumis, Terituchmen invadit atque interficit, cum prius ipse fortiter invasoribus resistens, eorum multos stravisset, septem enim supra triginta mactasse traditur. Ipsius autem Udiastæ filius Mithridates, qui Terituchmæ armiger erat, nec turbis hisce interfuerat, ubi

VARIÆ LECTIONES.

[41] ἀπολέσθαι ς. [42] φαρνακύτας A. [43] Σπιθαραδάτης ς. [44] Ἕλλησιν ς. [45] χρήματα ς. [46] Τισσαφερνίδης τὴν ς. [47] ὁ εὐνοῦχος A : δὲ ς, additis (post βασιλεῦσαι) ἐκτομίας ὑπάρχων. [48] Ἀρσάκης δὲ ὁ ς. [49] στατεῖραν A. [50] ὄνομα om. pr. A. [51] σάκον A. [52] μελετήσασα ς. [53] Οὐδιαστὴς — [54] ἀποκτείνοντα ς. [55] μιστροδάτις A.

NOTÆ.

(8) Eodem noc mortis genere sublatus quoque Secyndianus supra[ſ]et infra Pisuthnes. Brisson. in *Persicis*, vivos exustos censet. Lycophronis sane scholiastes φλέγουσαν σποδὸν exponit πυρκαϊὰν καὶ καῦσιν. Sed numquid vivos flammis tradere licebat, saltem noxios, apud quos mortuum quid, aut cœnum, in ignem conjiciens morte puniebatur, ut refert Strabo, lib. xv extr.? An forte in Pyrætheiorum copioso cinere, ibidem descripto, exstinctos istos suspicari liceat.—Præter mentem meam accidit, ut hæsitatio nostra prima de cinerum supplicio hoc loco expressa sit. Nam ecce tibi clarissime descripsit Valerius Max. lib. ix, cap. 2, *Externorum historia sexta*, quo supplicii genere perierint qui hic ἐμβάλλεσθαι εἰς τὴν σποδὸν dicuntur, quod etiam Ovid. in lib. v. 321 in his versiculis indicat :

Utque necatorum Darii fraude secundi,
Sic tua succensus devoret ossa cinis.

Dixeris et beatum Hieronymum olim hanc ipsam phrasin, alterius Machabæorum libri cap. xiii, n. 6, legisse, cum de sacrilego illo Menelao eodem hoc supplicii genere necato, vulgata ejus versio refert : *Inde in cinerem dejici jussit sacrilegum.* Schotus.

Digitized by Google

facinus intellexit, multas patri diras imprecatus est, captamque Zarin urbem, Terituchmæ filio conservavit. At Parysatis matrem Terituchmæ, fratresque Metrosten atque Helicum, sorores item duas, quas præter Stateiram habebat, vivas defodi jussit (9-10); et ipsam Roxanen (11) vivam item secari. Tantumdem de Stateira, Arsacæ filii uxore, rex conjugi imperavit. At cum Arsaces multis matrem patremque lacrymis atque planctibus mitigasset, postquam ipsa 43*b* Parysatis flexa est, etiam rex pœnam illi condonavit, hoc addito ad uxorem, fore aliquando ut eam valde pœniteret.

παρὼν, ἐπεὶ ἔμαθε, πολλὰ τῷ πατρὶ κατηράσατο, καὶ πόλιν Ζάριν καταλαβὼν ἐφύλασσε ταύτην τῷ παιδὶ τοῦ Τεριτούχμεω. Ἡ δὲ Παρύσατις τήν τε μητέρα τὴν Τεριτούχμεω καὶ τοὺς ἀδελφοὺς Μιτρώστην[56] καὶ Ἥλικον καὶ τὰς ἀδελφὰς, δύο οὔσας χωρὶς τῆς Στατείρας[57], ζώσας ἐκέλευσε καταχῶσαι, τὴν δὲ [64 H.] Ῥωξάνην ζῶσαν κατατεμεῖν· καὶ ἐγένετο. Ὁ δὲ βασιλεὺς εἶπε τῇ γυναικὶ Παρυσάτιδι ποιῆσαι ὁμοίως καὶ Στάτειραν τὴν Ἀρσάκου γυναῖκα τοῦ παιδός· [129 R.] ἀλλ' ὅ γε Ἀρσάκης πολλὰ τὴν μητέρα καὶ τὸν πατέρα δάκρυσι καὶ κοπετοῖς ἐξιλεωσάμενος[58], ἐπεὶ[59] ἡ Παρύσατις ἐπεκάμφθη, συνεχώρησε καὶ Ὦχος ὁ Δαρειαῖος[60], εἰπὼν Παρυσάτιδι πολλὰ μεταμελήσειν αὐτήν[61]. Τελευτᾷ[62] ἡ ιη'[63].

Decimo nono deinde libro refert, ut Ochus Darieus ex morbo mortuus sit Babylone, cum annos regnasset quinque supra triginta. Arsaces, idemque Artaxerxes (12) mutato nomine, regnum deinde suscipit; et exacta retro (per cervicem) lingua Udiastæ exsecatur, atque ita moritur, Mithridate ejus filio pro parente satrapa creato: quæ quidem Stateiræ studio non sine magno Parysatidis dolore peracta sunt. Tissaphernes criminatur Cyrum apud Artaxerxem fratrem; mox ille ad matrem confugit, atque ab objecto crimine absolvitur. Hac ergo a fratre affectus ignominia Cyrus, ad satrapiam suam recedit, ac de rebellione cogitat. Criminatur Orondem Satibarzanes cum Parysatide consuetudinem habere, cum alioquin castissime viveret. Morte igitur multatur Orondes, et mater regi indignatur, venenoque Teriteuchmæ filium necat. De eo quoque fit hic mentio, qui parentem contra legem per ignem sepelivit (13). Unde etiam Hellanicus atque Herodotus mendacii arguuntur. Deficit a fratre Cyrus, Græco simul et barbarico collecto exercitu (14). Porro Clearchus Græcorum dux erat. Syennesis vero Cilicum rex utrumque, Cyrum dico et Artaxerxem, in bello adjuvabat. Cyrus suum, et Artaxerxes vicissim suum exercitum cohortatus est. Clearchus Lacedæmonius, idemque Græcorum dux, et Menon Thessalus, quorum uterque Cyrum sequebatur, assidue inter se dissidebant, propterea quod Cyrus in omnibus Clearchi consilio uteretur, nulla Menonis habita ratione. Cum multi ab Artaxerxe ad Cyrum transfugerent, nullus tamen ab hoc ad illum transibat. Quam etiam ob causam Artabarius, cum ad Cyrum sese adjungere statuisset, eoque nomine accusatus esset, in cinerem conjectus est.

Ἐν δὲ τῇ ιθ' ἱστορίᾳ διαλαμβάνει ὡς Ὦχος ὁ Δαρειαῖος[64] ἀπέθανεν ἀσθενήσας ἐν Βαβυλῶνι, ἔτη βασιλεύσας τριάκοντα πέντε, βασιλεύει δὲ Ἀρσάκης ὁ μετονομασθεὶς Ἀρτοξέρξης. Καὶ ἐκτέμνεται ὁ Οὐδιάστης τὴν γλῶτταν, καὶ ἐξελκύεται ταύτην ἐξόπισθεν, καὶ θνήσκει· ὁ δὲ παῖς αὐτοῦ Μιτραδάτης ἀντὶ τοῦ πατρὸς καθίσταται σατράπης. Ἐπράχθη δὲ ταῦτα σπουδῇ Στατείρας, καὶ ἠνιᾶτο Παρύσατις. Διαβάλλεται Κῦρος ὑπὸ Τισσαφέρνους πρὸς Ἀρτοξέρξην τὸν ἀδελφὸν, καὶ καταφεύγει Παρυσάτιδι τῇ μητρὶ, καὶ ἀπολύεται τῆς διαβολῆς. Ἀπελαύνει Κῦρος ἠτιμωμένος παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ πρὸς τὴν οἰκείαν σατραπείαν, καὶ μελετᾷ ἐπανάστασιν. Διαβάλλει Σατιβαρζάνης Ὁρόνδην, ὡς Παρυσάτιδι μίγνυται, καίτοι λίαν αὐτῆς σωφρονούσης· καὶ ἀναιρεῖται Ὁρόνδης, καὶ ὀργίζεται ἡ μήτηρ τῷ βασιλεῖ, ὅτι Παρύσατις φαρμάκῳ διαφθείρει τὸν Τεριτούχμεω υἱόν. Καὶ περὶ τοῦ θάψαντος τὸν πατέρα διὰ τοῦ πυρὸς παρὰ τὸν νόμον· ἐξ οὗ καὶ ἔλεγχος Ἑλλανίκου καὶ Ἡροδότου, ὡς ψεύδονται. Ἀπόστασις Κύρου ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ συναγωγὴ Ἑλληνικοῦ στρατεύματος καὶ βαρβαρικοῦ, καὶ στρατηγῶν Κλέαρχος Ἑλλήνων. Ὅπως τε Συέννεσις[65] ὁ Κιλίκων βασιλεὺς ἄμφω συνεμάχει, Κύρῳ τε καὶ Ἀρτοξέρξῃ. Ὅπως τε Κῦρος τῇ ἰδίᾳ στρατείᾳ καὶ Ἀρτοξέρξης πάλιν τῇ οἰκείᾳ παρῆνεσαν. Κλέαρχος δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος, ὃς ἦρχε τῶν Ἑλλήνων, καὶ Μένων ὁ Θετταλὸς, οἳ μετὰ Κύρου ἦσαν, ἀεὶ διάφοροι ἀλλήλοις ἐτύγχανον, διότι τῷ μὲν Κλεάρχῳ ἅπαντα ὁ Κῦρος συνεβούλευε, τοῦ δὲ Μένωνος λόγος οὐδεὶς ἦν. Ἠτιμόλουν δὲ ἀπὸ μὲν Ἀρτοξέρξου πρὸς Κῦρον πολλοὶ, πρὸς δὲ Ἀρτοξέρξην ἀπὸ Κύρου οὐδείς· διὸ καὶ Ἀρταβάριος[66] προσχωρῆσαι Κύρῳ μελετήσας καὶ διαβληθεὶς εἰς τὴν σποδὸν ἐνεβλήθη.

VARIÆ LECTIONES.

[56] Μητρώστην ς. [57] στρατεία; A. [58] ἐξιλεούμενος ς. [59] ἐπεὶ δὲ ἡ ς. [60] δαριαῖος A. [61] αὐτὴν] nonne αὐτῇ? [62] τελευτᾷ] τέλος τῆς ς. [63] post ιη' cum A omisi ἱστορίας. [64] δαριαῖος A. [65] Συνέννεσις ς. [66] Ἀρταβάριος] ὁ βάρβαρος A.

NOTÆ.

(9-10) Usitato apud Persas supplicio, ut ex Herod. non uno loco discimus.

(11) Quod genus supplicii multis etiam post sæculis apud eam gentem usurpatum, ut quando regina Hormisdæ regis uxor τετεμαχίσθαι dicitur supra

(12) Mnemon cognominatus cujus vitam accurate descriptam habemus apud Plut.

(13) Herodot. *Thalia*, et Strabo lib. xv.

(14) Cyri hanc adversus fratrem rebellionem persecutus est diligentissime. Xenophon, lib. I et II *Ἀναβάσεως*.

Digitized by Google

Προσβολὴ Κύρου πρὸς τὴν βασιλέως στρατιάν, καὶ νίκη Κύρου· ἀλλὰ καὶ θάνατος Κύρου ἀπειθοῦντος Κλεάρχῳ, καὶ αἰκισμὸς τοῦ σώματος Κύρου ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ [67] Ἀρτοξέρξου· τήν τε γὰρ κεφαλὴν καὶ τὴν χεῖρα, μεθ' ἧς τὸν Ἀρτοξέρξην ἔβαλεν, αὐτὸς ἀπέτεμε καὶ ἐθριάμβευσεν. Ἀναχώρησις Κλεάρχου τοῦ Λακεδαιμονίου ἅμα τῶν σὺν αὐτῷ [68] Ἑλλήνων τῆς νυκτὸς, καὶ τῶν τῆς Παρυσάτιδος πόλεων [69] μιᾷ κατάληψις· εἶτα σπονδαὶ βασιλέως πρὸς τοὺς Ἕλληνας. Ὡς Παρύσατις εἰς Βαβυλῶνα ἀφίκετο πενθοῦσα Κῦρον, καὶ μόλις ἐκομίσατο τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ καὶ τὴν χεῖρα, καὶ ἔθαψεν, καὶ ἀπέστειλεν εἰς Σοῦσα. Τὰ περὶ Βαγαπάτου τοῦ ἀποτεμόντος προστάξει βασιλέως τὴν κεφαλὴν ἀπὸ τοῦ σώματος Κύρου, ὅπως ἡ μήτηρ μετὰ βασιλέως κύβοις ἐπὶ συνθήκαις παίξασα καὶ νικήσασα ἕλαβε Βαγαπάτην, καὶ ὃν τρόπον τὸ δέρμα περιαιρεθὶς ἀνεσταυρίσθη [70] ὑπὸ [65 H.] Παρυσάτιδος, ὅτε καὶ τὸ πολὺ ἐπὶ Κύρῳ πένθος αὐτῇ [71] ἐπαύσατο διὰ τὴν πολλὴν τοῦ Ἀρτοξέρξου δέησιν. [130 R.] Ὡς Ἀρτοξέρξης δῶρα ἔδωκε τῷ ἐνέγκαντι τὸν Κύρου πῖλον, καὶ ὡς τὸν Κᾶρα τὸν δοκέοντα Κῦρον βαλεῖν [72] Ἀρτοξέρξης ἐτίμησε, καὶ ὡς Παρύσατις τὸν τιμηθέντα Κᾶρα αἰκισαμένη ἀπέκτεινεν. Ὡς Ἀρτοξέρξης παρέδωκεν αἰντησαμένῃ Μιτραδάτην [73] Παρυσάτιδι, ἐπὶ τραπέζης μεγαλαυχήσαντα ἀποκτεῖναι Κῦρον [74], κἀκείνη λαβοῦσα πικρῶς [75] ἀνεῖλε. Ταῦτα [76] ἡ ιθ' καὶ κ' ἱστορία.

Ἐν δὲ τῇ κα' καὶ β' καὶ γ', ἥτις καὶ τῆς ὅλης πέρας ἐστὶν ἱστορίας, τάδε περιείληπται [77], ὡς Τισαφέρνης ἐπιβουλεύει τοῖς Ἕλλησι, καὶ προσεταιρισάμενος Μένωνα τὸν Θεσσαλὸν δι' αὐτοῦ Κλέαρχον καὶ τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς ἀπάτῃ καὶ ὅρκοις ἐχειρώσατο, τοῦ Κλεάρχου καὶ προειδομένου καὶ ἀποκρουομένου τὴν ἐπιβουλήν· ἀλλὰ τό τε πλῆθος διὰ Μένωνος ἀπατηθὲν κατηνάγκασε καὶ ἄκοντα Κλέαρχον πρὸς Τισσαφέρνην παραγενέσθαι, καὶ Πρόξενος ὁ Βοιώτιος αὐτὸς ἤδη προαλοὺς ἀπάτῃ συμπαρῇνει. Ὡς εἰς Βαβυλῶνα πρὸς Ἀρτοξέρξην Κλέαρχον καὶ τοὺς ἄλλους ἀπέστειλεν ἐν πέδαις, καὶ ὡς ἐπὶ θέαν Κλεάρχου ἅπαντες συνερρύησαν. Ὡς Κτησίας αὐτὸς ἰατρὸς ὢν Παρυσάτιδος πολλὰ Κλεάρχῳ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὄντι πρὸς ἡδονὴν καὶ θεραπείαν δι' αὐτῆς ἔπραξε· καὶ τῶν δεσμῶν ἂν Παρύσατις ἔλυσε καὶ ἀφῆκεν, εἰ μὴ Στάτειρα τὸν ἄνδρα Ἀρτοξέρξην ἀνέπεισε τοῦτον ἀναιρεθῆναι. Καὶ ἀνῃρέθη Κλέαρχος, καὶ τέρας ἐπὶ τῷ σώματι συνέστη· αὐτομάτως γὰρ ἐπ' αὐτῷ τάφος, μεγίστου πνεύσαντος ἀνέμου, ἐπὶ μέγα ἠρμένος ἐπισυνέστη. Ἀνῃρέθησαν δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ἀναπεμφθέντες Ἕλληνες πλὴν Μένωνος.

Λοιδορία Παρυσάτιδος πρὸς Στάτειραν, καὶ ἀναίρεσις διὰ φαρμάκου τοῦτον διασκευασθέντος τὸν τρόπον· ἐφυλάττετο γὰρ Στάτειρα λίαν μὴ παθεῖν ὅ

A Cyrus in regium exercitum impressionem facit, victoriaque potitus, dum Clearchum audire noluit, deinde occumbit. Indignis modis a fratre Artaxerxe in Cyri corpus sævitum, nam et caput, et manum ipsam, qua regem hic percusserat, abscidit, eamque velut in triumpho circumtulit. Recedit 44a cum suis Græcis nocte Clearchus Lacedæmonius, unamque de Parysatidis urbibus occupat. Ita rex fœdus cum Græcis init. Parysatis Babylonem profecta est, Cyrum lugens, cujus vix tandem caput atque manum recuperare potuit; quæ illa functorum more curavit, et Susa misit. De Bagapate (pergit narrare auctor) qui regis jussu caput Cyri a trunco amputarat: quomodo item regis mater, cum filium in talorum lusu vicisset, Bagapaten (15) ex pacto obti-
B nuerit, et quomodo idem, detracta pelle (16), in crucem deinde a Parysatide sit actus, quo item tempore magnum illa suum e Cyri morte luctum compressit, multis ad id Artaxerxæ precibus adducta. Uti Artaxerxes dona illi largitus sit, qui Cyri tiaram attulerat: et Carem item illum honorifice exceperit, qui Cyrum a se vulneratum putabat, utque illum ipsum misere excruciatum Parysatis interfecerit. Ut rex petenti Parysatidi Mithridatem quoque condonarit, qui se interfecisse Cyrum gloriatus in mensa fuerat: utque hunc abreptum crudeliter necarit. Hæc libro XIX atque XX narrantur.

Vicesimo autem primo, itemque XXII et XXIII (qui totius etiam historiæ finis est) ista continentur. Quo-
C nam pacto Tissaphernes Græcis insidias struxerit, ascitoque in socium sibi Menone Thessalo, per eum dolo ac juramentis Clearchum cæterosque duces in suam redegerit potestatem; etsi Clearchus insidias prævideret, atque amoliri conaretur. Sed tum vulgus per Menonem deceptum, Clearchum vel invitum coegit ad Tissaphernem accedere: tum Proxenus quoque Bœotius, jam antea dolo circumventus, hoc eum facere hortabatur. Clearchum ille cum cæteris vinctos compedibus, Babylonem misit ad Artaxerxen, ubi omnes ad Clearchum conspiciendum accurrerunt. Ctesias ipse, medicus tum Parysatidis, multa per eam illi humanitatis officia exhibuit. Et vero vinculis virum Parysatis exemisset, dimisissetque, ni Stateira maritum Artaxerxen ad eum interficien-
D dum hortando compulisset. Necatus ergo Clearchus, ad cujus cadaver portentum hocce exstitit, quod, flante vento vehementissimo, magnæ altitudinis tumulus sponte sua supra illud coierit. Interfecti insuper quotquot cum eo missi fuerant Græci, solo Menone excepto.

Conviciis Parysatis Stateiram proscindit, quam et veneno sustulit, hunc in modum præparato. Cavebat sibi Stateira diligenter 44b ab eo malo, quod tamen

VARIÆ LECTIONES.

[67] τοῦ ἀδελφοῦ ς. [68] τοῖς Ἕλλησι ς. [69] πόλεως A. [70] ἀνεσταυρώθη ς. [71] αὖτη ς. [72] βαλεῖν Κῦρον ς. [73] Μιθριδάτην ς. [74] Κῦρον] τὸν Κύρον ς. [75] πικρῶς ἂν ἀνεῖλε ς. [76] ταῦτα καὶ ἡ ς. [77] διείληπται ς.

NOTÆ.

(15) Plut. in Artaxer. vocat Mesabaten.

(16) Pari supplicio affectus sup. Petisacas.

Digitized by Google

ei aliquando contigit (17). Cultelli alterum latus veneno illinitur, cæteris eo partibus non contactis, hoc cultello parva adinstar ovi ovicula (*rhindacen* Persæ appellant) in duas secatur partes, et veneno intactam partem sibi assumptam Parysatis comedit, infectam alteram Stateiræ porrexit. Hæc igitur, ut illam ipsam quæ porrexerat, suam vidit partem comedentem, neque ita quidquam potuisset mali suspicari, etiam ipsa cœpit una mortiferum venenum comedere. Hinc matri succenset rex, ministrantesque ipsi eunuchi comprehensi torquentur atque necantur. Ginge præterea comprehenditur, quæ Parysatidi familiaris erat, judicioque de ipsa instituto, judicum quidem sententiis innocens absolvitur, sed tamen a rege damnatur; quare et hæc cruciatibus inflictis necatur, qua de causa et Parysatis filio, et hic vicissim matri succenset. Post annos octo palmis obsitus Clearchi tumulus apparuit, quas ibi clam Parysatis, quo tempore ille mortuus est, per inservientes sibi eunuchos defoderat.

Causæ ob quas ab Evagora rege Salaminis Artaxerxes dissenserit Evagoræ nuntii ad Ctesiam, ut ab Abuleta epistolas acciperent: et Ctesiæ ad ipsum epistola de reconciliando ipsum cum Anaxagora Cypriorum rege. Nuntiorum Evagoræ adventus in Cyprum, redditæque Evagoræ, quas ad ipsum Ctesias dederat, litteræ Cononis ad Evagoram oratio de adeundo ad regem, et Evagoræ epistola de honoribus, quibus ab illo fuerat affectus. Cononis ad Ctesiam epistola, et tributum ab Evagora regi datum. Epistolas Ctesias accipit, qui de Conone cum rege collocutus, epistolam ad illum mittit. Traduntur Satibarzanæ munera ab Evagora missa, nuntiique in Cyprum perveniunt. Cononis epistola ad regem ac Ctesiam, Lacedæmoniorum nuntii ad regem missi ab eo retenti sunt. Regis ad Cononem ac Lacedæmonios epistola, quam Ctesias ipse tulit. Conon a Pharnabazo classi præfectus est. Ctesiæ in Cnidium patriam suam, deindeque Lacedæmonem adventus. Ejus disceptatio adversus Lacedæmoniorum legatos apud Rhodum, et 45*a* ut Epheso dimissus fuerit Bactra. Indicæ regionis mansionum, dierum, atque parasangarum enumeratio, Catalogus item regum inde a Nino et Semiramide ad usque Artaxerxen: quibus et hoc opus absolvitur (18).

Scriptoris hujus Ctesiæ candidus est ac valde simplex sermo, quo etiam fit ut non injucundus accidat. Usus vero dialecto est Ionica, etsi non per omnia, ut Herodotus, sed in quibusdam tantummodo vocibus. Neque etiam in diverticula quæ-

πέπονθε. Μαχαιρίου τὸ ἓν μέρος ἐπαλείφεται τῷ φαρμάκῳ, τὸ δὲ λοιπὸν οὐ μετεῖχε. Τούτῳ τέμνεται ὀρνίθιον μικρὸν, μέγεθος ἴσον[78] ὠοῦ· ῥυνδάκην[79] Πέρσαι τὸ ὀρνίθιον καλοῦσι. Τέμνεται δὲ δίχα, καὶ τὸ μὲν καθαρεῦον τοῦ ἰοῦ ἥμισυ αὐτὴ[80] λαβοῦσα Παρύσατις ἐσθίει, τὸ δὲ προσομιλῆσαν τῷ φαρμάκῳ ὀρέγει Στατείρᾳ· ἡ δὲ, ἐπειδὴ[81] ἐσθίουσαν τὴν ἐπιδοῦσαν ἑώρα τὸ ἥμισυ, μηδὲν συνιδεῖν δυνηθεῖσα καὶ αὐτὴ συνεσθίει τοῦ θανάτου τὸ φάρμακον· ὀργὴ διὰ ταῦτα τοῦ βασιλέως πρὸς τὴν μητέρα, καὶ σύλληψις τῶν εὐνούχων αὐτῆς[82] καὶ αἰκισμὸς καὶ ἀναίρεσις. Καὶ ἔτι σύλληψις Γίγγης, ἣ ὠκείωτο Παρυσάτιδι, καὶ κρίσεις ἐπ' αὐτῇ, καὶ ἀθώωσις μὲν παρὰ τῶν κριτῶν, καταδίκη δὲ παρὰ βασιλέως, καὶ αἰκισμὸς Γίγγης καὶ ἀναίρεσις, καὶ ὀργὴ διὰ τοῦτο Παρυσάτιδος πρὸς τὸν υἱὸν κἀκείνου πρὸς τὴν μητέρα. Καὶ τὸ χῶμα δὲ τοῦ Κλεάρχου δι' ἐτῶν ὀκτὼ μεστὸν ἐφάνη φοινίκων, οὓς ἦν κρύφα Παρύσατις, καθ' ὃν καιρὸν ἐκεῖνος ἐτελεύτησε, διὰ εὐνούχων[83] κατα-χώσασα.

Αἰτίαι δι' ἃς Εὐαγόρᾳ βασιλεῖ Σαλαμῖνος βασιλεὺς Ἀρτοξέρξης διηνέχθη. [66 H.] Καὶ ἄγγελοι Εὐαγόρα πρὸς Κτησίαν ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν παρὰ Ἀβουλήτου τὰς ἐπιστολὰς, καὶ Κτησίου πρὸς αὐτὸν ἐπιστολὴ περὶ τοῦ διαλλαγῆναι αὐτὸν Ἀναξαγόρᾳ τῷ Κυπρίων βασιλεῖ. Τῶν παρὰ Εὐαγόρα ἀγγέλων εἰς Κύπρον [133 R.] ἄφιξις καὶ τῶν παρὰ Κτησίου γραμμάτων ἀπόδοσις Εὐαγόρᾳ. Καὶ Κόνωνος πρὸς Εὐαγόραν λόγος ὑπὲρ τοῦ πρὸς βασιλέα ἀναβῆναι, καὶ Εὐαγόρα ἐπιστολὴ περὶ ὧν ἠξιώθη ὑπ' αὐτοῦ. Καὶ Κόνωνος πρὸς Κτησίαν ἐπιστολὴ, καὶ βασιλεῖ παρὰ Εὐαγόρα φόρος, καὶ τῶν ἐπιστολῶν Κτησίᾳ ἀποδόσις. Κτησίου λόγος πρὸς βασιλέα περὶ Κόνωνος καὶ ἐπιστολὴ πρὸς αὐτόν. Τῶν παρὰ Εὐαγόρου δώρων ἀπόδοσις Σατιβαρζάνῃ, καὶ τῶν ἀγγέλων τῶν εἰς Κύπρον ἄφιξις, καὶ Κόνωνος ἐπιστολὴ πρὸς βασιλέα καὶ Κτησίαν. Ὡς ἐτηρήθησαν οἱ παρὰ Λακεδαιμονίων ἄγγελοι πεμφθέντες πρὸς βασιλέα. Βασιλέως ἐπιστολὴ πρὸς Κόνωνα καὶ[84] Λακεδαιμονίους, ἃς[85] Κτησίας αὐτὸς ἐκόμισεν. Ὡς ὑπὸ Φαρναβάζου ναύαρχος Κόνων ἐγένετο. Κτησίου εἰς Κνίδον τὴν πατρίδα ἄφιξις καὶ εἰς Λακεδαίμονα, καὶ κρίσις πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίων ἀγγέλους ἐν Ῥόδῳ[86], καὶ ἄφεσις. Ἀπὸ Ἐφέσου μέχρι Βάκτρων καὶ Ἰνδικῆς ἀριθμὸς σταθμῶν, ἡμερῶν, παρασαγγῶν. Κατάλογος βασιλέων ἀπὸ Νίνου καὶ Σεμιράμεως μέχρι Ἀρτοξέρξου. Ἐν οἷς καὶ τὸ τέλος.

Ἔστι δὲ οὗτος ὁ συγγραφεὺς σαφής τε καὶ ἀφελὴς λίαν, διὸ καὶ ἡδονῇ αὐτῷ σύγκρατός ἐστιν ὁ λόγος. Κέχρηται δὲ τῇ Ἰωνικῇ διαλέκτῳ, εἰ καὶ μὴ δι' ὅλου, καθάπερ Ἡρόδοτος, ἀλλὰ κατ' ἐνίας τινὰς λέξεις. Οὐδὲ πρὸς ἐκτροπὰς δέ τινας ἀκαίρους, ὥσπερ ἐκεῖ-

VARIÆ LECTIONES.

[78] ἴσον A : ὅσον ς. [79] ῥυνδάκην ς. [80] αὕτη ς. [81] ἐπεὶ ς. [82] τῶν ὑπηρετούντων εὐνούχων αὐτῇ ς. [83] post εὐνούχων cum A omisi τῶν ὑπηρετούντων αὐτῇ. [84] καὶ πρὸς Λακ. [85] ἃς A : ἣν ς. [86] Ῥόδῳ A : λόγῳ ς.

NOTÆ.

(17) Hoc ipso circumventum fuisse dolo a consanguineo suo L. Verum imp. finxerunt quidam, ut refert Aurel. Victor. in *Hist. August.* in Anton. Philosopho.

(18) A Nino id et Semiramide inchoatum, ad magistratum usque Ithyclis, id est, Olym. XCV an. 3 deduxisse Ctesiam auctor est Diod. lib. XIV, pag 421, edit. Græc.

Digitized by Google

νος, ἀπάγει τὸν λόγον. Τῶν μέντοι γε μύθων, ἐν οἷς ἐκείνῳ λοιδορεῖται, οὐδ' οὗτος ἀφίσταται, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις αὐτῷ *Ἰνδικά*. Ἡ δὲ ἡδονὴ τῆς ἱστορίας αὐτοῦ τὸ πλεῖστον ἐν τῇ τῶν διηγημάτων αὐτοῦ γίνεται διαφορᾷ, τὸ παθητικὸν καὶ ἀπροσδόκητον ἐχούσῃ πολὺ καὶ τὸ ἐγγὺς τοῦ μυθώδους αὐτὴν διαποικίλλειν. Καὶ διαλελυμένος δέ ἐστι πλέον τι τοῦ δέοντος αὐτῷ ὁ λόγος, ὡς καὶ εἰς ἰδιωτισμὸν ἐκπίπτειν. Ὁ δὲ τοῦ Ἡροδότου λόγος ταύτῃ τε καὶ τῇ ἄλλῃ τοῦ ἔπους δυνάμει καὶ τέχνῃ κανών ἐστιν Ἰωνικῆς διαλέκτου.

A dam, ut ille importune sermonem avertit, quanquam a fabulis quas illi probrose objicere audet, ne ipse quidem abstinet, in eo præsertim libro, quem Indica inscripsit. Jucunditas vero historiæ magnam illi partem in narrationum posita est apparatu, qui multum habet et vehementiæ, et inexspectati; quanquam illa etiam rebus pene fabulosis magna cum varietate exornatur. Oratio illi plus æquo dissoluta, ut et in idiotismum trivialemque sermonem incidat. Herodoti autem stylus hac ipsa et simili orationis virtute atque artificio, Ionica dialecti norma est ac regula.

Sequuntur eclogæ variæ Scholiorum loco.

REGUM PERSICORUM SERIES EX CTESIA.

Rex.	*Uxor.*	*Liberi.*	*Regnavit.*	*Mortuus.*
I. Cyrus.	Amytis.	Cambyses et Tanyoxarces.	an. XXX.	Ex vulnere in prælio accepto.
II. Cambyses.	Roxane.		an. XVIII.	Casu ictus suomet cultello.
III. Sphendadates Magus, aliis Smerdes.			mens. VII.	A VII conjuratis interfectus.
IV. Darius Hystaspæ F.		Xerxes.	an. XXXI.	Post XXX dierum morbum.
V. Xerxes.	Amistris.	Darieus, Hystaspes, Artaxerxes, Achæmedides, Artarius, Amytis et Rhodogune.	an. XXII, aliis auctoribus.	Ab Artapano et Spamitre peremptus.

Artapanus Xerxæ percussor ab aliis hic inseritur, et dicitur regnum tenuisse mens. VII. Eadem morte, qua Artaxerxem statuerat e medio tollere.

VI. Artaxerxes, Longimanus appellatus.	Damaspia	Xerxes, solus legitimus; spurii XVII, inter quos Secyndianus et Ochus postea in regnum successerunt.	an. XLII.	Morte naturali.
VII. Xerxes alter.			dies XLV.	Secyndiani et Pharnaciæ manu.
VIII. Secyndianus, aliis Sogdianus.			mens. VI, dies 25.	In cinerem conjectus.
IX. Ochus, qui et Darieus, Darius Nothus aliis.	Parysatis	Arsaces, Cyrus, Artostes, Oxendras, et alii XIII, qui cito vita abierunt. Amistris filia.	an. XXXV.	Ex morbo, Babylone.
X. Arsaces, idemque mutato nomine Artaxerxes, aliis Mnemon cognominatus.	Stateira.	Adversus hunc Cyrus frater consurgens, in prælio occubuit. Reliqua hujus dabit Plutarch. in Artaxerxe.		

Quatuordecim porro Persicorum regum brevem tibi Catalogum exhibebit noster P. Benedictus Pererius Comment. in Daniel, lib. XIII, initio.

CTESIÆ PERSICIS VARIORUM AUCTORUM EXCERPTA.

Clemens Alexandrinus Stromateo I.

Assyriorum res multis annis Græcorum rebus antiquiores sunt, ut ex dictis Ctesiæ constat.

Athenagoras Legatione pro Christianis.

Propter Dercetum [Semiramidis matrem] et columbas, et Semiramida venerantur Syri. Quod enim fieri nequit, in columbam versa est Semiramidis, ut habet fabula apud Ctesiam.

Apud Athenæum Dipnosoph. XII.

Ctesias libro Persicorum tertio scribit, omnes quidem quoquot in Asia regnarint, luxui et voluptatibus deditos fuisse, sed præ cæteris Ninyam, Nini et Semiramidis filium. At certe hic quoque voluptatibus domi indulgebat, ita ut a nemine conspiceretur, præterquam ab eunuchis, et suis uxoribus. Talis autem erat et Sardanapalus, quem alii Anacindaraxis, alii Anabaxaris filium fuisse memorant. At cum Arbaces, gnere Medus, unus e ducibus qui illi suberant, egisset cum Parameize, etc.

Paulo post de eodem Sardanapalo.

Ctesias autem narrat ipsum ad bellum devenisse, et cum collecto numeroso exercitu ab Arbace regno ejectus esset, mortem obiisse, cum seipsum cremasset, exstructo rogo ad quatuor jugerum altitudinem: cui imposuerat lectos aureos CL. ac totidem mensas, et quidem aureas. Struxerat autem in ipsa pyra cœnaculum pedum centum, ex lignis: atque hic quoque lectos straverat, in quibus cum uxore cubuit: pel-

Digitized by Google

hices autem in aliis. Filios enim tres, et duas filias, cum malum rerum suarum videret, antea miserat in urbem Ninum, ad eum qui ibi regnabat, dederatque illis tria talentorum auri millia. Texerat autem illud ædificium trabibus magnis et crassis, quin etiam multa ligna, et ea quidem crassa, circumposuerat, ita ut nullus pateret exitus : quin etiam talentorum auri imposuerat illi mille myriades, argenti decies mille : nec non vestes et purpuras, et omne genus eorum, quæ ad cultum corporis pertinent. Quæ cum fecisset, accendere pyram jussit, quæ per quindecim dies ardebat. At qui fumum videbant mirabantur, ac putabant illum sacrificare : soli vero eunuchi rem noverant. Sardanapalus igitur, qui prodigiose voluptatibus deditus fuerat, quam potuit generosissime vitam finivit.

Non multo post.

Ctesias vero Annarum regis præfectum, et qui Babyloniæ regionis imperium obtinuerunt, veste et ornatu muliebri usum esse tradit, et ad eum cœnantem, cum regis servus esset, accedere solitas centum quinquaginta psallentes et canentes mulieres. Psallebant autem hæ, et canebant illo cœnante.

Apud Demetrium Phalereum in libro qui Περὶ ἑρμηνείας *vocatur.*

Stryaglius quidam Medus, cum ex equo Sacidem mulierem dejecisset (apud Sacas enim mulieres eodem quo Amazones modo præliantur) eamque et formosam, et ætate florentem esse vidisset, salvam dimisit. At percusso postea fœdere, cum illa, quam alioqui deperibat, potiri non posset, statuerat quidem inedia vitam finire : scribit tamen prius illi hanc epistolam, qua expostulat : *Ego te servavi, et tu per me servata es. At ego per te perii.*

Stephanus Byzantius voce Δυρβαῖοι *ex Ctesia Persicorum X.*

Regio juxta eum adjacet Dyrbæorum, beata plane gens, dives atque justa ; nam neque injuriam cuipiam inferunt, neque mortem. Quod si forte per viam aut aurum invenerint, aut aliud quidquam.....

Athenæus Dipnosophist. X.

Amyntas quoque in libro qui Σκθμοὶ inscribitur, Tapyrorum gentem ita vino deditam esse tradidit, ut ne ad unguendum quidem alia re ulla quam vino utatur. Eadem autem et Ctesias commemorat in libro, quem de Asiaticis tributis scripsit : qui et justissimos esse illos tradit.

Apollonius Histor. mirab. XX.

Ctesias libro rerum Persicarum decimo, camelos esse in ea regione prodit, quarum pili mollitie lanas Milesias æquant. Sacerdotesque et alios proceres vestes ex iis confectas gestare.

Ex Steph. Byzant.

Choramnæi, Persica agrestium hominum natio. (Ctesias Persicorum X). Tanta vero celeritate est genus illud hominum agrestium, ut cervos ipsos insequendo capiat; aliaque multa de his narrat.

Apud Athenæum, Dipnosophist. lib. II.

Rex Persarum, ut scribit libro I Herodotus, aquam in potum suum secum vehit a Choaspi fluvio, qui Susa superfluit : atque ex hoc solo bibit. Hujus autem aquæ decoctæ plena vasa argentea portantes plurimi currus, rotarum quatuor, quos muli trahunt, ipsum sequuntur. At Ctesias Cnidius narrat etiam quomodo regia hæc Choaspis fluvii aqua coquatur, et quomodo vasis imposita, portetur ad regem ; additque illam et levissimam et suavissimam esse.

Apud eumdem, Dipnosoph. IV.

Rex autem Persarum (ut scribunt Ctesias, et Dinon in Persicis) cum virorum millibus quindecim cœnabat, et in cœnam quadraginta talenta insumebantur.

Apud eumdem, libro II.

Ctesias autem Carmaniam oleum acanthinum producere, et eo regem uti, ait. Qui etiam in libro, quem *De Asiaticis tributis* scripsit, cœnæ regiæ apparatum describens, neque piperis, neque aceti meminit, quod unum inter condimenta est optimum.

Et libro XI.

Verum repudianda sunt nobis fictilia pocula. Apud Persas enim, ut testatur Ctesias, quemcunque rex inhonoratum esse voluerit, fictilibus poculis utitur.

Apud eumdem, Dipnosoph. XIII.

Quin etiam Cambysi suscipiendæ in Ægyptum expeditionis (ut scribit Ctesias) causa fuit mulier. Nam cum Ægyptias mulieres in congressu præstare cæteris intellexisset, ad Amasim Ægypti regem misit unam ex ejus filiabus in uxorem poscens. At hic e suis quidem unam haud misit : suspicatus illi non habitum iri honorem uxori debitum, sed pallacæ : verum Apriæ filiam Nentetin. Exciderat autem regno Apries, propter cladem in pugna adversus Cyrenenses acceptam, et ab Amasi fuerat interfectus. Cambyses Nentetidis consuetudine delectatus, et valde in amorem ejus illectus, omnia ex illa discit; et cum orasset eum, ut cædem Apriæ patris ulcisceretur, persuadet ut bellum Ægyptiis inferat.

Ejusdem libro X.

Ctesias autem, apud Indos regi non licere inebriari tradit. At vero apud Persas regi conceditur inebriari die uno, in quo sacrificant Mithræ.

Libro XIV.

Berosus autem Babyloniacorum lib. I, decima sexta die mensis Loi, festum Babylone quinque dierum spatio celebrari ait, Saceas dictum : per quod tempus solere dominos famulis parere : unumque ex his domui præesse, veste, quæ regiæ similitudinem referebat, indutum : quem et Zoganem appellari meminit istius festi Ctesias quoque libro *Persicorum* secundo.

Digitized by Google

Ex Xenophonte, lib. I De expeditione Cyri.

Cum Cyrus una cum his esset, regem et globum qui illum circumstabat conspicatur. Ac statim continere se non potuit : sed hæc locutus, *Video hominem*, in eum invadit, et infesta hasta per loricam pectus verberat : ut refert Ctesias medicus, qui et vulnus illud se curasse dicit. Dum autem regem ferit, in eum nescio quis tragulam magno impetu jaculatur, et sub oculo vulnerat. Hic pugnantibus rege et Cyro, illisque qui circa illos erant, quam multi quidem ceciderint eorum qui regem circumstabant, Ctesias commemorat (apud illum enim erat) : Cyrus autem et ipse occubuit, et octo fortissimi eorum qui latus ejus cingebant, super illo jacebant.

Ex Plutarcho in Artaxerxis Vita.

Ctesiæ narratio, ut brevibus multa perstringam, hujusmodi est.

Cyrus, trucidato Artaxerxe, equum in regem permisit, et hic in illum, silentio uterque. Occupat Cyri amicus Ariæus ferire regem, nec sauciavit eum : rex missa lancea a Cyro aberravit, Tissaphernem autem fidum Cyro et fortem virum percussit atque interemit. Cyrus intorto per loricam regis jaculo, vulnus pectori illius ingessit, duos digitos altum. Unde ille ictus vi defluxit ex equo ad terram. Fuga et tumultu cohortis regiæ edito, rex assurgens, cum paucis (inter quos Ctesias) tumulum vicinum cepit, ubi tenuit se quietum. Cyrum inter hostes volitantem equus ferox longe abstulit : nec tenebris jam cognoscebatur ab hostibus, et ab amicis quærebatur. Erectus autem victoria, ardorisque et fiduciæ plenus, per medios vehebatur hostes, clamans : « Cedite, miseri. » Dum hoc identidem lingua Persica clamat, pars venerabundi decedunt ei via. Ibi cum tiara capiti ejus defluxisset, prætercurrens adolescens Perses (Mithridati nomen erat) tempus Cyri jaculo secundum oculum ferit, inscius qui sit. Eructante vim sanguinis vulnere, captus Cyrus vertigine et sopore collabitur. Equus fugiens oberrabat. Stratum equi prolapsum capit comes illius, qui Cyrum percussit, sanguine redundans. Cyrum ex plaga ægre tandem colligentem se assistentes eunuchi pauci alteri equo imposuere, quo eriperent eum. Quem equitandi impotentem, pedibusque connitentem ire, sustinentes ducebant : corpore quidem, ob vulnus in capite acceptum gravem cespitantemque ; sed victorem arbitrantem se, quod fugientes audiret, Cyrum regem alta voce appellantes, atque ut parceret ipsis orantes. Interea Cunii quidam homines, tenues inopesque, qui humilium ministeriorum gratia regis castra sequebantur, confusi forte ut amici fuere cum illis qui circa Cyrum erant. Hi ut tandem punicea sagula eorum advertere (cum regii haberent omnes candida) intellexerunt hostes esse. Ita unus eorum ausus est, ignarus qui esset Cyrum jaculo a tergo ferire. Vulnerata poplitis vena prolapsus Cyrus, tempus simul saucium ad saxum offendit : unde animam exhalavit.

Apud Demetrium Phalereum libro Περὶ ἑρμηνείας.

Oportet autem quæ facta sunt, non statim fateri facta esse ; sed paulatim suspensum tenendo auditorem, et nobiscum angi cogendo. Quod Ctesias in allato de Cyri morte nuntio facit. Nec enim nuntius, simul atque ad Parysatin venit, ei Cyrum mortuum esse dicit : hæc enim est, quæ Scythica oratio appellatur. Sed primum quidem, victoria potitum eum nuntiavit : quæ verba illi gaudium anxietati mistum attulerunt. Postea vero interrogat rex : At quomodo se nunc gerit ? Tunc ille ; Fugæ se dedit, inquit. Hic ille sermonem excipiens : Tissaphernes horum ei malorum est auctor, inquit. Rursumque interrogat : Cyrus vero ubi nunc est ? Respondet nuntius : Ubi fortes viros diversari decet.

Ex Plutarcho in Vita Artaxerxis.

Eduxerat autem Artaxerxes (ut Ctesias auctor est) in aciem quadringena millia : Dinon et Xenophon multo plures fuisse, qui conflixere, memorant. Inito cæsorum numero Ctesias novem millia capitum relata perhibet ad Artaxerxem ; sibi vero non minus viginti millia visos, qui ceciderant. Verum hæc in controversia fuere. Illud vero jam Ctesiæ nobile est mendacium, qui se cum Zacynthio Phyllo, et quibusdam aliis missum refert ad Græcos. Nam Xenophontem non latuit agere in regis contubernio Ctesiam. Si quidem meminit ejus, et constat hosce libros eum voluisse. Quare nuntium eum, et tantæ legationis interpretem non præteriisset tacitus, qui Phayli Zacynthii mentionem faciebat. Sed mire scilicet ambitiosus Ctesias. Nec secius Laconum et Clearchi studiosus, passim in historia aliquas etiam sibi ipse attribuit partes : in quibus cum est, multa et præclara de Clearcho commemorat, et de Lacedæmone.

Postquam autem Clearchum, aliosque duces interposito jurejurando circumvenit Tissaphernes, comprehensosque et vinculis astrictos ad regem misit : rogatum refert se a Clearcho Ctesias, ut pectinis copiam sibi faceret. Quo accepto, curasse eum caput, oblectatumque pectinis usu. Annulum item suum, amicitiæ mutuæ ad necessarios et familiares Lacedæmone suos insigne, sibi dedisse. Insculptas in pala fuisse caryatidas saltantes. Cibaria quæ Clearcho mittebantur, a concaptivis militibus interversa et consumpta, pauca vero ex illis relicta Clearcho. Cui etiam rei adhibuisse se remedium Ctesias narrat, effecisseque ut copiosiora mitterentur Clearcho, ac militibus separatim præberentur alia ; atque hæc subministrasse, et suppeditasse ex beneficio et sententia Parysatidis. Cum mitteretur quotidie Clearcho inter cibaria, perna, orasse ipsum Clearchum ac subjecisse, modicum pugionem ut in carnem conditum clam sibi mitteret, neque sineret ut regiæ fata sua paterent atrocitati ; cæterum abnuisse metu se. Regem deprecanti matri pro Clearchi incolumitate, jurejurando annuisse : verum impulsu inde Stateiræ cunctos fuisse ab eo præter Menonem trucidatos. Hinc Stateriæ tetendisse Parysatidem insidias, virusque ei concinnasse. Verum parum probabilia affert, et conjuncta cum absurda causa, facinus admisisse adeo nefarium, atque in periculum sese præcipitavisse Parysatidem Clearchi gratia, sustinentem justam regis conjugem, liberorumque consortem ad regnum educatorum, necare. Cæterum non obscure exaggerat hæc ad Clearchi commendandam memoriam. Etenim attexit hoc quoque, duces obtruncatos cæteros fuisse a canibus et alitibus laniatos Clearchi cadaveri venti procellam cumulum terræ excitasse, atque injecisse corpori, idque contexisse : quo loco enato palmeto, brevi eximium nemus excrevisse, ac locum eum inumbrasse : itaque magna ductum pœnitentia regem, quod virum diis charum peremisset Clearchum. Parysatis ergo (cum odium jam inde ab initio atque æmulationem concepisset in Stateiram, quod cerneret potentiam suam, nonnisi a rege se reverente et honorante proficisci, illius vero amore et fide stabilem firmamque esse) instruxit ei insidias, de summa, uti arbitrabatur, aleam jaciens. Ancillam habebat fidam, quæ plurimum apud ipsam poterat, Gigim dictam : quam administram veneni Dinon tradit fuisse, consciam modo et quidem invitam Ctesias. Illum qui venena dedit, hic Belitaram appellat, ille Melantam. Instituentes autem ex superioribus suspicionibus ac simultate, congredi denuo, et una cœnare, cum metu tamen et cautione

Digitized by Google

iisdem epulis atque ab iisdem utebantur paratis. Nascitur apud Persas exigua avis, quæ omni caret excremento habetque intestina omnia adipe differta : unde vento arbitrantur et rore hoc animal vivere : ryntaces dicitur. Hanc autumat Ctesias cultello, quam altero latere illeverat toxico, dissecuisse Parysatidem, atque infecisse alteram partem veneno, suam partem sinceram et puram ori ingestam ipsam mandisse, Stateiræ vero dedisse virulentam. Dinon, non Parysatidem, sed Melantam medicatas carnes secuisse cultro, et Stateiræ apposuisse. Cum animam igitur magnis cum cruciatibus et doloribus ageret mulier, et ipsa olfecit maleficium, et suspicionem regi adversus matrem attulit, feritatem illius, et animum implacabilem cognoscenti. Unde quæstioni extemplo intentus, ministros matris et structores corripuit, ac tormentis laceravit : at Gigim diu Parysatis in cubiculo suo tenuit, deposcentique denegavit regi. Verum cum postea orasset illa, ut domum nocte dimitteretur, certior factus rex, locatis insidiis comprehendit Gigim, eamque rei capitalis damnavit.

Ælianus, de animalium natura, lib. VII, cap. 1.

Susidas boves numerandi scientiam tenere Ctesias scribit. Nam Susis regi singulæ quotidie centum cados in hortos sicciores, et minus riguos hauriunt. Quem quidem laborem, sive quod eis sit certus et constitutus, sive etiam quia diu multumque in eo se exercuerunt, promptissime obeunt, nullam enim ad opus remollescere videres. At si supra quem diximus centenarium numerum, vel unum cadum instilleris subvehere, nullis jam eas, inquit, vel blanditiis inducere, vel verberibus adigere ad id poteris.

Apud eumdem, lib. XVI, cap. 46.

Porro Ctesias Gnidius refert, in flumine cui nomen Argades, quod ad Persicam Sittacen est, serpentes abunde gigni, capite albas, reliquo corpore nigras, quatuor cubitorum longitudinem habere, et quos percusserint interimere. Interdiu eas haudquaquam videri solere, sub aqua natantes : noctu vero vel aquam haurientibus, vel lintea lavantibus, perniciem afferre. Multi enim huc adiguntur, aut propter aquæ deficientis necessitatem, aut quod negotiis impediti interdiu vestes abluere non quiverint.

Apud Diodor. Siculum lib. II *Biblioth. aliquoties item citatum Ctesiam reperies : uti et apud Joan. Tzetzen in Chiliadib. et arpocrationem in Lexico.*

Ctesiæ Cnidii Indicorum liber.

Legi et Indica Ctesiæ, magis etiam Ionice libro singulari descripta. Refert Indum fluvium (19), qua est angustissimus, quadraginta patere stadia, qua latissimus, ducenta. Indos solos, cæteros fere mortales universos multitudine superare. Scribit de verme quodam, qui in flumine est, et solum quidem hunc de cæteris animalibus, in eo nasci, Ultra Indos nullos habitare homines. Per Indicam præterea regionem nunquam pluere : sed flumen eam rigare. De *pantarba* (20) sigillari gemma : atque inter cætera ut hæc LXXVIII sigillares gemmas, lapidesque pretiosos in flumen conjectos (erant ea Bactrii cujusdam institoris) invicem sibi adhærentes retraxerit. De elephantibus, qui muros dissolvunt (21) atque evertunt. De parvis simiis, quarum caudæ ad quatuor cubitos protenduntur. De maximis gallis gallinaceis (22). De bittaco ave (23), humano sermone ac voce prædita : accipitris eam esse magnitudine et fronte purpurea, barbamque gestare nigram : alioqui ad collum cærulei coloris est, ad modum cinnabaris. Hominis item in morem Indice hanc avem loqui : imo et Græce, si hunc quoque sermonem docta fuerit.

A

Κτησίου τοῦ Κνιδίου τὰ Ἰνδικά.

[144 R.] Ἀνεγνώσθη δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ *Ἰνδικά*, ἐν ἑνὶ βιβλίῳ, ἐν οἷς μᾶλλον Ἰωνίζει. Λέγει περὶ τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ τὸ μὲν στενὸν αὐτοῦ εὖρος μ' σταδίων εἶναι, τὸ δὲ πλατύτατον [87] καὶ διακοσίων. Λέγει περὶ αὐτῶν [88] τῶν Ἰνδῶν ὅτι πλείους σχεδὸν συμπάντων ἀνθρώπων. Περὶ τοῦ σκώληκος [89] τοῦ ἐν τῷ ποταμῷ, ὃ καὶ μόνον τῶν ἄλλων θηρίων ἐν αὐτῷ γίνεται. Περὶ τοῦ μὴ οἰκεῖν ἐπέκεινα αὐτῶν ἀνθρώπους. Ὅτι οὐχ ὕει, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ ποτίζεται ἡ Ἰνδική. Περὶ *παντάρβας* τῆς σφραγῖδος, καὶ ὡς υοζ' [90] σφραγῖδας ἀπορρίψείσας καὶ τιμίους λίθους εἰς τὸν ποταμὸν, ἅτινα ἦν τοῦ Βακτρίων καπήλου, αὕτη [91] ἀνείλκυσεν ἐχομένας ἀλλήλων. Περὶ τῶν τειχοκαταλυτῶν ἐλεφάντων. Περὶ τῶν μικρῶν πιθήκων τῶν ἐχόντων οὐρὰς τετραπήχεις, καὶ [92] περὶ τῶν ἀλεκτρυόνων τῶν μεγίστων, καὶ περὶ τοῦ ὀρνέου τοῦ βιττάκου, ὅτι γλῶσσαν ἀνθρωπίνην ἔχει [67 H.] καὶ φωνὴν, μέγεθος μὲν ὅσον ἱέραξ, πορφύρεον δὲ πρόσωπον, καὶ πώγωνα φέρει μέλανα, αὐτὸ δὲ [93] κυάνεόν ἐστιν ὡς [94] τὸν τράχηλον ὥσπερ κιννάβαρι· διαλέγεσθαι δὲ αὐτὸ ὥσπερ ἄνθρωπον, Ἰνδιστὶ, ἂν δὲ Ἑλληνιστὶ μάθῃ, καὶ Ἑλληνιστί.

VARIÆ LECTIONES.

[87] πλατύτατον Stephanus : πλατύτερον ς. [88] περὶ τῶν αὐτῶν ς. [89] τοῦ σκώληκος] cf. Schneiderus Aristotel. II. A. t. 4, p. 474. [90] οζ' ς. [91] αὐτὴ A. [92] καὶ add. A. [93] δὲ] δὲ καὶ ς. ad αὐτὸ cf. αὐτοῦ p 46 *b* 10. [94] ὡς] ὡς . . . . , ἐρυθρὸν δέ?

NOTÆ.

(19) Hic ipse locus ita citatus legitur ab Arriano lib. v *De expedit. Alexandri.* At Ctesias quidem asserit Indi, qua angustissimus is est 40 stadiorum latitudine ripas inter se distare; qua vero latissimus etiam centum summum stadiorum spatium intermedium esse.

(20) Ignem etiam exstinxisse refert Heliod. infr. cod. 73. Vide et Philostrat. *De vita Apollonii*, lib. III.

(21) Pectore suo, cum rex Indicorum jubet, iis incumbendo. Lege cap. 29 Æliani *De animal.* lib. XVII, ubi plura de his.

(22) Hinc sumpsisse videtur quæ de iisdem refert Ælian. *De animal.*, lib. XVI, cap. 2.

(23) Psittacum vocant alii. Meminit inf. quoque Olympiodorus, cod. 80, et Ælian. non semel.

Digitized by Google

Περὶ τῆς κρήνης τῆς πληρουμένης ἀν' ἔτος ὑγροῦ χρυσίου, ἐξ ἧς ἑκατὸν πρόχοι [95] ὀστράκινοι ἀν' ἔτος ἀρύονται· ὀστρακίνους δὲ δεῖ εἶναι, ἐπεὶ πήγνυται ὁ χρυσὸς ἀπαρυόμενος, καὶ ἀνάγκη τὸ ἀγγεῖον θλᾶν καὶ οὕτως ἐξαγαγεῖν [96] αὐτόν. Ἡ δὲ κρήνη τετράγωνός ἐστιν, ἑκκαίδεκα μὲν πηχῶν ἡ περίμετρος, τὸ δὲ βάθος ὀργυιά· ἑκάστη δὲ προχοὴ τάλαντον ἕλκει. Καὶ περὶ τοῦ ἐν τῷ πυθμένι τῆς κρήνης σιδήρου, ἐξ οὗ καὶ δύο ξίφη Κτησίας φησὶν ἐσχηκέναι, ἓν παρὰ βασιλέως καὶ τὸ ἄλλο [97] παρὰ τῆς τοῦ βασιλέως μητρὸς Παρυσάτιδος. Φησὶ δὲ περὶ αὐτοῦ ὅτι πηγνύμενος ἐν τῇ γῇ νέφους καὶ χαλάζης καὶ πρηστήρων ἐστὶν ἀποτρόπαιον [98]· καὶ ἰδεῖν αὐτὸν ταῦτά φησι βασιλέως δὶς ποιήσαντος.

A Agit de fonte (24), qui humido quotannis auro ita impleatur, ut centum ex eo urcei fictiles anni spatio hauriantur. Fictiles autem esse urceos propterea oportere, quod haustum mox 45*b* aurum concrescat, ut ad illud educendum vas ipsum confringere necesse sit. Fontem ipsum quadratum esse refert, sedecim cubitorum ambitu uniusque altitudine : singulis porro urceis singula talenta auri extrahi. De ferro, quod in hujus fontis fundo reperitur, ex quo duos se habuisse aliquando gladios ipse Ctesias commemorat, unum a rege (25), alterum a Parysatide regis ipsius matre sibi donatum. Ferri autem hujus eam esse vim, ut in terram depactum nebulas, et grandines, turbinesque avertat, hoc semel se iterumque vidisse, cum rex ipse ejus rei

B periculum faceret.

Περὶ τῶν κυνῶν τῶν Ἰνδικῶν, ὅτι μέγιστοί εἰσιν, ὡς καὶ λέοντι μάχεσθαι. Περὶ τῶν ὀρῶν τῶν μεγάλων, ἐξ ὧν ἥ τε σαρδὼ ὀρύσσεται καὶ οἱ ὄνυχες καὶ αἱ ἄλλαι σφραγῖδες. Ὅτι ἀλέα πολλὴ, καὶ ὅτι ὁ ἥλιος δεκαπλασίων τὸ μέγεθος ἢ ἐν ταῖς ἄλλαις χώραις αὐτὸς ἑαυτοῦ φαίνεται, καὶ πολλοὶ ἐνταῦθα τῷ πνίγει φθείρονται. Καὶ θάλασσάν φησιν αὐτόθι οὐδὲν ἐλαττόν [99] τῆς Ἑλληνικῆς· τὸ δὲ ἄνω αὐτῆς ἕως τεσσάρων δακτύλων θερμὸν εἶναι, ὥστε μὴ ἰχθὺν ζῆν προσπελάσαντα τῷ θερμῷ, ἀλλὰ κάτωθεν διαιτᾶσθαι.

De canibus Indicis (26) tantæ magnitudinis, ut cum ipsis quoque leonibus certamen ineant. De magnis illis montibus, ex quibus cum sardo, tum onyches etiam, atque aliæ gemmæ effodiuntur. Ingentem illic sævire æstum, solemque ipsum decuplo quam in aliis regionibus majorem videri : ac multos in ea regione mortales æstu præfocatos exstingui. Mare ibi nihilominus quam Græcum flatu tumere : vero id in summo, ad quatuor usque digitorum altitudinem, fervidum esse ; adeoque pisces juxta calorem illum vivere nullo modo posse, sed in imis degere.

Ὅτι ὁ Ἰνδὸς ποταμὸς ῥέων διὰ πεδίων καὶ δι' ὀρέων ῥεῖ, ἐν οἷς καὶ ὁ λεγόμενος Ἰνδικὸς κάλαμος φύεται, πάχος μὲν ὅσον δύω [1] ἄνδρε περιωργυωμένοι περιλάβοιεν, τὸ δὲ ὕψος ὅσον μυριοφόρου [2] νεὼς ἱστός· εἰσὶ καὶ ἔτι μείζους καὶ ἐλάττους, οἵους εἰκὸς ἐν ὄρει μεγάλῳ. Εἶναι δὲ τῶν καλάμων καὶ ἄῤῥενας καὶ θηλείας. Ὁ μὲν οὖν ἄῤῥην ἐντεριώνην οὐκ ἔχει καὶ ἔστι κάρτα ἰσχυρὸς, ἡ δὲ θήλεια ἔχει. Καὶ περὶ τοῦ μαρτιχόρα τοῦ ἐν αὐτοῖς ὄντος θηρίου, ὡς τὸ πρόσωπον ἐοικὼς [3] ἀνθρώπῳ μέγεθος μέν ἐστιν ὥσπερ λέων, καὶ χρόαν ἐρυθρὸς ὡς κιννάβαρι, [14ᾶ R.] τρίστιχοι δὲ ὀδόντες· ὦτα δὲ ὥσπερ ἀνθρώπου, καὶ ὀφθαλμοὺς γλαυκοὺς ὁμοίους ἀνθρώπῳ, τὴν δὲ κέρκον ἔχει οἵανπερ σκορπίος ὁ ἠπειρώτης, ἐν ᾗ καὶ τὸ κέντρον ἔχει, μείζω ὑπάρχουσαν [4] πήχεος [5]. Ἔχει δὲ καὶ ἐκ πλαγίου τῆς κέρκου ἔνθα καὶ ἔνθα κέντρα, ἔχει δὲ καὶ ἐπ' ἄκρῳ ὥσπερ σκορπίος κέντρον. Καὶ τούτῳ μὲν, ἐὰν προσέλθῃ τις, κεντεῖ τῷ κέντρῳ, καὶ πάντως ὁ κεντηθεὶς ἀποθνήσκει· ἐὰν δέ τις πόῤῥωθεν μάχηται πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔμπροσθεν ἱστὰς τὴν οὐρὰν ὥσπερ ἀπὸ τόξου βάλλει τοῖς κέντροις, καὶ ὄπισθεν ἐπ' εὐθείας

C Indum fluvium per campestria delatum, ipsos quoque montes interlabi, in iisque locis nasci calamum (27), quem vocant Indicum, tantæ crassitudinis, quantam duo simul homines expansis ulnis complecti possint, altitudinis vero, quanta est mali ingentis onerariæ navis. Esse tamen inter hos calamos majores minoresque, quemadmodum in magno aliquo monte accidere solet. In marem item feminamque eosdem distingui, et illum quidem admodum esse validum ac firmum, sine medulla, quam tamen habeat femina. De regionis illius animali scribit martichora (28) dicto : humanum id referre vultum, leonis magnitudine, colore cinnabaris in modum rubente. Triplicem illi esse dentium ordinem, aures humanis similes, et oculos æque nostro more glaucos, caudam item cubitali majorem habere, qualem scorpius terrestris,

D in qua et aculeus, etsi alioqui illa per transversum etiam spinis aspera sit. Aculeum item in vertice gerere, ut scorpius, eoque accedentes ita pungere, ut nec mortem ullo pacto, quicunque percussus fuerit, evadere possit. Jam si quis eminus cum hoc

VARIÆ LECTIONES.

[95] προχοαὶ ϛ. [96] ἐξάγειν ϛ. [97] τὸ ἄλλο A : ἓν ϛ. [98] ἀποτρόπαιος ϛ. [99] præstat ἐλάττονα [1] δύο ϛ. [2] μυριαμφόρου Lobeck ad Phrynich p. 602. [3] ἐοικὸς ϛ. [4] ὑπάρξουσα ϛ. [5] πήχεως ϛ.

NOTÆ.

(24) Falsa hæc esse ait Philostrat. lib. III *De vita Apollonii*.

(25) Artaxerxe τῷ Mnemone.

(26) Ælianum lege, lib. IV *De animal.* cap. 19, qui sua hinc petivisse videtur.

(27) « Arundini indicæ arborea amplitudo, » inquit Plin. lib. XVI, cap. 36, quo te, lector, remitto.

(28) Et hoc esse mendacium vult Philostr. Ælian. lib. IV, *De animal.* cap. 21, postquam multis de Mantichora egit, penes Ctesiam fidem omnium esse vult. Meminit et Pausan. hujus Ctesianæ narrationis in *Bœotic.* Plin. item, lib. VIII, cap. 21, apud quos *mantichora* legitur.

Digitized by Google

animali pugnam ineat, 46a non minus ab anteriori illud parte caudam prætendendo, inde velut ab arcu emissas sagittas, aculeos suos spargere atque ferire, quam a posteriore parte rectam illam protendendo, ad jugeri autem spatium jaculari, omnesque quos attigerit certissimo interficere, uno duntaxat excepto elephante, ipsos vero aculeos pedali esse longitudine, tenuissimique funis latitudine. Addit martichora, Græcis ἀνθρωποφάγον (id est, hominivorum) significare, quod homines ut plurimum interimat, voretque, etsi aliis quoque animalibus vescatur. Unguibus etiam hoc animal, non tantum aculeis pugnare, atque hos jaculando emissos identidem renasci. Magnam item esse horum animalium copiam in India, eaque telis ab hominibus confici, quæ elephantis vecti in illud contorqueant.

A ἀποτείνων. Βάλλει δὲ ὅσον πλέθρον εἰς μῆκος, καὶ πάντα, οἷς ἂν βάλῃ [6], πάντως ἀποκτείνει, πλὴν ἐλέφαντος. Τὰ δὲ κέντρα αὐτοῦ ἐστὶ τὸ μὲν μῆκος ὅσον ποδιαῖα, τὸ δὲ πλάτος ὅσον σχοίνου λεπτότατος. Μαρτιχόρα δὲ Ἑλληνιστὶ ἀνθρωποφάγον, ὅτι πλεῖστα ἐσθίει ἀναιρῶν ἀνθρώπους· ἐσθίει δὲ καὶ τὰ ἄλλα ζῶα. Μάχεται δὲ καὶ τοῖς ὄνυξι καὶ τοῖς κέντροις· τὰ δὲ κέντρα πάλιν φησὶν, ἐπειδὰν ἐκτοξευθῇ, ἀναφύεσθαι. Ἔστι δὲ πολλὰ ἐν τῇ Ἰνδικῇ. Ἀποκτείνουσι δὲ αὐτὰ τοῖς ἐλέφασιν ἐποχούμενοι ἄνθρωποι κἀκεῖθεν βάλλοντες.

De summa Indorum justitia, itemque de moribus ac ritibus eorum. De (29) loco illo sacro, quem in tractu inhabitabili ejus regionis sub solis lunæque nomine venerantur: quo nonnisi quindecim dierum itinere a Sardus monte perveniri possit. Solem illic annis singulis per dies triginta quinque lentius urendo refrigerare. ne scilicet dum celebrant festum ac revertuntur, etiam adurantur. Nec tonitrua, nec fulgura, nec pluvias ullas in India esse, sed ventos bene frequentes ac turbines, qui etiam abripiant quidquid apprehenderint. Solem orientem in plerisque Indiæ locis, alteri diei parti frigus, alteri vehementem æstum afferre (30). Non a sole, sed a natura Indos esse nigros: esse enim inter illos viros quosdam ac mulieres, etsi pauciores, supra omnes alios candidissimos. Atque adeo ejusmodi Indas duas et Indos quinque a se visos auctor refert. In confirmationem porro ejus, quod supra de sole dixerat, triginta eum et quinque dies in India frigidiorem auram afferre, addit: ignem etiam illum, qui ex Ætna erumpit (31), medium regionis tractum, quod is justorum hominum sit, nequaquam infestare, cum tamen alia circum loca infestet. Quin et apud Zacynthum piscosos inveniri fontes, ex quibus insuper pix educatur. In Naxo quoque fontem esse, e quo vinum, et quidem suavissimum emanet [ita Phasidis fluvii aquam (32), si justum ipsa diem in vase aliquo conservetur, in suavissimum vinum commutari]. Ignem præterea esse in Lycia (33), non procul Phaselide, perpetuum, noctes atque dies sine intermissione ardentem, et eum aqua non exstingui, sed magis accendi: fimo tamen illum exstingui. [Hoc item modo assidue in Ætna atque Prusa ignem ascendere.]

B Περὶ τῶν [68 H.] Ἰνδῶν, ὅτι δικαιότατοι, καὶ περὶ τῶν ἐθῶν καὶ νομίμων αὐτῶν. Περὶ τοῦ ἱεροῦ χωρίου τοῦ ἐν τῇ ἀοικήτῳ, ὃ ἐπ' ὀνόματι τιμῶσιν ἥλιόν καὶ σελήνης· ἐν ᾧ διὰ ιε' ἡμερῶν ἀπὸ τοῦ ὄρους τῆς σαρδοῦς [8] τις παραγίνεται. Καὶ ὅτι λε' ἡμέραις [9] ὁ ἥλιος ψύχει ἐκεῖσε τοῦ ἐνιαυτοῦ διὰ τὴν ἑορτὴν, ἵνα [10] ἄφλεκτοι αὐτὴν τελέσωσι καὶ ὑποστρέψωσιν. Ὅτι βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ ὄμβροι οὐκ εἰσὶν ἐν τῇ Ἰνδικῇ, ἄνεμοι δὲ πολλοὶ καὶ πρηστῆρες πολλοὶ [11], καὶ ἁρπάζουσιν ὅ τι ἂν λάθωσιν. Ὁ δὲ ἥλιος ἀνίσχων τὸ ἡμισυ τῆς ἡμέρας ψύχος ποιεῖ, τὸ δ' ἄλλο λίαν ἀλεεινὸν ἐν τοῖς πλείστοις τῶν τῆς Ἰνδικῆς τόπων. Ὅτι οἱ [12] Ἰνδοὶ οὐχ ὑπὸ τοῦ ἡλίου εἰσὶ μέλανες, ἀλλὰ φύσει· εἶναι γάρ φησιν ἐν αὐτοῖς καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας λευκοτάτους πάντων, εἰ [13] καὶ ἐπ' ἔλαττον· C ἰδεῖν δὲ καὶ αὐτὸν τοιαύτας Ἰνδὰς δύο γυναῖκας καὶ πέντε ἄνδρας [14]. Ὅτι πιστῶσαι τὰ περὶ τοῦ ἡλίου βουλόμενος, ὡς ἐν λε' ἡμέραις ἐν Ἰνδίᾳ ψύχει, λέγει ὅτι καὶ τὸ πῦρ ἐκ τῆς Αἴτνης ῥέον τὸν μέσον χῶρον, ἅτε δικαίων ἀνδρῶν ὄντα [15], οὐ φθείρει φθεῖρον τὰ ἄλλα· καὶ ἐν Ζακύνθῳ κρηνῖδας ἰχθυοφόρους εἶναι ἐξ ὧν ἀίρεται πίσσα, καὶ ἐν Νάξῳ κρήνην ἐξ ἧς οἶνος ἐνίοτε ῥεῖ καὶ μάλα ἡδύς· καὶ ὅτι πῦρ ἐστιν ἐγγὺς Φασήλιδος ἐν Λυκίᾳ ἀθάνατον, καὶ ὅτι ἀεὶ καίεται ἐπὶ πέτρας καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ ὕδατι μὲν οὐ σβέννυται, ἀλλὰ ἀναφλέγει, φορυτῷ δὲ σβέννυται.

Narrat præter ista, in media India homines reperiri nigros, qui Pygmæi appellentur (34). Eadem hos, qua Indi reliqui, lingua uti, sed valde esse parvos, ut maximi duorum cubitorum, et plerique unius

D Ὅτι ἐν [16] μέσῃ τῇ Ἰνδικῇ ἄνθρωποί εἰσι μέλανες, καλοῦνται [17] πυγμαῖοι, ὁμόγλωσσοι τοῖς ἄλλοις [18] Ἰνδοῖς· μικροὶ δέ εἰσι λίαν, οἱ μακρότατοι αὐτῶν πηχέων δύο, οἱ δὲ πλεῖστοι ἑνὸς ἡμίσεως πήχεος [19].

VARIÆ LECTIONES.

[6] πάντας οὓς ἂν βάλλῃ ς. [7] τιμῶσιν in mg. habet A. [8] τῆς σαρδοῦς τὸ ὄρος A. [9] ἡμέρας ς. [10] ἵνα] ἵνα μὴ ς. [11] πολλοὶ] ποικίλοι? [12] οἱ add. A. [13] εἰ A: ἢ ς. [14] ἄνδρας πέντε ς. [15] ὄντα] ὄντων A. [16] ἐν om A. [17] καὶ καλ. ς. [18] τοῖς ἄλλοις ὁμόγλωσσοι ς. [19] ἡμίσεος πήχεως ς.

NOTÆ.

(29) Simile quid habet Nonnosus supr. Cod. 3.

(30) Nonnosus supr. idem fere narrat.

(31) Illum forte quem εὐσεβῶν χώραν appellatum fuisse, docebit infr. Conon. narrat. 43.

(32) E Bavarico codice ista uncis inclusa inseri hic, atque alibi, non ingratum fore putavi.

(33) « Flagrat in Phaselide mons Chimæra, » inquit Plin. dum hunc Ctesiæ locum affert lib. II, cap. 106.

(34) Similia Nonnosus sup. Et de Pygmæis Plin. videndus, Solinus et Juvenalis.

Digitized by Google

Κόμην δὲ ἔχουσι μακροτάτην, μέχρις [20] ἐπὶ τὰ γόνατα καὶ ἔτι κατώτερον, καὶ πώγωνα μέγιστον πάντων ἀνθρώπων· ἐπειδὰν οὖν τὸν πώγωνα μέγαν [21] φύσωσιν, [148 R.] οὐκέτι ἀμφιέννυνται οὐδὲν ἱμάτιον, ἀλλὰ τὰς τρίχας τὰς μὲν ἐκ τῆς κεφαλῆς ὄπισθεν καθίενται πολὺ κάτω τῶν γονάτων, τὰς δὲ ἐκ τοῦ πώγωνος ἔμπροσθεν μέχρι ποδῶν ἐλκομένας, ἔπειτα περιτυκασάμενοι τὰς τρίχας περὶ ἅπαν τὸ σῶμα ζώννυνται, χρώμενοι αὐτοῖς ἀντὶ ἱματίου. Αἰδοῖον δὲ μέγα ἔχουσιν, ὥστε ψαύειν τῶν σφυρῶν αὐτῶν, καὶ παχύ. Αὐτοὶ δὲ [22] σιμοί τε καὶ αἰσχροί. Τὰ δὲ πρόβατα αὐτῶν ὡς ἄρνες, καὶ οἱ βόες καὶ αἱ βόες [23] σχεδὸν ὅσον κριοί, καὶ οἱ ἵπποι αὐτῶν καὶ ἡμίονοι [24] καὶ τὰ ἄλλα κτήνη πάντα [25] οὐδὲν μείζω κριῶν. Ἕπονται δὲ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἰνδῶν τούτων τῶν πυγμαίων ἄνδρες τρισχίλιοι· σφόδρα γάρ εἰσι τοξόται. Δικαιότατοι δέ εἰσι καὶ νόμοισι χρῶνται ὥσπερ [26] καὶ οἱ Ἰνδοί. Λαγούς [27] τε καὶ ἀλώπεκας θηρεύουσιν, οὐ τοῖς κυσίν, ἀλλὰ κόραξι καὶ ἱκτῖσι καὶ κορώναις καὶ ἀετοῖς. Ὅτι λίμνη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς (σταδίων ὀκτακοσίων ἡ περίμετρος), ἐν ᾗ ἀνέμου μὴ πνέοντος ἐπάνω τῆς λίμνης ἔλαιον ἐφίσταται· καὶ πλοιαρίοις πλέοντες δι' αὐτῆς ἐκ μέσης αὐτῆς σκαφίοις τοῦ ἐλαίου ἀπαρύονται καὶ χρῶνται. Χρῶνται δὲ καὶ σησαμίνῳ [28]. Ἔχει δὲ ἡ λίμνη καὶ ἰχθύας. Καὶ τῷ καρυΐνῳ δὲ χρῶνται· κρεῖσσον δὲ τὸ λιμναῖον.

Ἔστι δὲ αὐτόθι ἄργυρος πολὺς καὶ ἀργύρεα [29] μέταλλα, οὐ βαθέα· ἀλλὰ βαθύτερα εἶναί φασι [69 H.] τὰ ἐν Βάκτροις. Ἔστι δὲ καὶ χρυσὸς ἐν τῇ Ἰνδικῇ χώρᾳ, οὐκ ἐν τοῖς ποταμοῖς εὑρισκόμενος καὶ πλυνόμενος, ὥσπερ ἐν τῷ Πακτωλῷ ποταμῷ, ἀλλ' ὄρη πολλὰ καὶ μεγάλα, ἐν οἷς οἰκοῦσι γρῦπες, ὄρνεα τετράποδα, μέγεθος ὅσον λύκος, σκέλη καὶ ὄνυχες οἷάπερ λέων· τὰ ἐν τῷ ἄλλῳ σώματι πτερὰ μέλανα, ἐρυθρὰ δὲ τὰ ἐν τῷ στήθει. Δι' αὐτοὺς δὲ ὁ ἐν τοῖς ὄρεσι χρυσὸς πολὺς ὢν γίνεται δυσπόριστος.

Ὅτι τὰ πρόβατα τῶν Ἰνδῶν, καὶ αἱ αἶγες μείζους ὄνων εἰσὶ, καὶ τίκτουσι ἀνὰ τεσσάρων [30] καὶ ἓξ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Ἔχουσι δὲ οὐρὰς μεγάλας· διὸ τῶν τοκάδων ἀποτέμνουσιν, ἵνα δύνωνται ὀχεύεσθαι. Ὗς δὲ οὔτε ἥμερος οὔτε ἄγριος ἔστιν ἐν τῇ Ἰνδικῇ. Οἱ δὲ φοίνικες οἱ ἐν Ἰνδοῖς καὶ οἱ τούτων βάλανοι τριπλάσιοι τῶν ἐν Βαβυλῶνι. Καὶ ποταμόν φησιν ἐκ πέτρας ῥέοντα μέλι.

A duntaxat cubiti cum dimidio altitudinem non excedant. Comam **46**[b] alere longissimam, ad ipsa usque genua demissam, atque etiam infra, cum barba longiore, quam apud ullos hominum : quæ quidem ubi illis promissior esse cœperit, nulla deinceps veste uti; sed capillos multo infra genua a tergo demissos, barbamque præter pectus ad pedes usque defluentem, per totum corpus in orbem constipare et cingere, atque ita pilos ipsis suos vestimenti loco esse. Veretrum illis esse crassum et longum, quod ad ipsos quoque pedum malleolos pertingat. Pygmæos hosce simis esse naribus et deformes. Ipsorum item oves agnorum (55) nostrorum instar esse; boves et asinos arietum fere magnitudine, equos item mulosque et cætera jumenta omnia nihilo B esse nostris arietibus majora. Tria horum pygmæorum millia Indorum regem in suo comitatu habere, quod sagittarii sint peritissimi. Summos esse justitiæ cultores, iisdemque quibus Indi reliqui, legibus parere. Venari quoque lepores vulpesque, non canibus, sed corvis, milvis, cornicibus, aquilis adhibitis (36). Lacum apud eos esse octingentorum stadiorum ambitu (37); cui oleum [nostro simile] supernatet, quoties nullus aspirat ventus; per hunc ergo lacum parvulis navigiis vectos, ex ejus meditullio scaphiis oleum ad usum haurire. Uti quidem et ex sesamo expresso oleo, ut et e nucibus : præstantius tamen esse illud e lacu haustum. Pisces nihilominus habere hunc lacum.

Abundare quoque scribit hanc regionem argento, C neque profundas ejus esse fodinas, sed Bactrias ipsas venas altiores haberi. Quin et aurum habere Indiam : non quod in fluminibus reperiatur, laveturque, ut fit in Pactolo flumine; sed quod multi vastique montes suppeditent, in quibus quod gryphes (38) habitent (aves quadrupedes, lupi magnitudine, leoninis cruribus atque unguibus, pennis toto corpore nigris, at in pectore rubris) hinc scilicet, quod ibi tanta copia sit aurum, difficulter adeo obtineri.

Indorum oves, caprasque asinis esse nostris majores, et plurimum quaternos, imo et senos parere. Caudas vero adeo habere magnas (39) ut fetis amputandæ sint, quo marem admittere possint. Porcum (40) item neque cicurem neque silvestrem tota D India reperiri. Palmas Indicas, earumque fructus triplo esse quam apud Babulonios majores. Insuper et fluvium ibi quemdam e petra melle fluere.

VARIÆ LECTIONES.

γιστον πάλη, καὶ νίκη λαμπρὰ, καὶ κρότος τοῦ δήμου· [164 R.] ἀλλ' ἔτι πρὸς τὴν θυσίαν καὶ μετὰ τοὺς στεφάνους Θεαγένης ἀγόμενος. Χαρικλῆς ἀπὸ Ἀθηνῶν πρὸς αὐτὸ τὸ στάδιον ἐφιστάμενος [24], καὶ τὸν βασιλέα τὴν νομιζομένην αὐτῷ θυγατέρα αἰτούμενος. Καὶ συγκατάθεσις βασιλέως διδόναι, ἂν αὐτὸς εὕρῃ· ὁ δὲ οὐχ ηὕρισκεν [25]· ἁρπαγή τε ὑπὸ αὐτοῦ καὶ συρμὸς Θεαγένους, καὶ βοή, ὡς Οὗτός ἐστιν ὁ τὴν ἐμὴν ἁρπάσας ἐξ Ἀθηνῶν θυγατέρα, καὶ κρίσις, καὶ τέλος ἀθώωσις καὶ Θεαγένους Σισιμίθρου ἐπικρίναντος καὶ μηκέτι τὴν ἐπ' ἀνθρώπων ὁλέθρῳ θυσίαν γίνεσθαι διατυπώσαντος. Εὐφροσύνη ἁπάντων καὶ θυμηδία πολλὴ, καὶ Θεαγένης καὶ Χαρίκλεια [26] μετὰ μυρίους κινδύνους ἀλλήλους ἀπολαμβάνοντες, καὶ τὰς ἱερωσύνας ἡ μὲν παρὰ τῆς μητρὸς, ὁ δὲ παρὰ τοῦ κηδεστοῦ ἐκδεχόμενοι, καὶ θύοντες, καὶ πρὸς τοὺς γάμους εὐτρεπιζόμενοι.

rat. Theagenes interim taurum fortiter pugnando superavit, ingenti spectantis plebis voluptate : Æthiopum item maximum palæstra vicit, illustrique victoria parta, plausum etiam populi meruit. Ducitur nihilominus ad aras coronatus, ut hostiæ instar cadat Theagenes. Charicles tum forte Athenis profectus, huic stadio astabat filiamque uti credebat suam ab ipso rege postulat. Spondet rex daturum si amissam reperisset. Verum illam non inveniebat. Arripitur deinde, trahiturque Theagenes ab Charicle clamante : Hic meam Athenis rapuit filiam. Lata denique sententia, qua et Theagenes tandem indemnis est declaratus, ipso etiam adjudicante Sisimithro, neve posthac humanis victimis mortalium damno litaretur statuente. Gaudio hinc cuncti atque lætitia exsultare, Theagenes etiam et Charicłea, quod tot tantisque defuncti periculis invicem potirentur. Sacerdotiis itaque illa quidem matris, hic soceri beneficio acceptis, et re divina facta, nuptias adornant.

Ταῦτα δὲ συνέγραψε Φοῖνιξ ἀνὴρ Ἀμινδηνὸς [27] Θεοδοσίου παῖς Ἡλιόδωρος· ἐν οἷς καὶ τὸ τέλος. Τοῦτον δὲ καὶ ἐπισκοποῦ [28] τυχεῖν ἀξιώματος ὕστερόν φασιν.

Hæc quidem Heliodorus Theodosii F. domo Phœnix Amindenus (64), conscripsit, finivitque historiam : quem etiam episcopi (65) post dignitate auctum ferunt.

ΟΔ'.

Θεμιστίου πολιτικοὶ λόγοι ξ'.

[97 H.] Ἀνεγνώσθησαν Θεμιστίου *Λόγοι πολιτικοὶ ξ'*, ὧν εἰσι καὶ οἱ πρὸς Κωνστάντιον τὸν βασιλέα καὶ εἰς Οὐάλεντα καὶ Οὐαλεντινιανὸν τὸν νέον, ἀλλὰ καὶ εἰς Θεοδόσιον, τοὺς βασιλεῖς, ἐπαίνους αὐτῶν καὶ ἐγκώμια περιέχοντες. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφὴς καὶ ἀπέριττος καὶ ἀνθηρὸς, καὶ λέξεσι πολιτικαῖς καὶ εἰς τὸ σεμνόν τι ἐπικλινούσαις χρώμενος. Ἤκμαζε δὲ μάλιστα ἐν τοῖς Οὐάλεντος [29] χρόνοις, ὡς κἀκ τῶν αὐτοῦ λόγων δῆλον· ἐπὶ δὲ Κωνσταντίου ἔτι νέος ἦν, ὑφ' οὗ καὶ ἐνετάγη τῇ τῶν Ῥωμαίων γερουσίᾳ, ὡς καὶ ἡ πρὸς αὐτὴν τὴν ἐν Ῥώμῃ γερουσίαν ὑπὲρ αὐτοῦ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐπιστολὴ ἀποσταλεῖσα [30] δηλοῖ. Πατὴρ δὲ ἦν Θεμιστίου Εὐγένιος, καὶ αὐτὸς φιλοσοφήσας.

Τούτου τοῦ Θεμιστίου εἰς πάντα τὰ Ἀριστοτελικὰ φέρονται ὑπομνήματα· οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ μεταφράσεις αὐτοῦ εἴδομεν, εἰς τὸ χρήσιμον ἐπιτετμημένας, τῶν τε *Ἀναλυτικῶν* καὶ τῶν *Περὶ ψυχῆς* βιβλίων καὶ τῶν *Τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως* καὶ ἑτέρων τοιούτων. Εἰσὶ δὲ καὶ εἰς τὰ Πλατωνικὰ αὐτοῦ ἐξηγητικοὶ πόνοι, καὶ ἁπλῶς ἐραστής ἐστι καὶ σπουδαστὴς φιλοσοφίας.

LXXIV.

52*a Themistii orationes civiles* XXXVI (*a*).

Lectæ sunt *Civiles orationes* (66), Themistii sex et triginta. Harum aliæ ad Constantinum imper. habitæ : in Valentem quoque, et Valentinianum minorem, sed et in Theodosium August. laudibus eos encomiisque celebrantes. Sermo illi apertus, supervacaneis carens, ac floridus. Verbis usus quidem est vulgaribus, sed in gravitatem aliquantum flexis. Floruit potissimum Valente rerum potito, ut vel orationes ipsæ loquuntur. Constantio imperante, juvenis etiamnum erat, a quo et in senatum Romæ lectus est, quemadmodum Cæsaris de illo ad senatum Rom. missa epistola fidem facit. Pater Themistio Eugenius nomine, qui et ipse philosophiæ operam dedit.

Hujus Themistii in omnia fere Aristotelis scripta feruntur, non solum Commentaria, sed etiam Metaphrases (67), utiliter et compendio scriptæ : ut *Analyticorum*, ut librorum *De anima*, et *Physicæ auscultationis*, similiumque operum. Platonis etiam quædam exposuit : cætera philosophiæ amans in primis, ac perstudiosus.

VARIÆ LECTIONES.

[24] ἀφιστάμενος ς. [25] εὕρισκεν ς. [26] Θεαγένους καὶ Χαρικλείας ς. [27] Ἀμινδηνὸς] Εμεσηνὸς corr. A. [28] ἐπισκόπου ς. [29] Οὐαλέντου ς. [30] ἀποσταλεῖσα ἐπιστολὴ ς.

NOTÆ.

(64) Emisenus est in edito Heliodoro extremo.

(65) Tricæ in Thessalia; auctores Socrat. lib. v, cap. 21, et Niceph. lib. XII, cap. 34. Addit hic, episcopatum deponere maluisse Heliodorum, quam sua hæc *Ἐρωτικὰ*, olim in adolescentia conscripta, supprimere.

(66) Hujus Orationes Græce dedit H. St. Alias præterea ἀνεκδότους apud Petr. Pantinum, amicum singularem, vidimus. Legendus et D. Baron. card. tom. IV *Annal. eccles.*

(67) Exstat hodie Paraphrasis in Aristot. lib. VIII *Φυσικῆς ἀκροάσεως* Græce atque Latine. Item in lib. *De cœlo*, *De anima*, *parvaque* (*ut vocant*) *Naturalia*. Lege Suidam.

(*a*) Orationem XXXVIIam edidit Ang. Mai. a. 1816.

Digitized by Google

Lesbonactis orationes politicæ XVI.

Lectæ sunt et Lesbonactis *Orationes politicæ* sedecim (68). Hic autem Lesbonax ...

LXXV.

Joan. Philononi Libellus contra Joannem patriarch. CP. cognom. Scholasticum (69).

Legi Joan. Philoponi Libellum adversus ea, quæ pro certo dogmate, *De sancta ac consubstantiali Trinitate* divine tradidit B. Joannes Scholasticus, archiepiscopus, Constantinopolitanus in oratione sua Catechetica, quam Justino [minore] imperante habuit prima indictione (70).

Dictionis genere sui similis est, perspicuus videlicet, nihilque intensum habens, aut grave; verum argumentationis forma, non impius modo, sed et putidus, atque imbecillus est, ut ne umbratili quidem veritatis specie, propria potuerit colorare adversus pios sophismata. Naturas etenim atque essentias, deosque commentus, nullas inde non ore infrenato in Christianam (71) fidem blasphemias vomit istud identidem: « Unum quam multa significat (72) » anxie nimis, nimiumque minute consectans. Ita per suam artificiosam, ut illi quidem videtur, nugacitatem, vel pueriles potius ineptias, mystagogiam nostram theologicam nihili se facere, insolenter jactavit. At non **52** *b* in hoc solum argumentandi genere infirmus est, ac demens, sed et in aliis omnibus suis, quorum quidem auctor est, scriptis. Excipio illa, quæ, aliorum inventa compilans, sibi vindicavit. Longissime enim infra eos auctores est, qui falsum norunt a vero dijudicare, et ad ipsa sensorum acumina pertingere. Quæ ergo sibi subdititia arrogat, servant illa quidem scriptorum characterem: attamen sunt in iis nonnulla, maligno improboque orationis veluti victu quodam atque apparatu ab ipso corrupta, id quod germanum erat in ipsis auctoribus, ac masculum, amiserunt: suntque iis similia compositis, quæ quidem natura optima, ob cibi tamen victusque rationem, illegitimum quid, et improbum præ se ferunt. Verumtamen in hoc ipso libro sanctorum Patrum dicta colligit: ut Gregorii cognomento Theologi, et Basilii Magni, Athanasii item illius variis malis exerciti, ac B. Cyrilli, quæ tamen causam ipsius impiam, quam habet propositam, minime promoveant.

A *Λεσβώνακτος λόγοι πολιτικοὶ ις'.*

Ἀνεγνώσθησαν δὲ καὶ Λεσβώνακτος *Λόγοι πολιτικοὶ* δεκαέξ. Οὗτος δὲ ὁ Λεσβῶναξ....

OE'.

Ἰωάννου τοῦ Φιλοπόνου πρὸς τὸν Ἰωάννην ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως.

Ἀνεγνώσθη Ἰωάννου τοῦ Φιλοπόνου βιβλιδάριον κατὰ τῶν ἐνθέως δογματισθέντων *Περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος* ὑπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ ἀπὸ Σχολαστικῶν, ἐν τῷ Κατηχητικῷ λόγῳ [21], ὃν εἶπεν ἐπὶ τῆς πρώτης ἐπινεμήσεως βασιλεύοντος Ἰουστίνου.

Ἔστι δὲ τὴν φράσιν ὅμοιος ἑαυτῷ· σαφής τε γὰρ καὶ οὐδὲν μετέχων τόνου ἢ σεμνότητος. Τοῖς ἐπιχειρήμασι δὲ οὐ μόνον ἀσεβὴς, ἀλλὰ καὶ λίαν σαθρὸς καὶ ἀνίσχυρος [165 R.] καὶ μηδ' ἐπιπολαίῳ φαντασίᾳ τῆς ἀληθείας τὰ οἰκεῖα δυνηθεὶς ἐπιχρῶσαι κατὰ τῆς εὐσεβείας σοφίσματα· φύσεις γὰρ καὶ οὐσίας καὶ θεότητας [22] καὶ θεοὺς πλασάμενος, ἐντεῦθεν ἀθυροστόμως πᾶσαν βλασφημίαν τῆς Χριστιανῶν κατα-
B χέει [23] πίστεως, τὸ « ἓν πόσα σημαίνει » σμικρολογῶν· κἀκ τῆς τεχνικῆς αὐτοῦ, ὡς οἴεται [24], ματαιολογίας, μᾶλλον δὲ παιδαριώδους ἀπειροκαλίας, τὴν θεολογικὴν ἡμῶν ἐξουθενεῖν ἐφρυάξατο μυσταγωγίαν. Οὐ μόνον δ' ἐν τούτοις [25] ἐστὶ τοῖς ἐπιχειρήμασιν ἀσθενὴς καὶ ἀνήτητος, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αὐτοῦ συντάγμασιν, ὧν ἐστιν αὐτὸς πατὴρ, ἀλλὰ μὴ ἀλλαχόθεν ἐκκλέψας τὰς εὑρέσεις ὑπεβάλλετο [26], λίαν ἐστὶν [27] ἀπωκισμένος τῶν συνιδεῖν ἐχόντων τὸ ψεῦδος ἢ τἀληθὲς καὶ τῶν εἰς [28] δριμύτητα τεινόντων
C νοημάτων ἐφάψασθαι. Ἃ δ' ἐστὶν αὐτῷ ὑποβολιμαῖα, σώζει μὲν τῶν φύντων τὸν χαρακτῆρα, πλὴν ἔστι καὶ ἃ τῇ μοχθηρᾷ παρ' αὐτοῦ διαίτῃ καὶ διασκευῇ τοῦ λόγου τὸ γενναῖον καὶ ἀῤῥενωπὸν τῶν γεννησαμένων ἀπεβάλλετο [29], καὶ ἔστιν ὥσπερ σύνθετα, φυὴν μὲν ὅριστα, τροφῇ δὲ καὶ διαίτῃ τὸ νόθον καὶ μοχθηρὸν ὑποφαίνοντα. Πλὴν ἀλλ' ἔν γε τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ Πατέρων ῥήσεις παραφέρει, τοῦ τε Θεολόγου Γρηγορίου καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου Ἀθανασίου τε τοῦ πολυάθλου καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου· ἀλλ' οὐδὲν αὐτῷ συντελοῦσιν οὐδ' αὗται εἰς τὸν προκείμενον καὶ ἠσεβημένον σκοπόν.

LXXVI.

Fl. Josephi Antiquitatum Judaicarum libri XX.

Legimus Flavii Josephi *Judaicæ antiquitatis* li-

D OC'.

Φλαβίου Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας λόγοι κ'.

[98 H.] Ἀνεγνώσθη Φλαβίου Ἰωσήπου *Ἰουδαϊκῆς*

VARIÆ LECTIONES.

[21] λόγῳ] αὐτοῦ λόγῳ ς. [22] καὶ θεότητας add. A. [23] καταχέεται ς. [24] ὡς οἴεται A : προσοίεται ς. [25] τούτοις ἐστὶ τοῖς ἐπιχειρήμασιν A : τούτων τοῖς ἐπιχειρήμασίν ἐστιν ς. [26] ὑπεβάλλετο] malim aoristum. [27] λίαν δέ ἐστιν ς. [28] ἐς ς. [29] ἀπεβάλετο margo, nescio an recte.

NOTÆ.

(68) Lesbonactis duæ leguntur Orationes: politica una, de bello Corinthio; altera protreptica, ad pugnam cum Lacedæmoniis. Historiam refert Thucyd. lib. VII. Antiquior hic illo Lesbonacte est, quem sub Augusto philosophum egisse scribit Suidas.

(69) Hujus Joannis patriarchæ mentio est supr. cod. 24. Quem sanctum dictum puta ex formula tantum Græcorum. Vide D. Bar. tom. VII.

(70) Ἐπὶ τῆς πρώτης ἐπινεμήσεως Glossarium vetus indictionem interpretatur. Sup. in Hesychio ἐνδεκάτην ἰνδικτιῶνα extulit.

(71) Hinc atque aliunde merito, ut a fide Christiana abhorrens traducitur a Conone et sociis sup. cod. 23.

(72) *Τὸ ἓν πόσα σημαίνει, σμικρολογῶν.* Quo fere modo apud Cassiod. in vita B. Chrysost. legimus Arianos cecinisse. « Ubi sunt, qui dicunt tria virtute unum? »

Digitized by Google

ἰρχαιολογίας, ἐν λόγοις κ'. Ἄρχεται ἀπὸ τῆς Μωϋσέως κοσμογονίας, τὰ πολλὰ συνᾴδων τῇ Μωϋσέως συγγραφῇ [46], ἔστι δὲ ἔνθα ἀλλοιότερον συγγραφόμενος. Κάτεισι δὲ μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ πρὸς Ῥωμαίους Ἰουδαίων πολέμου· ἐβασίλευε δὲ τότε τῶν Ἰουδαίων Ἀγρίππας ὁ τοῦ Ἀγρίππα τοῦ μεγάλου παῖς, ὃ, Ἰησοῦν τὸν τοῦ Γαμαλιὴλ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀφελόμενος δίδωσι Ματθίᾳ τῷ [47] Θεοφίλου. Πρῶτος δὲ Ἀντίοχος καὶ ὁ στρατηγὸς αὐτοῦ Λυσίας, ἀφ' οὗ τοῖς Ἰουδαίοις ἀρχιερωσύνης ἐγνώσθη ἄξίωμα, εἰς ταύτην τὴν τολμηρὰν κατέστη ἐγχείρησιν· τὸν γὰρ Ὀνίαν, ᾧ Μενέλαος ἐπίκλην, τὴν ἀρχιερωσύνην ἀφελόμενοι καὶ ἀνελόντες, εἶτα καὶ τὸν παῖδα τῆς διαδοχῆς ἀπελάσαντες, καθιστᾶσιν Ἰάκιμον [48], γένους μὲν τοῦ Ἀαρῶνος [49], οὐκ ὄντα δὲ τῆς οἰκίας ταύτης. Πρὸ δὲ τούτου διὰ βίου ἀρχιερατεύειν νενόμιστο [50] ἀπὸ Ἀαρῶνος ἀρξάμενος, καὶ παῖς παρὰ πατρὸς [51] τὴν τιμὴν διεδέχετο. Τελευτήσαντος δὲ Ἰακίμου [52], τρισὶν ἐνιαυτοῖς ἀρχιερατεύσαντος, ἔμεινεν ἡ πόλις ἐνιαυτοὺς ἑπτὰ χωρὶς ἀρχιερέως. Ὁ δὲ τοῦ Ἀσαμωναίου ἔγγονος [53] Ματθαίας [54] καὶ οἱ τούτου παῖδες, τὴν προστασίαν τοῦ ἔθνους πιστευθέντες καὶ πολεμήσαντες Μακεδόσιν, Ἰωνάθην ἀρχιερέα καθιστῶσιν. Ἐξ ἧς γενεᾶς ἦν καὶ Ἰούδας ὁ ἐπικληθεὶς Ἀριστόβουλος, ὃς καὶ πρῶτος διάδημα περιέθετο, ἀρχιερεὺς ὁ [55] αὐτὸς ἅμα καὶ βασιλεὺς χρηματίσας. Καὶ ἐπιβιοὺς ἐνιαυτὸν ἕνα, διάδοχον ἔσχε καὶ τῆς βασιλείας καὶ τῆς ἱερατικῆς ἀρχῆς τὸν ἀδελφὸν (Ἀλέξανδρος αὐτῷ ὄνομα), [168 R.] ὃς ἐπέβιω τῇ ἀρχῇ ἔτη κζ'. Καὶ διέδραμεν ἡ βασιλεία μετὰ τῆς ἀρχιερωσύνης τοῖς ἀπὸ Ἀσαμωναίου σωζομένη μέχρις Ὑρκάνου, ὃν Πομπήϊος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς, πορθήσας τὰ Ἱεροσόλυμα, τὴν μὲν βασιλείαν ἀφείλατο [56], ἀρχιερατεύειν δὲ τοῦ ἔθνους κατέλιπεν· ἄρξας δὲ πάντα ἔτη [57] τριάκοντα καὶ τρία αἰχμάλωτος ὑπὸ Φαρναβάζου καὶ Πακόρου τῶν τῆς Παρθυηνῆς δυναστῶν γίνεται, καὶ καθίσταται ὑπ' αὐτῶν ὁ τοῦ Ἀριστοβούλου ἀδελφοῦ υἱὸς Ἀντίγονος βασιλεύς. Ὃν τρεῖς μῆνας καὶ τρία ἔτη ἄρξαντα Σόσσιος [58] ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς καὶ Ἡρώδης ὁ πρῶτος, ὁ τοῦ Ἀντιπάτρου τοῦ Ἀσκαλωνίτου τοῦ ἱεροδούλου καὶ τῆς Κύπριδος τῆς Ἀραβίσσης παῖς, ἐξεπολιόρκησαν, Ἀντώνιος δὲ εἰς Ἀντιόχειαν ἀναχθέντα ἀνεῖλε. Καὶ παύεται ἡ Ἀσαμωναίων [59] γένος, καὶ λαμβάνει τὴν τῶν Ἰουδαίων βασιλείαν παρὰ Ῥωμαίων Ἡρώδης· ὃς τοῖς τυχοῦσι νέμων τὴν ἀρχιερωσύνην καὶ τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν ἀρχὴ γέγονε καὶ παράδειγμα. Κάτεισιν οὖν, ὥσπερ εἴρηται, ὁ συγγραφεὺς ἐν τοῖς εἴκοσι βιβλίοις, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς κοσμογονίας, μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ τελευταίου πρὸς Ῥωμαίους Ἰουδαίων πολέμου, καθ' ὃν καιρὸν Ἰουδαίων μὲν ἐβασίλευεν ὑπὸ Ῥωμαίων καταστὰς Ἀγρίππας ὁ τοῦ

bros XX. A mundi creatione apud Mosen initium ducit, qui cum etsi magnam partem concinit, interdum tamen diversus abit, pergitque usque ad bellum cum Romanis Judaicum. Judæis tum rex imperabat Agrippa, Agrippæ Magni F. qui Jesum Gamalielis F. pontificatu dejecit, suffecitque Matthiam Theophili F. Quo audaciæ post cognitam Hebræis sacerdotii dignitatem primus omnium Antiochus ejusque dux Lysias conando progressus est. Oniam enim illi, cui Menelao cognomentum fuit, pontificio submoverunt necaruntque : quin et filium paternæ dignitatis successione privarunt, subrogato Jacimo (73) e genere quidem Aaronis, sed alterius familiæ. Olim vero per omnem vitam Pontificatum gerere, jam inde ab Aaronis temporibus, et filium in demortui patris dignitatem succedere lex jubebat. Mortuo autem post triennii pontificatum Jacimo, septennio deinde civitas pontifice caruit. Quare cum ex Asamonæi (74) stirpe Matthiæ (75) hujusque filiis gentis Judaicæ esset credita præfectura, bellumque iidem cum Macedonibus gessissent, Jonatham pontificem creant. Ex qua stirpe et Judas cognomento Aristobulus fuit, qui et **53a** diadema capiti primus imposuit. Regis ergo idem hic jure simul, et sacerdotii usus, anno uno superstes, successorem reliquit regni simul et pontificatus fratrem, cui Alexandro nomen. Gessit hic imperium annos septem et viginti. Ab hoc pervenit deinceps regnum cum sacerdotio, Asamonæi posteris servatum, ad Hyrcanum usque, quem Romanorum dux Pompeius, captis Hierosolymis, regno quidem spoliavit, sacerdotium tamen summum Judaicæ gentis gerere permisit. Præfuit in universum annos tres et triginta, cum sub Pharnabazo et Pacoro Parthorum præfectis captus est, suffectusque ab illis rex Aristobuli fratris filius Antigonus. Hunc ipsum, cum annos tres, totidemque menses imperasset, Sosius quidem Romanorum dux et Herodes primus (is qui Antipatri Ascalonitæ sacerdotis, et Cypridis Arabicæ filius fuit) debellarunt. Antonius autem Antiochiam perductum necavit. Ita finem Asamonæa soboles habuit, et imperium Judæorum a Romanis Herodes sumpsit. Ille cuivis pontificatum præbens, successoribus, ut idem auderent, caput exstitit atque exemplum. Pertingit itaque, ut supra diximus, hic scriptor libris viginti, ab orbe condito auspicatus, ad initium usque belli ultimi Judæorum cum Romanis : qua tempestate in Judæa regnavit, auctoritate Romanorum, Agrippa, Agrippæ F. Syriæ vero ac Judææ præfectus fuit Gesius Florus, is qui Albino successit; cujus impotentem dominatum, crudelitatemque Judæorum natio non ferens, tu-

VARIÆ LECTIONES.

[46] γραφῇ ς. [47] τῷ] τῷ τοῦ ς. [48] καθιστῶσιν Ἰάκειμον ς. [49] Ἀαρὼν, ς. [50] νενόμιστο add. A. [51] παρὰ τοῦ πατρὸς ς. [52] Ἰακείμου ς. [53] οἱ—ἔγγονοι C. [54] ματαθίας C. [55] ὁ] δὲ ὁ ς. [56] ἀφείλετο ς. [57] ἔτη om. A. [58] Σούριος ς. cf. Hudson. ad Joseph. B. Jud. 1 proœm. 7. [59] Ἀσαμωναῖον ς. [60] τοῦτο. ποιεῖν ἀρχὴ] τοῦτο ἀρχὴ A, τοῦτο ποιεῖν καταλιπὼν ἀρχὴ ς.

NOTÆ

(73) Al. Alcimo, vel Jacchimo.

(74) De his multa doctiss. Oriolanus episc. Joseph. Stephanus in cap. Machabæor.

(75) Al. Matathiæ.

Digitized by Google

multuari cœpit, melius esse rata multos simul et in libertate, quam lente ac paulatim, et in servitute exstingui. Altero certe præfecturæ Flori, Neronis vero decimo anno, bellum agitari cœptum, finisque est Josephi Historiæ : de cujus stylo supra dicere memini.

Genus illi Judaicum, et sacerdos ipse, patris quoque stirpem e sacerdotibus longa majorum serie ducebat : nam mater regii sanguinis fuit ex Asamonæorum illa sobole, quæ diutissime inter contribules sacerdotio potita summo, et regno. Natus ergo Josephus ex illa matre, et Matthia, **53***b* anno primo Caii Romani imperatoris, jam inde a teneris unguiculis philosophiæ studiis sese dedidit. Annum deinde attingens sextum decimum, animum quoque ad Judæorum sectas appulit (tres (76) autem numerantur) omnesque magno animi studio persecutus est, ut omnium capto experimento, optimam tandem amplecteretur. Atque hæ fere sectæ illæ : Pharisæi, Sadducæi et Esseni (77). Quas cum percurrisset, in solitudinem secedit, ibique viro tres annos utitur(78), qui solitariam erat vitam austere pridem complexus, cui vestimentum arborum folia, alimentum vero herbæ sponte natæ præbebant : et frigida insuper sæpius interdiu noctuque lavabat, puritatis continentiæque gratia. Hinc ad undevicesimum ætatis annum urbem repetiit, Pharisæorum potissimum hæresim secutus, quam ei fere similem faciunt (79), quæ apud gentes Stoica est appellata. Annum agens postea tricesimum, ab Hierosolymitanis ad Galilæam procurandam mittitur. Jam enim turbari res cœperant Judæorum, multisque ipsi agitari tumultibus. Dein Galilæorum ductor creatus, rempublicam bene gessit, et multas variasque æmulorum (80) in republica administranda insidias evitavit. Cum inimicis etiam moderatius agendo, non raro eos in suam redegit potestatem. Bellum item, quod adversus Romanos invitus suscepit, fortiter Jotapitis sustinuit. Vivus tamen in Vespasiani, Romanorum copiis præfecti, potestatem venit : quem in se humanum sensit, ac perbenignum jam tum, et vero amplius postquam Romanum obtinuit imperium : neque solum illum talem expertus est, sed etiam liberos ejus Titum ac Domitianum, qui parentis

A Ἀγρίππα, ἐπετρόπευε δὲ τῆς Συρίας καὶ Ἰουδαίας Γέσιος Φλῶρος, Ἀλβίνου διάδοχος · οὗ τὴν κακουργίαν καὶ ὠμότητα τὸ Ἰουδαίων ἔθνος οὐ φέροντες ἐστασίασαν, [99 H.] κρεῖσσον ἡγησάμενοι ἀθρόον καὶ σὺν ἐλευθερίᾳ ἢ κατ' ὀλίγον καὶ σὺν δουλείᾳ ἀπολέσθαι. Δεύτερον δ' ἦν [55] ἔτος τῆς Φλώρου ἐπιτροπῆς, δωδέκατον δὲ τῆς Νέρωνος ἀρχῆς, ὅτε ὁ πόλεμος ἐλάμβανε κίνησιν · ἐν οἷς καὶ τῆς ἱστορίας τὸ πέρας. Οἷος δὲ τὴν φράσιν ἐστὶν, ἔμπροσθεν εἴρηται.

Ἔστι δὲ ὁ [56] Ἰώσηπος γένος μὲν Ἰουδαῖος ἱερεὺς καὶ ἐξ ἱερέων τὰ πρὸς πατρὸς ἄνωθεν καταγόμενος, ἐκ βασιλείου δὲ [57] φυλῆς ὑπὸ τῆς μητρός · τῶν γὰρ Ἀσαμωναίου παίδων, οἳ ἐπὶ μακρότατον τῶν ὁμοφύλων ἱεράτευσάν τε καὶ ἐβασίλευσαν, ἡ γεννησαμένη ἀπόγονος. Γίνεται δὴ [58] ἐξ αὐτῆς καὶ Ματθίου κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς Γαΐου Ῥωμαίων ἡγεμο-
B νίας Ἰώσηπος, ἐκ νέας μὲν φιλολογῶν · περὶ δὲ τὸ ἐκκαιδέκατον ἔτος γεγονὼς ἐπέβαλε καὶ ταῖς παρὰ Ἰουδαίοις αἱρέσεσι (τρεῖς δ' εἰσὶ) καὶ πάσας εὐτόνως μετῆει ὑπὲρ τοῦ πασῶν πεῖραν εἰληφότα ἑλέσθαι τὴν ἀμείνω. Εἰσὶ δ' αἱ αἱρέσεις Φαρισαῖοι Σαδδουκαῖοι καὶ Ἐσσηνοί · ἃς διελθὼν ἔξεισιν ἐπὶ τὴν ἔρημον, κἀκεῖ συνδιατρίβει ἀνθρώπῳ τινὶ τὸν ἐρημικὸν ἀθλοῦντι βίον ἐπὶ ἔτη τρία. Ἦν δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐσθὴς μὲν ἐκ δένδρων, καὶ τροφὴ τῶν αὐτοφυῶν αἱ βοτάναι, καὶ ψυχροῦ ὕδατος λουτρὸν πολλάκις καὶ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς πρὸς ἁγνείαν. Ἐκεῖθεν περὶ τὸ ἐννεακαιδέκατον ἔτος ἐπάνεισι πρὸς τὴν πόλιν, τὴν Φαρισαίων αἱρεσιν στέργων, ἣν καὶ τῇ παρ' Ἕλλησί φασιν [59] ἐοικέναι ἐπιλεγομένῃ Στωϊκῇ. Εἶτα περὶ τὸ τριακοστὸν ἔτος πέμπεται παρὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν τῶν ἐν Γαλι-
C λαίᾳ προνοήσων [60]· ἀρχὴν γὰρ ταραχῆς ἐδέχετο τὰ Ἰουδαίων, πολλαῖς ἀταξίαις ἤδη συναλλοιουμένων. Εἶτα καὶ στρατηγὸς τῶν περὶ τὴν Γαλιλαίαν χειροτονηθεὶς εὖ τε προῦστη [61] τοῦ ἔθνους, καὶ μυρίας καὶ ποικιλωτάτας ὑπὸ τῶν ἀντιπολιτευομένων ἐπιβουλὰς ὑποστὰς [169 R.] πάσας ἐξέφυγε, καὶ μετρίως [62] τοῖς ἐχθροῖς ἔχων ὑπεξουσίους [63] πολλάκις ἐχρήσατο. Καὶ τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἄκων ἀναδεξάμενος καὶ ἀνδρείως διενεγκὼν, ἐν Ἰωταπάτοις [64] ὅμως ζωγρείᾳ [65] Οὐεσπασιανῷ Ῥωμαίων τότε στρατηγοῦντι ἁλίσκεται. Εἶτα τυγχάνει λίαν εὐμενοῦς αὐτοῦ τότε τε [66] καὶ ἐπὶ πλέον Ῥωμαίων ἄρξαντος, οὐκ αὐτοῦ δὲ μόνου ἀλλὰ καὶ τῶν παίδων Τίτου καὶ Δομετιανοῦ ἐκ διαδοχῆς [67] βεβασιλευκότων, ὡς καὶ τῆς [68]
D Ῥωμαϊκῆς τυχεῖν πολιτείας καὶ πάντων ἐν ἀφθονίᾳ καταστῆναι. Ἀπηρτίσθη ἡ [69] ἱστορία νς' ἄγοντι

VARIÆ LECTIONES.

[55] δ' ἦν A : δὴ ς. [56] ὁ add. A. [57] ἐκ βασ. ς. [58] δὴ A : δὴ οὖν ς. [59] φασιν] malim φησιν. cf. Joseph. Vit. 2 extr. [60] προνοησόμενος ς. [61] προέστη ς. [62] μέτριον A. [63] ὑπεξουσίως A, ὑπεξουσίοις ς. [64] ἰαταπάτοις ς. [65] ζωγρείᾳ corr. A : ζωγρίαν ς. [66] τότε τε A : τε τότε ς. [67] κατὰ διαδοχὴν ς. [68] τῆς om. A. [69] ἡ] δὲ ἡ ς.

NOTÆ.

(76) De quibus copiose D. Baron. card. initio tom. 1. *Annal. Eccles.* Et noster Nicol. Serrarius singulari suo Trihæresium opusculo.

(77) Vide Philonem Judæum lib. *Quod omnis probus liber*, in med. et lib. *De vita contemplativa*, toto. Suid. quoque vocibus Ἐσσαῖοι et Φαρισαῖοι.

(78) Cui nomen Bano, teste Josepho lib. *De vita sua*, initio.

(79) Hinc forte et illa Stoica dogmata a Philone tractata singulis libellis : Omnes probos esse liberos, et omnes improbos esse servos.

(80) In quibus Justus Tiberiensis de quo sup. cod. 33.

Digitized by Google

ἐνιαυτὸν, Ῥωμαίων Δομετιανοῦ ἔτος τῆς ἀρχῆς ἄγοντος [70] τρισκαιδέκατον.

A imperium ordine exceperunt, ut et Romana sit civitate donatus, multisque opibus auctus. Absoluta ab eo historiæ scriptio sexto et quinquagesimo ætatis anno, imperii vero Domitiani Romani Augusti tertio decimo.

ΟΖ'.

Εὐναπίου Χρονικῆς Ἱστορίας τῆς μετὰ Δέξιππον, λόγοι ις'.

Ἀνεγνώσθη Εὐναπίου *Χρονικῆς Ἱστορίας* τῆς μετὰ Δέξιππον, νέας ἐκδόσεως, ἐν βιβλίοις τεσσαρεσκαίδεκα [71]. Ἄρχεται μὲν τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς Κλαυδίου βασιλείας, ἐς ὃν Δεξίππῳ [72] ἡ ἱστορία καταλήγει, ἀποτελευτᾷ δὲ εἰς τὴν Ὀνωρίου καὶ Ἀρκαδίου τῶν Θεοδοσίου παίδων βασιλείαν, ἐκεῖνον τὸν χρόνον τέλος τῆς ἱστορίας ποιησάμενος, ὃν Ἀρσάκιος μὲν, τοῦ χρυσοῦ τῆς Ἐκκλησίας στόματος Ἰωάννου ἀπελαθέντος, εἰς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνηγμένος ἱεράτευεν, ἡ δὲ τοῦ βασιλεύοντος Ἀρκαδίου γυνὴ κατὰ γαστρὸς ἔχουσα καὶ ἀμβλώτασα τὸν βίον ἀπέλιπεν. Οὗτος ὁ Εὐνάπιος Σαρδιανὸς μὲν [100 H.] γένος ἐστὶ (τὰς γὰρ ἐν Λυδίᾳ Σάρδεις ἔσχε πατρίδα), δυσσεβὴς δὲ τὴν θρησκείαν ὢν (τὰ Ἑλλήνων γὰρ ἐτίμα), τοὺς μὲν εὐσεβείᾳ τὴν βασιλείαν κοσμήσαντας παντὶ τρόπῳ καὶ ἀνέδην κακίζων διασύρει, καὶ μάλιστά γε τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον, ἐξαίρει δὲ τοὺς δυσσεβεῖς, καὶ τῶν ἄλλων πλέον Ἰουλιανὸν τὸν Παραβάτην, καὶ σχεδόν τι τὸ τῆς ἱστορίας αὐτῷ εἰς τὸ ἐκείνου ἐγκώμιον συντεθὲν ἐξεπονήθη.

B

LXXVII.

Eunapii Chronicorum post Dexippum libri XIV.

Lecti sunt Eunapii (81) novæ *Chronicorum* post Dexippum editionis libri quatuordecim. Narrationis initium a Claudii Cæsar. imperio ducit, in quem Dexippi historia finitur, desinitque in Honorii et Arcadii liberorum Theodosii tempora, ut tunc historiæ suæ terminum ponat, quando Arsacius, 54*a* Joann. Chrysostomo exterminato, solium episcopi occupavit, Arcadiique imperatoris uxor gravida, et mox abortiens, vita decessit. Eunapius hic Sardianus genere (Sardibus enim Lydiæ natus) quod gentium dogmata sequeretur, non parum impius fuit. Qui ergo pietate singulari imperium ornarunt, eos omnino largiter vellicat, atque traducit, maximeque omnium (82) Constantinum Magnum; impios contra extollit, ac præ cæteris Julianum Apostatam, ut fere ad hunc laudandum historicum hocce opus elaborasse videatur.

Ἔστι δὲ καλλιεπὴς τὴν φράσιν, εἰ περιέλοι τις αὐτοῦ τῶν λόγων τὸ ἀλεκτρυονῶδες καὶ ἐλαφωδέστερον καὶ συωδέστερον, καὶ δέκα [73] τοὺς ἱερακώδεις καὶ κορακώδεις καὶ πιθηκώδεις, καὶ τὸ ποταμῶδες δάκρυον, καὶ τὰ ὅμοια· τούτοις γὰρ καὶ τὴν ἄλλην τῶν ὀνομάτων περιλυμαίνεται καὶ διανοθεύει εὐγένειαν. Καὶ τροπαῖς μὲν κέχρηται παραβόλως, ὅπερ ὁ τῆς ἱστορίας οὐκ ἐθέλει [74] νόμος· ἀφαιρεῖται δὲ τὸ λυποῦν ἡ τῆς λέξεως ἔμφασις τὰ πολλὰ καὶ ἀστειότης. Τῇ συνθήκῃ δὲ καὶ τῷ σαφεῖ πρὸς ἱστορίαν καὶ ταῖς περιόδοις συμμέτρως καὶ οἰκείως ἔχει· πλὴν ἐνιαχοῦ δικανικώτερον μᾶλλον ἢ ἱστορικώτερον μεστοῖ καὶ περιβάλλει τὸν λόγον. Νεωτερίζει δ' οὐκ ὀλίγα καὶ περὶ τὰς συντάξεις, πλὴν οὐκ εἰς τὸ ἄχαρι οὐδ' εἰς τὸ ταῖς μεθόδοις [75] λαβὴν ἐπιδοῦναι.

C

Pulchra ejus dictio, si quis ista exceperit : Ἀλεκτρυονῶδες, καὶ ἐλαφωδέστερον, καὶ συωδέστερον, καὶ δὴ καὶ τοὺς ἱερακώδεις, καὶ κορακώδεις, καὶ πιθηκώδεις, καὶ τὸ ποταμῶδες δάκρυον. Id est : *Gallinaceosum, magis cervinum, magisque suillum, accipitrosi, corvosi, simiosi, et lacryma fluminosa*, et id genus alia. His enim aliisque vocibus generosum dicendi genus corrumpit, atque adeo adulterat. Tropos ad hæc præter modum adhibet, quod historiæ lex vetat. Eximit autem molestiam ut plurimum dicendi vis, et urbanitas. Compositione vero, et perspicuitate, ac periodis ad historiam accommodate ac proprie utitur, nisi quod interdum juridice magis, quam historice implet, texitque orationem. Innovat non pauca in construendo, verum id non ingrate, neque ut periodis reprehendendis ansam præbeat.

Δύο δὲ πραγματείας τὴν αὐτὴν περιεχούσας ἱστορίαν συνεγράψατο, πρώτην καὶ δευτέραν, καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πολλὴν κατὰ τῆς καθαρᾶς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως κατασπείρει βλασφημίαν, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν ἀποσεμνύνει δεισιδαιμονίαν, πολλὰ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων καθαπτόμενος· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ἣν καὶ *Νέαν ἔκδοσιν* ἐπιγράφει, τὴν μὲν πολλὴν ὕβριν καὶ ἀσέλγειαν, ἣν κατὰ τῆς εὐσεβείας

D

Duos autem tomos, qui eamdem Historiam complectantur, scripsit, primum, et secundum. Ac priori quidem, multis in sinceram Christianæ nostræ fidei doctrinam blasphemiis conjectis, gentium contra detestandum errorem magnifice commendat, multa quoque piorum imperatorum facta mordens. Altero vero tomo, quem et novam editionem vocat, ingentem illam conviciorum turbam, quam in

VARIÆ LECTIONES.

[70] ἔχοντος ς. [71] τεσσαρακαίδεκα ς. cf. Boissonad. Eunap. p. XL. [72] Δεξίππου ς. [73] δέκα] δὴ καὶ Max. Margunius : τ' A. [74] οὐ θέλει ς. [75] περιόδοις ς.

NOTÆ.

(81) Eunapii exstant *Sophistarum vitæ* Græcolat., typis Plantinianis, et in Germania, additis ejus *Ieastionum fragmentis*, ex his *Chronicorum* libris, quos ob maledicentiam in Christianam religionem divina quadam providentia intercidisse arbitror.

(82) Ut et Zosimus de quo inf. cod. 98, Quem. D. Baron. t. II *Annal. eccles.* passim refellit.

Digitized by Google

Christianam pietatem petulantius antea sparserat, nonnihil contrahit, ac reliquum deinde historiæ corpus utcunque connectens, *Novam*, ut dixi, *editionem* inscribit, quæ nihilominus furoris illius et rabiei, qua primum tomum compleverat, non exiguam etiamnum partem repræsentat. Equidem incidimus in antiquos utriusque editionis libros, seorsim ab invicem divisos et compactos, quibus lectis, utriusque discrimen deprehendimus. Accidit autem in nova editione locos plurimos, ob dictorum facta compendia, obscure truncatos esse, tametsi perspicuitatis rationem auctor magnam habuerit, nihilo tamen minus **54***b* (quod id factum sit modo, nescio) non recte, qua compendia occurrunt, connexuit orationem in nova editione, Sensum enim corrumpit eorum quæ ibi leguntur. Atque hic finis esto.

A ἐσκέδαζεν, ὑποτέμνεται, [172 R.] τὸ δὲ λοιπὸν τῆς συγγραφῆς σῶμα συνείρας *Νέαν ἔκδοσιν*, ὡς ἔφημεν, ἐπιγράφει, ἔτι πολλὰ τῆς ἐκείσε λύσσης ὑποφαίνουσαν. Ἀμφοῖν δὲ ταῖς ἐκδόσεσιν ἐν παλαιοῖς ἐνετύχομεν βιβλίοις, ἰδίως ἑκατέραν [76] ἐν ἑτέρῳ τεύχει καὶ ἑτέρῳ συντεταγμένην· ἐξ ὧν αὐτῶν καὶ τὴν διαφορὰν ἀναλεξάμενοι ἔγνωμεν. Συμβαίνει οὖν ἐν τῇ νέᾳ ἐκδόσει πολλὰ τῶν χωρίων διὰ τὰς γεγενημένας τῶν ῥητῶν περικοπὰς ἀσαφῶς ἐκκεῖσθαι, καίτοι φροντιστής ἐστι τοῦ σαφοῦς· ἀλλ' ὅτῳ τρόπῳ λέγειν οὐκ ἔχω, μὴ καλῶς κατὰ τὰς περικοπὰς ἁρμόσας τοὺς λόγους ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐκδόσει τὸν νοῦν λυμαίνεται [77] τῶν ἀναγινωσκομένων. Ἐν οἷς καὶ τὸ τέλος.

LXXVIII.

Malchi Sophistæ Byzantinæ Historiæ libri VII.

Lecti sunt Malchi (83) Sophistæ *Historiæ Byzantinæ* libri septem. Auspicatur ab eo tempore, quo morbus Leonem (84) imperatorem septimo decimo imperii anno exstinxit. Narrat igitur Zenonis inaugurationem, atque ut idem extorris imperio atque privatus vixerit, ut item Basiliscus, illi suffectus, purpuram deinde posuerit. Mox Zenonis ad imperium reditum, cædemque ejus quem dixi Basilisci, uxore etiam ac liberis, iniqua lege, una trucidatis. Armatum (85) quoque, qui Zenonem reduxerat, similem accepisse mercedem, cum is ab Onulpho (86) neci datus est. Refert item Theuderichi (87) Otriarii F. seditionem : Theuderichi Malamiri F. amicitiam, et cum illo altero Theudericho bellum : certamen etiam adversus Zenonem, et Marciani rebellionem, et ante hanc Berinæ socrus [in Zenonem] insidias, Marcianique perpetuum exsilium. Rursum Berinæ priores Hillo paratas insidias (88), utque Epidamnum Theuderichus Malamiri F. fraude occuparit. Hæc ubi retulit, res quoque Romanorum attingit : finisque septimi libri mors est nepotis, qui Glycerium Cæsarea potestate exuit, Romanorumque invasit imperium, et clericorum ritu illum attonsum, pro imperatore episcopum constituit (89), a quo demum insidiis petitus, periit. Hi septem historiarum libri, etiam præcedentes (90) plures ab eo libros fuisse conscriptos, indicant, et initium libri primi de septem idem ostendit. Quin et deinceps historiam persecuturum fuisse, si lon-

B

OH'.

Μάλχου σοφιστοῦ Βυζαντιακὰ βιβλία ζ'.

Ἀνεγώσθη Μάλχου σοφιστοῦ *Βυζαντιακὰ* ἐν βιβλίοις ἑπτά. Ἄρχεται μὲν ἐξ οὗ Λέοντα τὸν βασιλέα ἡ νόσος ἐπίεζε, τούτῳ δὲ τῆς βασιλείας ἔτος ἐπτακαιδέκατον παρετείνετο· διέρχεται δὲ τήν τε Ζήνωνος ἀνάῤῥησιν, καὶ τὴν ὑπερόριον τῆς βασιλείου δόξης διατριβήν, καὶ τὴν Βασιλίσκου ἀνάῤῥησιν, καὶ τὴν τῆς ἀλουργίδος ἀπόθεσιν, καὶ τὴν ἐπὶ [78] τῇ βασιλείᾳ πάλιν κάθοδον Ζήνωνος, τήν τε τοῦ προειρημένου Βασιλίσκου διὰ ξίφους ἀναίρεσιν, ἧς καὶ γυνὴ καὶ τέκνα παρανόμῳ κρίσει ἐκοινώνησαν. Καὶ ὅτι Ἀρμάτος [79] ὁ Ζήνωνα κατάγων τοιαύτης ἀντιμισθίας ἀπώνατο, διὰ Ὀνούλφου [80] δεξάμενος τὴν σφαγήν. Διαλαμβάνει [101 H.] δὲ καὶ τὴν Θευδερίχου τοῦ Ὀτριαρίου στάσιν, καὶ τὴν Θευδερίχου τοῦ Μαλαμείρου φιλίαν, καὶ τὸν πρὸς τὸν τοῦ [81] Ὀτριαρίου Θευδέριχον πόλεμον, καὶ τὴν κατὰ Ζήνωνος πάλιν στάσιν [82], καὶ τὴν Μαρκιανοῦ ἐπανάστασιν, καὶ πρό γε τούτου τὴν τῆς πενθερᾶς Βηρίνης ἐπιβουλὴν, καὶ τὴν διὰ τοῦτο [83] φυγαδείαν τὴν ἀΐδιον, καὶ τὴν κατὰ Ἰλλοῦ πρότερον ἐπιβουλὴν Βηρίνῃ συσκευασθεῖσαν, καὶ τὴν Ἐπιδάμνου [84] ὑπὸ Θευδερίχου τοῦ Μαλαμείρου ἐν δόλῳ κατάσχεσιν. Ταῦτα διεξιὼν διέξεισι καὶ τὰ ἐπὶ Ῥώμης καὶ τέλος τοῦ ἑβδόμου λόγου ποιεῖται τὸν Νέπωτος θάνατον, ὃς ἐκβαλὼν τῆς ἀρχῆς Γλυκέριον τήν τε [85] Ῥωμαϊκὴν ἰσχὺν περιεβάλετο, καὶ εἰς σχῆμα κείρας κληρικοῦ ἀντὶ βασιλέως ἀρχιερέα κατέστησεν· ὑφ' οὗ καὶ ἐπιβουλευθεὶς ἀνῄρηται. Οὗτοι οἱ ζ' τῆς ἱστορίας λόγοι καὶ προηγουμένους [86] ὑποφαίνουσιν αὐτῷ λόγους ἄλλους διαπεπονῆσθαι· καὶ ἡ ἀπαρχὴ δὲ τῶν

C

VARIÆ LECTIONES.

[76] quidni ἑκατέρᾳ — συντεταγμένῃ ? [77] τὸν γὰρ νοῦν ἐκλαμβάνεται ς. [78] ἐπὶ A : ἐν ς. [79] ἁρμάτιος corr. A. [80] ὀνύλφου rc A, ροιούλφου vel νοιούλφου pr. [81] τοῦ add. A. [82] πάλιν στάσιν A : πάλην ς. [83] διὰ τοῦτο A : τούτου ς. [84] ἐπιδαύγου ς. [85] τε. A : τότε ς. [86] προηγουμένως ς.

NOTÆ.

(83) Malchus, Syrorum lingua designat regem, teste Eunapio *De vitis Sophistarum*, in Porphyrio. De hoc porro Malcho lege Suidam, qui Byzantium eum sophistam facit.

(84) Seniorem, de quo hujus Malchi κρίσιν habes a Suida excerptam in Leone imp.

(85) Al. Harmatius dicitur. Ut apud Suid. ubi de ipso plura.

(86) In frusta dissectam refert infr. cod. seq

(87) Sic plerique vocant Græci codices, et scriptores, recte, ex etymo Gotthico, pro Virtutibus opulento.

(88) Quas refert infr. Candidus cod. seq.

(89) Episcopum Portuensem ordinavit, ait Paulus diaconus, lib. XVI *Histor. miscellæ*.

(90) Lego προηγουμένους Suid. a Constantino ad Anastasium usque produxisse historiam testatur.

Digitized by Google

ἑπτὰ τοῦ πρώτου λόγου τοῦτο παραδηλοῖ· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἑπομένους, εἰ τὸ ζῆν προσῆν τῷ συγγραφεῖ, ὡς τοῦ ἑβδόμου λόγου τὸ πέρας ἐνδείκνυσιν.

Ἔστι δ' ὁ συγγραφεὺς Φιλαδελφεύς, εἴ τις ἄλλος, κατὰ συγγραφὴν ἱστορίας ἄριστος, καθαρὸς, ἀπέριττος, εὐκρινὴς, λέξεων ταῖς ἀνθηροτάταις καὶ εὐσήμοις καὶ εἰς ὄγκον τινὰ ἀνηγμέναις χρώμενος· καὶ [87] οὐδὲ αἱ καινοπρεπεῖς αὐτῷ, ὅσαι τὸ ἐμφατικὸν καὶ εὔηχον καὶ μεγαλεῖον ἔχουσι, παραβλέπονται [88]. καὶ ὅλως [89] κανών ἐστιν ἱστορικοῦ λόγου. Σοφιστὴς δ' ἦν τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ ῥητορικῆς εἰς ἄκρον ἑλληνικῶς, καὶ τὴν θρησκείαν οὐκ ἔξω τοῦ Χριστιανικοῦ θιάσου [90].

A gior vitæ usura contigisset, extremo libro septimo significat.

Philadelphensis est hic scriptor, et si quis alius in historia scribenda præstantissimus, utpote purus, minime redundans, non confusus, verbis maxime floridis, ac significantibus usus, quæ ad magnitudinem ac pompam aliquam tendant, ne novatis quidem vocibus, quando ille vehemens quid et sonorum, aut granditatem aliquam habent, prætermissis. Itaque quantusquantus est, norma historici sermonis est, 55*a* sophistam vero agens, ad rhetoricæ summum apicem pervenit, inter Christianos religionis cultu recensendus.

ΟΘ'.

Κανδίδου Ἱστορίας Λόγοι γ'.

[173 R.] Ἀνεγνώσθησαν Κανδίδου *Ἱστορίας* λόγοι τρεῖς. Ἄρχεται μὲν τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς Λέοντος ἀναῤῥήσεως, ὃς ἦν ἐκ Δακίας μὲν τῆς ἐν Ἰλλυριοῖς, στρατιωτικῷ παραγγελίας τάγματι καὶ τελῶν ἄρξας τῶν ἐν Σηλυμβρίᾳ, τὴν βασιλείαν δὲ [91] σπουδῇ Ἄσπαρος ἐγχειρισθεὶς, ὃς ἦν Ἀλανὸς μὲν [92] γένος, ἐκ νεαρᾶς δὲ στρατευσάμενος ἡλικίας, καὶ παιδοποιησάμενος ἐκ τριῶν γάμων Ἀρδαβούριον, Πατρίκιον, Ἐρμενάριχον, καὶ θηλείας δύο. Ποιεῖται μὲν ὁ συγγραφεὺς, ὡς εἴρηται, ἀρχὴν τῆς [93] ἱστορίας τὴν ἀρχὴν τῆς Λέοντος βασιλείας, τελευτᾷ δ' εἰς τὴν ἀναγόρευσιν Ἀναστασίου. Ἔστι δὲ πατρίδος μὲν Ἰσαυρίας, ὡς αὐτός φησι, τῆς τραχείας, ἐπιτήδευμα δὲ ἔσχεν ὑπογραφεὺς τῶν ἐν Ἰσαύροις πλεῖστον ἰσχυσάντων. Τὴν δὲ θρησκείαν Χριστιανὸς ἦν καὶ ὀρθόδοξος· τήν τε γὰρ τετάρτην σύνοδον ἐπαίνοις στέφει, καὶ τοὺς [94] κατ' αὐτῆς καινοτομοῦντας καθάπτεται δικαίως. Τὴν δὲ φράσιν οὐκ ἔχει πρέπουσαν λόγῳ ἱστορικῷ. Ταῖς τε γὰρ ποιητικαῖς λέξεσιν ἀπειροκάλως τε κέχρηται καὶ μειρακιωδῶς, καὶ ἡ συνθήκη αὐτῷ εἰς τὸ τραχύτερον καὶ δύσηχον ἐκδιθυραμβοῦται, ὥσπερ αὖ πάλιν εἰς τὸ ἐκλελυμένον τε καὶ ἐκμελὲς ὑπτιάζει. Νεωτερίζει δὲ καὶ ταῖς συντάξεσιν, οὐκ εἰς τὸ γλαφυρὸν μᾶλλον καὶ ἐπαφρόδιτον, ὥσπερ ἕτεροι, ἀλλ' ὥστε δυσχερῆς ἀκοῦσαι καὶ τοῦ ἡδέος ὑπερόριος. Πλὴν αὐτὸς ἑαυτοῦ πολὺ βελτίων ἐνιαχοῦ ταῖς λόγοις πάντα γινόμενος, συμμιγῆ τὴν ἱστορίαν καὶ ἐξ ἀνομοιοτάτων ἁρμόζων ἁλίσκεται. [102 H.] Οὗτος ἰσχυρίζεται τὴν Ἰσαυρίαν ἀπὸ τοῦ Ἡσαῦ λαβεῖν τὴν ἐπωνυμίαν.

B

C

D

LXXIX.

Candidi Historiarum libri III.

Lecti sunt Candidi *historici libri tres*. Inchoat historiam ab electione Leonis, qui e Dacia Illyrica oriundus, cum militari agmini (91) Selymbrianisque cohortibus præesset, Asparis studio imperium adeptus est. Hic Aspar genere Alanus erat, a pueritia militiam secutus (92), qui ternis nuptiis totidem filios, Ardaburium, Patricium, Ermenarichum (93) duasque filias sustulit. Incipit ergo, uti diximus, historicus ab initio Leonis imperatoris desinit vero cum Anastasius imperator renuntiatus est. Patria illi ea Isauria est, ut ipse fatetur, quæ *Trachea* [sive aspera] dicitur. Tabellio fuit vitæ instituto sub iis qui apud Isauros poterant plurimum : religione vero Christianus, et quidem orthodoxus. Quartam enim synodum laudibus ornat, meritoque perstringit eos, qui eam oppugnant. Stylum habet historiæ non satis accommodatum. Nam et poetarum phrasibus sine delectu, ac juveniliter abutitur, et compositio ejus durior et absona, dithyramborum ritu, quæ alias iterum in dissolutum atque inconcinnum dilabitur. Constructiones innovat non ad ornatum majorem ac venustatem, ut reliqui solent, sed ita, ut auditu molestus fiat, omnisque adeo expers suavitatis. Interdum autem se ipso verbis melior prorsus evadens, promiscuam historiam, etiam ex admodum dissimilibus, concinnare deprehenditur. Hic Isauriam ab Esau nomen mutuatam dicere audet.

Διέρχεται δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ λόγῳ τὴν Ἄσπαρος καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ δυναστείαν, τὴν ἀνάῤῥησιν διὰ τοῦ Ἄσπαρος Λέοντος, τὸν συμβάντα τῇ πόλει ἐμπρησμὸν, καὶ ὅσα Ἄσπαρι περὶ τούτου ἐπὶ τὸ κοινῇ συμφέρον διαπέπρακται. Καὶ περὶ Τιτιανοῦ [95]

Primo libro narrat Asparis, liberorumque ejus potentiam, et Leonis per Asparem electionem. De urbis conflagratione exorta, quæque hic ab Aspare, reipublicæ commodo gesta sint. De Titiano et Viviano, utque de illis Aspar cum imperatore con-

VARIÆ LECTIONES.

[87] καὶ omA. [88] παραβλέπονται] παραβλέπωνται ὥσπερ... τὸ... καὶ τοιαῦθενια A. [89] ὅλος ς. [90] θειασμοῦ A. [91] δὲ om. A. [92] μὲν] μὲν τὸ ς. [93] τῆς ἱστ.] τὴν ἱστ. A. [94] τῶν — καινοτομούντων A: [95] Τατιανοῦ Labbeus.

NOTÆ.

(91) Τελῶν ἄρξας τῶν ἐν Σηλυμβρίᾳ. Thraciæ urbs est Selymbria, de qua Stephan. Strabo, et alii.

(92) Qui cum parente Ardaburio Valentinianum imp. reduxit, teste Olympiodoro infr. cod. 80 in fin.

(93) Hermonarichus, Armenerichus idem vocatur.

Digitized by Google

tenderit, et quæ ac qualia inter eos verba tum jactata sint. Imperatorem ea ex causa cum Isaurorum genere societatem iniisse, per Tarasicodisam Rusumbladeoti F. quem etiam (Zenonem mutato nomine vocatum) generum sibi ascivit, cum is priorem conjugem, mortalium lege amisisset, Ardaburium item, **55***b* quo imperatori adversaretur, Isauros æque suarum partium facere constituisse : atque Martinum quemdam, Ardaburii familiarem, Tarasicodisæ indicasse, quæcunque in imperatorem machinaretur Ardaburius. Quomodo exinde asperius in dies crescente mutua suspicione, Leo imperator Asparem sustulit, ejusque liberos, Ardaburium et Patricium Cæsarem : et si Cæsar excepta plaga inopinato salvus evasit, vixitque ; et alius item de Asparis filiis Armenerichus (94), quod abesset tum forte a patre, cædem perinde effugit. Tarasicodisam ergo sibi generum, data Ariadna filia, imperator ascivit, Zenonemque nominatum (95), exercitus in Oriente ducem creavit. Refert deinde quæ in Africa secunda adversaque gesserit, Basiliscus. Leonem quoque multa volentem molientemque, quo Zenonem generum imperatorem renuntiaret, plebe repugnante, minime id quidem efficere potuisset : sed paulo ante obitum, nepotem ex Ariadna et Zenone natum, creasse : ita post Leonis excessum a Leone filio Zenonem patrem, assentiente senatu, esse imperatorem coronatum. Hinc Isaurorum stemma per series descripsit auctor, atque illos esse Esau posteros ac sobolem studiose persuadere conatur. Ut a Verina deceptus Zenon (96), fugerit cum uxore ac matre ex urbe, imperioque : utque Verina spe adjungendi sibi Patricium magistrum, foreque ut imperaret, generum suum [Zenonem] fugaverit per fraudem, quæ tamen spes eam fefellerit, cum ii, qui in magistratu erant, Basiliscum ejus fratrem imperatorem renuntiarunt. De Isaurorum incredibili Constantinopolitana in urbe cæde, utque post nepotem Romanorum imperatorem, Orestes pater Augustulum Romano præfecerit imperio. Et hæc fere libro primo narrat Candidus.

Altero vero libro ista. Patricius magister, qui cum Verina consuetudinem habebat, indignante ipso Basilisco, periit. Eapropter in fratrem Verina odio concepto, ac Zenonem opibus ad recuperandum imperium adjuvans, extrema quæque a fratre pertulit, ac nisi e templo Armatus eam clam subduxisset, forte et ipsa e medio sublata fuisset. Cum Basilisci deinde uxore (97) adulteratus Armatus, ad summam pervenit potentiam, adeo ut tandem ei bellum, quod adversus Zenonem gerebatur,

καὶ Βιβιανοῦ, καὶ ὡς περὶ αὐτῶν διηνέχθη Ἄσπαρ καὶ ὁ βασιλεὺς, καὶ οἷα εἰς ἀλλήλους ἀπεφθέγξαντο. Καὶ ὡς ὁ βασιλεὺς διὰ τοῦτο ἡταιρίσατο τὸ [96] Ἰσαύρων γένος διὰ Ταρασικοδίσσα [97] Ῥουσουμβλαδεώτου, ὃν καὶ Ζήνωνα μετονομάσας γαμβρὸν ἐποιήσατο, τὴν προτέραν γυναῖκα θανάτου νόμῳ ἀποβαλόντα. Καὶ ὡς Ἀρδαβούριος εἰς τὸ ἐναντίον μελετῶν τῷ βασιλεῖ καὶ αὐτὸς οἰκειοποιήσασθαι τοὺς Ἰσαύρους διενοήθη· καὶ ὅτι Μαρτῖνος, οἰκεῖος ὢν Ἀρδαβουρίου, μηνύει Ταρασικοδίσσᾳ ἅπερ Ἀρδαβουρίῳ [98] κατὰ βασιλέως ἐτυρεύετο· καὶ ὡς ἐντεῦθεν ἐς τὸ τραχύτερον τῆς ἐς ἀλλήλους ὑπονοίας [99] προϊούσης ἀναιρεῖ Λέων ὁ βασιλεὺς Ἄσπαρα καὶ τοὺς παῖδας, Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιον τὸν Καίσαρα. Ἀλλ' ὁ μὲν Καῖσαρ τῶν πληγῶν ἀνενεγκὼν παραδόξως διεσώθη καὶ διέζησεν. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἕτερος τῶν παίδων Ἀρμενέριχος οὐ συμπαρὼν τῷ φύντι τὸν φόνον τότε διέφυγε. Ταρασικοδίσσαν δὲ γαμβρὸν θυγατρὶ Ἀριάδνῃ Λέων [1] ὁ βασιλεὺς ποιεῖται, καὶ μετονομάζει Ζήνωνα, στρατηγὸν τῆς Ἑῴας χειροτονήσας. Καὶ τὰ κατὰ Ἀφρικὴν Βασιλίσκου εὐτυχήματά τε καὶ δυστυχήματα. Καὶ ὡς Λέων πολλὰ βουληθεὶς καὶ διαμηχανησάμενος Ζήνωνα τὸν γαμβρὸν ἀνειπεῖν βασιλέα, τῶν ὑπηκόων μὴ παραδεχομένων, [176 R.] οὐκ ἴσχυσε. Καὶ ὡς πρὸ τελευτῆς αὐτοῦ τὸν ἔγγονον μὲν αὐτοῦ ἐκ Ζήνωνος φύντα τῇ Ἀριάδνῃ· καὶ ὡς μετὰ τελευτὴν Λέοντος ὁ παῖς Λέων Ζήνωνα τὸν πατέρα, συναινέσει τῆς βουλῆς, βασιλέα [2] ἔστεψε. Λεπτομερῆς τε τῆς Ἰσαύρων γενεαλογίας ἀφήγησις· καὶ ὡς εἶησαν ἀπόγονοι τοῦ Ἡσαῦ, πολλῇ σπουδῇ καὶ διήγησις. Ὅπως τε Ζήνων ὑπὸ Βηρίνης ἀπατηθεὶς φεύγει γυναικὶ ἅμα καὶ μητρὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς βασιλείας· καὶ ὡς Βηρῖνα, ἐλπίδι τοῦ συναφθῆναι Πατρικίῳ τῷ μαγίστρῳ καὶ βασιλεύειν αὐτὸν [3] τὸν γαμβρὸν αὐτῆς [4] φυγαδεύσασα ἐξ ἀπάτης, καὶ αὐτὴ τῆς ἐλπίδος ἐσφάλη, τῶν ἐν τέλει Βασιλίσκον τὸν αὐτῆς ἀδελφὸν ἀνειπόντων βασιλέα. Περί τε τῆς Ἰσαύρων ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀμυθήτου σφαγῆς. Καὶ ὡς μετὰ Νέπωτα βασιλέα Ῥώμης Αὐγούστουλον ὁ πατὴρ Ὀρέστης Ῥώμης κατεπράξατο βασιλεύειν. Ταῦτα ὁ πρῶτος λόγος.

Ὁ δὲ δεύτερος, ὅπως Πατρίκιος ὁ μάγιστρος, ὁ Βηρίνῃ συμφθειρόμενος, ἐπαγανακτήσαντος αὐτῷ Βασιλίσκου ἀπεβίω, καὶ διὰ τοῦτο Βηρῖνα δι' ἔχθρας πρὸς τὸν ἀδελφὸν καταστᾶσα, καὶ Ζήνωνι διὰ χρημάτων τὴν τῆς βασιλείας ἀνάληψιν συμπράττουσα, τὰ ἔσχατα ἔπασχεν ὑπὸ [5] τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ εἰ μὴ διέκλεψεν αὐτὴν Ἀρμάτος [6] ἐκ τοῦ ναοῦ, τάχα ἂν καὶ διεφθάρη. Ὡς [7] [103 H.] Ἀρμάτος τῇ γαμετῇ [8] συνδιαφθειρόμενος Βασιλίσκου ἐπὶ μέγα δυναστείας ἦρθη, καὶ ὡς ὕστερον τὸν κατὰ Ζήνωνος πιστευθεὶς

VARIÆ LECTIONES.

[96] τὸ] τὸ τῶν ς. [97] Τηρασικοδίσα ς. [98] Ἀρδαβούριος ς. [99] ἐπινοίας A. [1] λέων λαβὼν ὁ A. [2] βασ.] καὶ βασ. ς. [3] αὐτῶν ς. [4] αὐτῆς ς. [5] ὑπὲρ ς. [6] ἁρμάτος pr. A ἁρμάτιος corr. [7] καὶ ὡς ς. [8] γαμετῇ A : γυναικὶ sic et infra. ς.

NOTÆ.

(94) *Al.* Ermenarichus.

(95) Multis de hoc Suid.

(96) Duas ipsi Constantinopoli erectas columnas descripsit Suid. in Verina.

(97) Zenonide. Lege plura voce Ἀρμάτιος, Ἀρμάτος apud Suid.

Digitized by Google

πόλεμον ἀπέκλινεν ἐπὶ συνθήκαις δι' Ἰλλοῦ πρὸς αὐτὸν, καὶ εὐδοκιμῶν ἐπὶ Ζήνωνος, ὡς καὶ τὸν υἱὸν Βασιλίσκον Καίσαρα ἰδεῖν, ὕστερον ἐκρεουργήθη, καὶ ὁ παῖς ἐκ τοῦ [9] Καίσαρος εἰς τοὺς ἐν Βλαχέρναις ἀναγνώστας ἐτέλεσεν. Ὡς πρὸ τούτων Βασιλίσκος Μάρκον τὸν ἴδιον υἱὸν Καίσαρα ἀνεῖπεν [10], εἶτα καὶ βασιλέα. Καὶ ὡς Ἰλλοῦς συνέδη Ζήνωνι εἰς φιλίαν, καὶ πάλιν ἀναλαβεῖν παρεσκεύασε τὴν βασιλείαν. Καὶ ὡς καταστασιασθεὶς βασιλεὺς σὺν τῇ γυναικὶ Ζηνωνίδι καὶ τέκνοις καταφεύγει εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, κἀκεῖθεν ἀπάτῃ Ἀρμάτου ἐκβληθεὶς ἐξορίζεται εἰς Καππαδοκίαν, εἶτα παγγενεὶ [11] κατασφάζεται. Ὡς Πέτρου τοῦ δυσσεβοῦς τὰς τῆς Ἀνατολῆς ταράσσοντος Ἐκκλησίας Καλανδίωνα Ζήνων ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ἱερᾶσθαι Ἀντιοχείας ἀπέστειλε [12], καὶ δεόμενος χρημάτων ἐκ μηνυμάτων ἐπέτυχε, καὶ πολλοὶ νεωτερίσαντες κατ' αὐτοῦ καὶ ἐαλωκότες δίκην ἔδοσαν. Ὡς Ἰλλοῦς πολλὰ τῇ Ῥωμαίων συνήνεγκε πολιτείᾳ ταῖς τε κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθίαις καὶ ταῖς κατὰ πόλιν φιλοτιμίαις τε καὶ δικαιοπραγίαις. Ὡς μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ βασιλέως Νέπωτος Ῥώμης καὶ τὸν διωγμὸν τοῦ μετ' αὐτὸν Αὐγουστούλου Ὀδόακρος Ἰταλίας καὶ αὐτῆς ἐκράτησε Ῥώμης· καὶ στασιασάντων αὐτῷ τῶν δυσμικῶν Γαλατῶν, διαπρεσβευσαμένων τε αὐτῶν καὶ Ὀδοάκρου πρὸς Ζήνωνα, Ὀδοάκρῳ μᾶλλον ὁ Ζήνων ἀπέκλινεν. Ὡς Ἀλανός τις Ἰλλοῦν ἀνελεῖν βουληθεὶς καὶ πλήξας Ἐπινίκιον εἶπεν, ὃς ἦν οἰκεῖος Βηρίνῃ, τὴν ἀναίρεσιν ὑποθέσθαι· καὶ ὡς ἐξεδόθη Ἐπινίκιος Ἰλλοῦ· καὶ ὡς ὑποσχέσει καὶ ἀμνηστίας [13] καὶ εὐεργεσιῶν ἐξεῖπε πάντα Ἐπινίκιος, ὅσα ἐπεβούλευε Βηρῖνα κατὰ Ἰλλοῦ· [177 R.] καὶ ὡς Ζήνων Βηρῖναν διὰ τοῦτο ἐκδίδωσιν, ὁ δὲ αὐτὴν εἰς φρούριον Κιλικίας ὑπερορίσας ἠσφαλίσατο. Ὡς Παμπρεπίῳ τῷ δυσσεβεῖ διὰ Μάρσου Ἰλλοῦς φιλιωθεὶς ἅπαντα κατὰ μικρὸν συνέχεε τὰ αὐτοῦ. Ὡς ἐμφύλιος συνέστη Ζήνωνι [14] πόλεμος ἐξάρχοντος Μαρκιανοῦ καὶ Προκοπίου, υἱῶν τοῦ βασιλεύσαντος Ῥώμης Ἀνθεμίου· καὶ κρατήσαντος Ζήνωνος δι' Ἰλλοῦ πρεσβύτερος μὲν Μαρκιανὸς ἐχειροτονήθη, ὁ δὲ Προκόπιος πρὸς Θεοδώριχον τὸν ἐν Θράκῃ διέφυγε. Καὶ ὡς ὑπερορισθεὶς Μαρκιανὸς ἐν Καππαδοκίᾳ καὶ διαφυγὼν ἐτάραξε τὴν κατ' Ἄγκυραν Γαλατίαν, εἶτα συλληφθεὶς εἰς Ἰσαυρίαν διῳκίσθη. Καὶ ὡς ἡ πρὸς Ἰλλοῦν ἔχθρα τῷ βασιλεῖ συνέστη καὶ ηὐξήθη. Οὕτω μὲν οὖν [15] καὶ ὁ δεύτερος.

A creditum fuerit, ad quem tamen certis pactis Hilli (98) opera conditionibus, defecit. Sub Zenone igitur tanti cum esset nominis Armatus, ut et filium Basiliscum Cæsarem viderit, post nihilominus in frusta discerptus est (99) et puer ipse ex Cæsare inter lectores in Blachernis profiteri cœpit. Basiliscus ante hæc Marcum filium Cæsarem crearat, ac post etiam imperatorem. Hillus cum Zenone conciliata amicitia imperium eidem recuperare studuit. Basiliscus itaque a seditiosis superatus, cum Zenonide conjuge, ac liberis in templum se recepit, unde Armati fraudibus extractus, et in Cappadociam relegatus, mox cum tota stirpe cæsus est. Cum Petrus (1) ille impius Orientis turbaret Ecclesias, misit Zeno imperator Calandionem, ut Antiochenæ sedis episcopus sacraretur. Cum item pecunia indigeret imperator, quærendæ illi pecuniæ rationes ostensæ sunt. Multi rebus novis contra illum studentes, capti pœnas dederunt. Multa Hillus Romanæ reipublicæ contulit, cum militiæ rebus fortiter gestis, tum domi honestis studiis, ac justitiæ cultu. Post interemptum Romanum Cæsarem nepotem, et ejus successorem Augustulum expulsum, Odoacer Italia, atque ipsa adeo urbe potitus est. Rebellantibus autem huic Occidentis Gallis, et legatione ab ipsis, aliaque ab Odoacro ad Zenonem missa, in Odoacrum magis Zenonis animus inclinavit. Alanus quidam occidere Hillum conatus, cum eum percussisset, ab Epinicio, qui erat Verinæ domesticus, subornatum se ad cædem ait, itaque traditus Hillo Epinicius est, qui data fide et oblivionis, et præmiorum, ordine cuncta enarravit, quæ in Hillum Verina moliretur. Quare Zeno Verinam Hillo tradidit, qui eam in Ciliciæ castellum ablegavit, atque ita tutum sese reddidit. Hillus Pamprepio, homini impio, Marsi opera, factus carus, paulatim omnia ipsius negotia perturbavit. Civile Zenoni bellum fuit, atque intestinum insurgentibus Marciano et Procopio, filiis ejus qui Romæ imperaverat Anthemii quos cum Hillus Zenonis auspiciis devicisset, Marcianus quidem natu grandior ordinatus est presbyter : Procopius vero ad Theuderichum in Thraciam confugit. Quin et extorris in Cappadocia Marcianus, fuga elapsus, quæ ad Ancyram pertinet Galatiam, turbavit, donec captus in Isauriam est relegatus. In Hillum quoque ab imperatore odium conceptum est, auctumque. Atque hæc libro secundo prodita.

Ὁ δὲ τρίτος ἄλλα τε περιέχει, καὶ ὡς εἰς τὸ ἐμφανὲς Ἰλλοῦς ἐπαναστὰς Ζήνωνι βασιλέα Λεόντιον σὺν Βηρίνῃ ἀνεῖπεν, ὅπως τε δυσπραγήσαντες ἐπολιορκήθησαν καὶ ἁλόντες ἀπετμήθησαν, καὶ τἄλλα ἕως τῆς Ζήνωνος τελευτῆς.

56b Tertius deinde liber cum alia continet, tum quomodo palam in Zenonem Hillus insurrexerit, Leontiumque imperatorem Verina renuntiaverit, utque re infeliciter gesta, obsessi captique capite truncati sint, aliaque ad (2) exitum usque Zenonis.

VARIÆ LECTIONES.

[9] ἐκ τοῦ A : ἀπὸ ς. [10] εἶπεν A. [11] παγγενῆ A. [12] ἀπέσταλκε ς. [13] ἀμνηστείας ς. [14] Ζήνωνι] τῷ Ζήνωνι ς. [15] μὲν οὖν om. A.

NOTÆ.

(98) Zenonis hunc Magum fuisse scripsit Suid.

(99) Malchus sup ab Onulpho interfectum ait.

(1) Hæreticus, supr. cognominatur, cod. 41 ; alibi *Fullo*, Antiochenæ sedis raptor.

(2) Quem lege apud Suid. in Zenone.

Digitized by Google

LXXX.

Olympiodori historiarum libri XXII.

Lecti sunt *Olympiodori Historiarum* libri duo et viginti, ducto initio ab Honorii Romani imperatoris consulatu septimo, et Theodosii secundo : deducitque historiam ad id usque tempus, quo Valentinianus, Placidæ et Constantii filius, Romanus imperator declaratus est. Scriptor hic ortum ducit Ægyptiacis Thebis, professione poeta, ut de se fatetur, religione vero gentium imbutus. Dictio illi clara ; remissa tamen ac dissoluta, et in protritam devoluta verborum affluentiam. Oratio itaque indigna ut historiæ adnumeretur : cujus ipse fortasse conscius, non historiam hanc a se adornari, sed materiam duntaxat, seu Commentarium Historiæ suppeditari contendit. Adeo informis ac specie B carens, etiam ipsemet dictionis suæ character visus est. Et vero nulla idea hic enitet, nisi quis eum alibi simplicitati accedere contendat ; etsi neque hanc attingat, dum nimis humili ac vili dictionis genere usus, in idiotismum plebeiumque sermonem prorsus delabitur. Et licet *Silvam* suum ipse opus appellet, libris tamen distinguit, præfationibusque ornare nititur. Historiam inscribit Theodosio [Minori] imperatori qui Arcadii filius, Honorii ac Placidiæ patruelis fuit.

Narrat itaque Stelichonem ad magnam pervenisse potentiam, cum eum Theodosius Magnus parens ipse, suis liberis Arcadio atque Honorio C tutorem imposuisset, ac præterea uxorem Serenam duxisset, a Theodosio æque ipsi desponsam. Post etiam, filia sua Thermantia nuptui Honorio imperatori data, illum sibi generum ascivisse : indeque ad summam prorsus evectum potentiam. Multa pro Romanis cum variis gentibus bella gessisse feliciter, donec sanguinaria (3) immanique Olympii opera (qui per Stelichonem imperatori familiaris factus fuerat) ferro mortem excepit (4).

Addit Alarichum Gothorum præfectum, **57***a* quem olim evocarat Stelicho, ut Honorio Illyricum armis teneret (hæc enim illi provincia a parente Theodosio in partitione regni obvenerat) tum ob Stelichonis cædem, tum quod promissum illi datum non esset, cinxisse, et cepisse Romam, D in eaque urbe incredibilem argenti vim præda avertisse. Quin et Honorii Placidiam (5), Romæ tum agentem, captivam habuisse. Ante captam vero urbem illustrem tum virum, cui Attalo (6)

A Π'.

Ὀλυμπιοδώρου ἱστορίας λόγοι κβ'.

Verum quis hic Gelasius sit, certo non potui cognoscere. Trium enim hactenus Gelasiorum (quos discernere nequeas) Cæsareæ Palæstinæ episcoporum, vel certe (8) duorum libros leginus. Quorum quidem librorum unus *Adversus Anomœos* [hæreticos] conscriptus est : reliqui duo, res continent ecclesiasticas, alteriusque horum jam modo est a nobis obiter facta mentio : **67** *a* cujus sane titulus (ubi quidem illum ascriptum invenimus) is est, quem antea diximus : *Gelasii Cæsareæ Palæstinæ episcopi Ecclesiasticæ Historiæ libri tres.*

Operis autem ipsius principium ejusmodi est : *Quæ in sancta, magna, et universali episcoporum synodo, ex omnibus, ut sic dicam, Romani orbis provinciis, ipsaque adeo Perside congregata*, et reliqua. Desinitque in Constantini Magni obitum, quando divino remissionis [peccatorum] lavacro susceptio (9), vitæ hujus maculas, quas communi mortalium sorte contraxisse oportuerat, una eluit. Baptismate vero tinctum refert ab orthodoxo sacerdote, sacroque ritu, non, ut quidam prodiderunt, ab hæreticorum aliquo. Longiorem autem hanc baptismati obvenisse moram, quod ipsis Jordanis fluminis aquis tingi vehementer optasset. Affirmat hic scriptor sub Basilisco, qui, Zenone pulso, tyrannidem (10) occupavit, vixisse se, ac legisse concilii acta in antiquis membranis conscripta (11), dum adhuc paternis in ædibus versaretur. Ex horum itaque memoria, et ex aliis præterea scriptis, utilia quæque colligendo, historiam composuisse. Meminit insuper, laudatque dicta quædam Gelasii cujusdam quem ipse Gelasium (12), Ruffinum quoque nominat (13). Suam porro patriam esse ait Cyzicum : patremque unum de (14) presbyteris ibidem exstitisse. Sic libri hujus loquitur scriptor, atque hæc liber ipse commemorat.

Πθ'.

Γελασίου ἐπισκόπου Καισαρείας Παλαιστίνης Προοίμιον εἰς τὰ μετὰ τὴν Ἐκκλησιαστικὴν Ἱστορίαν Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου.

Ἡ δὲ λοιπὴ βίβλος ἐπιγραφὴν μὲν ἔχει τοιαύτην·

LXXXIX (15).

Gelasii Cæsareæ Palæstinæ episcop. Proœmium in additamentum ad Ecclesiast. Historiam Eusebii Pamphili.

Jam alter [rerum ecclesiasticarum, de quo supra

VARIÆ LECTIONES.

[17] ὡς] πρὸς A, οὐκ ς. [18] καὶ add. A : [19] κατὰ Παλαιστίνην A : ἐν Παλαιστίνῃ γενομένων ς. [20] verbo ἔχει numerum infra (v. 27) omissum, πθ', apponit mg. A. [21] ἐφελκόμενον ταύτας ς. [22] συναγείραντα. [23] ἅμα καλῶν A : ἀναλῶν ς. [24] οὕτω ς.

NOTÆ.

(7) Illum forte codicem putat, quem supra loco i recensuit

(8) Illustriss. certe Baron. t. VI, *ad ann. Chr.* 496, init., eumdem demonstrat Gelasium hujus *Hist.* et *Libelli Adversus Anomœos*, sive Eutychen, De duabus naturis in Christo, auctorem esse. Vide inf. cod. 102.

(9) Eusebii errorem, a multis pridem Græcis Latinisque scriptoribus refutatum, sequitur hic Gelasius : et hæc forsitan causa omissi in ms. tertii hujus Hist. libri. Vide Bar. card. t. III, *ad an. Ch.* 314.

(10) Ann. Christi 466.

(11) Quæ fuissent Dalmatii, Cyzicenorum quondam archiepis., cujus et Socrates meminisse videtur lib. VII, cap. 28.

(12) Lib. I, cap. 7. init. Ὅτε μὴν Ῥουφῖνος, ἤγουν Γελάσιος.

(13) Initio Præfationis.

(14) Ante sacerdotium tamen in conjugio nostrum Gelasium esse genitum tibi certum sit.

(15) Quem ego numerum, primum omissum, de-

Digitized by Google

commemini] liber hunc titulum præfert : *Proœmium episcopi Cæsareæ Palæstinæ in ea quæ ad ecclesiasticam historiam Eusebii Pamphili adjiciuntur.* Incipit vero hoc modo : « Cæteros quidem, qui ad scribendum animum appulerunt, quique rerum gestarum historias memoriæ prodere statuerunt (16), » et quæ sequuntur.

Prædicat se avunculum habuisse Cyrillum Hierosolymorum episcopum, qui et sibi ad hæc ipsa scribenda auctor fuerit. Alibi autem legendo hoc quidem comperi, Cyrillum ipsum cum hoc Gelasio (17) Ruffini Romani historiam in Græcum vertisse sermonem, non vero propriam suam aliquam condidisse. Illud certum, Gelasium hunc, quando Cyrilli Hierosolymitani æqualis fuit, proximo illo esse ætate priorem. Et hic certe Gelasius diserta quoque dicendi forma ab illo discrepat **67** *b* : quanquam uterque longe est eo, qui adversus Anomœos scripsit, inferior. Qui quidem episcopus et ipse ejusdem Palæstinæ inscribitur, sed dictione ac varia doctrina, logicisque rationibus (quibus tamen, nescio qui, non aptissime est usus) cæteros duos, qui inferiorem ordinem dicendo tenuisse visi sunt, multo intervallo reliquit. An vero horum aliquis hæc idem conscripserit, et opportune collegerit, addideritque reliqua, cognoscere nondum potui.

A Προοίμιον ἐπισκόπου Καισαρείας Παλαιστίνης εἰς τὰ μετὰ τὴν Ἐκκλησιαστικὴν Ἱστορίαν Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου, ἄρχεται δὲ οὕτω· « Τοὺς μὲν ἄλλους ἐπὶ τὸ συγγράφειν ὡρμημένους καὶ τῶν γενομένων τὰς ἱστορίας τῇ μνήμῃ παραπέμπειν ἐγνωκότας, » καὶ ἑξῆς [25].

Λέγει δὲ αὐτὸν ἀνεψιὸν πρὸς μητρὸς Κυρίλλου τοῦ Ἱεροσολύμων, καὶ ὑπ' ἐκείνου προτραπῆναι εἰς τήνδε τὴν συγγραφήν. Ἡμεῖς δὲ εὕρομεν ἀνεγνωκότες ἐν ἄλλοις ὅτι αὐτός τε Κύριλλος καὶ Γελάσιος οὗτος τὴν Ῥουφίνου τοῦ Ῥωμαίου [26] μετέφρασαν ἱστορίαν εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν, οὐ μέντοι ὅτι [27] ἰδίαν συνετάξαντο ἱστορίαν. Δῆλον δ' ὡς ἀρχαιότερος ἦν οὗτος τοῦ προειρημένου, εἴ γε κατὰ Κύριλλον ἥκμασε τὸν [28] B Ἱεροσολύμων. Ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ Γελάσιος ἐκείνου καὶ τῇ φράσει ἐπὶ τὸ λογιώτερον διαφέρει. Ἑκάτερος μέντοι αὐτῶν πολὺ τοῦ κατὰ Ἀνομοίων συγγεγραφότος ἐνδεέστερος ὑπάρχει. Ἐπίσκοπος δ' ἄρα κἀκεῖνος τῆς αὐτῆς ἐπιγράφεται Παλαιστίνης. Ἀλλ' ἐκεῖνός γε ὁ Γελάσιος τῇ τε [29] φράσει καὶ τῇ πολυμαθίᾳ καὶ ταῖς λογικαῖς ἐφόδοις, αἷς οὐκ οἶδ' ὅπως εἰπεῖν καὶ ἀπειροκάλως κατεχρήσατο, παρὰ πολὺ τούτους τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἐλάττονα τάξιν ἐπέχειν ἀπελαύνει [30]. Εἰ δέ τις τούτων αὐτός ἐστιν ὁ γράψας, καὶ ταῦτα χρόνῳ συλλέξας [31] καὶ συναυξήσας τὰ λείποντα, οὔπω μαθεῖν ἔσχον.

XC.

Libanii (18) *sophistæ Orationes et Epistolæ.*

Lecti sunt Libanii tomi duo. Is in fictis suis, quasque exercitationis tantum causa scripsit, orationibus, se ipso est, quam in aliis præstantior. Nimis enim diligens ac curiosus dum esse vult, nativam effusamque sermonis (ut ita dixerim) gratiam ac venustatem in illis aliis corrupit, atque in obscuritatem delapsus est, multa quidem interpositionibus obscuriora reddendo, quædam etiam ablatis necessariis. Regula est alioqui hoc in genere, ac norma sermonis Attici. Clarum item habet in epistolis (19) scribendis nomen : multaque et varia circumferuntur ab eo conscripta.

ΚΓ'.

Λιβανίου ἐν τεύχεσι β' Λόγοι καὶ Ἐπιστολαί.

[121 H.] Ἀνεγνώσθη ὁ Λιβάνιος ἐν τεύχεσι δυσίν. C Οὗτος δὲ ἐν τοῖς πλασματικοῖς αὐτοῦ [212 R.] καὶ γυμναστικοῖς λόγοις μᾶλλόν ἐστιν ἢ ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτὸς ἑαυτοῦ χρησιμώτερος· τῇ γὰρ πολλῇ περὶ τοὺς ἄλλους φιλοπονίᾳ τε καὶ περιεργίᾳ τὴν τε ἔμφυτον τοῦ λόγου καὶ αὐτοσχέδιον, ὡς ἂν τις εἴποι, χάριν ἐλυμήνατο καὶ τέρψιν, καὶ εἰς τὸ ἀσαφέστερον περιέτρεψε, πολλὰ μὲν ἐπισκοτίζων παρενθήκαις, ἔνια δ' ἀφαιρέσει καὶ τοῦ ἀναγκαίου. Τὰ δ' ἄλλα ἐν τούτοις κανών ἐστι καὶ στάθμη λόγου Ἀττικοῦ. Ἔστι δὲ δόκιμος κἀν ταῖς ἐπιστολαῖς. Πολλὰ δὲ αὐτοῦ καὶ παντοδαπὰ συγγράμματα φέρεται.

XCI.

Arriani De Alexandri Magni rebus gestis libri VII.

Legimus Arriani *De rebus gestis Alexandri Magni* (20) libros septem. Refert ipsum cum Athenien-

ΚΑ'.

Ἀρριανοῦ τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον ἐν λόγοις ζ'.

Ἀνεγνώσθη Ἀρριανοῦ *Τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον* ἐν λόγοις ἑπτά, ἐν οἷς διεξέρχεται τάς τε πρὸς Ἀθη-

VARIÆ LECTIONES.

[25] καὶ τὰ ἑξῆς ς. [26] τῶν ῥωμαίων A. [27] ὅτι om. A. [28] τὸν A : τῶν ς. [29] τε et τῇ om. A. [30] ante ἀπελαύνει cum A omisi διαγινωσκομένους. [31] Συγγράψας ς.

NOTÆ.

inde ascriptum, loco non suo, huc traducendum putavi.

(16) A Ruffino, puta : qui ad hanc histor. Latinam a se factam, adjecisse libros decimum atque undecimum, legitur ap. Gennad. *De scriptoribus Eccles.* cap. 17 ; et ipsemet Ruffin. profitetur ad finem libr. IX. Eusebii enim X libros in novem contraxerat.

(17) Eumdem hunc statuo Gelasium quem Niceph. lib. XII, cap. 11, inter laudatos episcopos numerat tertium ab Eusebio Pamphili, et Acacii successorem. Quem item egregie laudat Theodoret. *Eranistæ* dial. 1, citata ejus concione apparitionis Domini. et B. Hieron. in Catal. cap. 15, ubi Eusebio successisse dicitur, quem Niceph. quod sede pulsus fuerit, non retulit in censum episcoporum.

(18) De quo Suid. legend.

(19) Lamlat et has Eunapius in Libanii Vita : nosque trecentas fere ineditas reperimus.

(20) Exstant Græce et Latine ab H. S. excusi, cum Indica historia, quam aliqui 8 hic librum faciunt.

Digitized by Google

ναίους σπονδὰς καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, ἄνευ μέντοι Λακεδαιμονίων, καὶ τὴν ἐπὶ τὴν Ἀσίαν περαίωσιν, ὅπως τε μάχαις τρισὶ[33] κατεστρέψατο Πέρσας, ἐν Γρανικῷ μὲν τοὺς σατράπας Δαρείου, στρατιὰν ἄγοντας δισμυρίους μὲν ἱππεῖς, πεζοὺς δὲ παρὰ[33] μικρὸν ἴσους, τούτους σύμπαντας καταπολεμήσας, ἐν Ἰσσῷ δὲ αὐτόν τε Δαρεῖον καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν κατὰ κράτος τρεψάμενος, καὶ συλλαβὼν αἰχμαλώτους παῖδάς τε καὶ αὐτὴν γυναῖκα, ἐν Ἀρβήλοις δὲ ἤτοι ἐν Γαυγαμήλοις εἰς τέλος αὐτὸν ἐκνικήσας. Ὅπως τε φεύγων Δαρεῖος ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀνῃρέθη, ἀνερρήθη δὲ ἀντ' αὐτοῦ ὑπὸ τῶν περὶ αὐτὸν εἰς βασιλέα Βῆσσος· ὅπως τε ὕστερον Βῆσσον Ἀλέξανδρος λαβὼν τῆς εἰς Δαρεῖον τόλμης ἐλωβήσατό τε καὶ ἀνεῖλεν. Ἔτι τε ὅπως ἐν μάχαις Ἀλέξανδρος ἑπτάκις ἐτρώθη· καὶ ὅπως εἶλε τὰ ἐν Παγάσαις[34] βασίλεια χρήματα· καὶ ὅτι πεισθεὶς ὡς Φιλώτας εἴη βουλὴν κατ' αὐτοῦ μελετῶν, ἀνεῖλεν αὐτόν τε καὶ τὸν πατέρα Παρμενίωνα. Ἐγένετο δὲ καὶ τῶν Σογδιανῶν βασιλείων κύριος, καὶ Σκύθας δὲ τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ μάχῃ ἐκράτησεν. Ὅπως τε τὸ τοῦ Κλείτου πάθημα τῷ[35] ποτῷ παρενεχθέντος Ἀλεξάνδρου συνέδη, καὶ οἷον πένθος ἀνανήψας ἐπεδείξατο. Ἔτι δὲ καὶ ἡ ἐκ παίδων κατ' Ἀλεξάνδρου ἐπιβουλή, καὶ ἡ ἐπὶ τούτῳ κόλασις. Ὅπως τε ἡ ἐν τῇ Σογδιανῇ πέτρα ἑάλω καὶ ἡ γυνὴ Ὀξυάρτου, ὃς ταύτης τῆς χώρας ἐβασίλευεν· ἀλλὰ καὶ ἡ θυγάτηρ Ῥωξάνη, ἣν ὕστερον Ἀλέξανδρος γάμου νόμῳ γυναῖκα ἠγάγετο. Καὶ ὡς Ἀλέξανδρος ἐκ Βάκτρων ἐπὶ Ἰνδοὺς ἐλάσας μάχαις ἐκράτησε, καὶ πόλεις αὐτῶν πολιορκίᾳ πολλὰς εἷλεν· ἐν οἷς καὶ τὴν καλουμένην Ἄορνον παραλαβὼν εἰς τὴν Ἀσκάνων[36] χώραν ἐμβάλλει. Ἐξεύχθη δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Ἰνδὸς ποταμὸς πλοίοις, καὶ διαβὰς Πῶρόν τε τὸν Ἰνδῶν βασιλέα ἐνίκησε μιᾷ μάχῃ καὶ εἷλε ζωγρίαν, εἶτα καὶ φιλοφρονησάμενος πλειόνων ἄρχειν ἢ πρόσθεν ἔδωκε. Λέγει δὲ ὅτι οἱ Ἰνδοὶ ποταμοί, καθάπερ καὶ ὁ Νεῖλος, θέρους μὲν αὔξονται, χειμῶνος δὲ μειοῦνται. Διαλαμβάνει δὲ καὶ ὅπως ἄλλον τινὰ Πῶρον, καὶ αὐτὸν Ἰνδῶν βασιλεύοντα, ὃν καὶ εἰς κακίαν ἐλάσαι λέγει, τοῦτον διώκων Ἀλέξανδρος τὸν Ὑδραώτην[37] ποταμὸν ἐπεραιώθη, καὶ τοὺς ταύτῃ οἰκοῦντας Ἰνδοὺς ἐχειρώσατο, καὶ [122 H.] πόλεις αὐτῶν μεγάλας καὶ πολυανθρώπους ἐκπολιορκήσας ἐπὶ τὸν Ὑφασιν ποταμὸν ἐχώρει. Ἐπεὶ δὲ διαβαίνειν καὶ τοῦτον Ἀλέξανδρος [213 R.] ἔμελλεν, ἐς στάσιν ἐνικήθη τὸ πλῆθος, οὐ φέροντες ἔτι τοὺς πόνους καὶ τὴν ἀπέραντον ἐκστρατείαν· καὶ τοῦτο αἴτιον Ἀλεξάνδρῳ τῆς ἀπ' Ἰνδῶν ὑποστροφῆς κατέστη. Ἐν ᾧ καὶ ὁ πέμπτος τοῦ συγγραφέως ἀποπερατοῦται[38] λόγος.

Ὑποστρέφοντι δὲ Ἀλεξάνδρῳ, ὡς ὁ ἕκτος ὑπολαμβάνει λόγος, μάχαι τε αὐτῷ καὶ νῖκαι γίνονται

A sibus cæterisque Græcis, Lacedæmoniis exceptis, fœdus inivisse, ac dehinc in Asiam trajecisse, prœliisque Persas fregisse, et ad Granicum quidem Darii satrapas, copias ducentes equitum viginti millia, pedites pene totidem, omnes debellasse: ad Issum vero Darium cum exercitu fudisse fugasseque, et liberos, atque adeo uxorem cepisse. In Arbelis, sive in Gaugamelis tandem et ipsum Darium superasse, et hunc fugientem a suis occisum esse. Suffectum deinde ab iisdem in Darii locum regem Bessum, æque postmodum ab Alexandro captum, et ob audacem in Darium injuriam ludibrio affectum, vitaque privatum. Adhæc septies Alexandrum inter pugnandum fuisse vulneratum, regiasque in Pagasis opes sustulisse (21). Cum item persuasum ei esset B Philotam insidias moliri, cum parente Parmenione interficiendum ipsum curasse, Sogdianorum quoque regnorum potitum esse, 68a et Asiæ Scythas prœlio vicisse. Clitum ab Alexandro potu correpto, interemptum, magnumque mox eum facti, ut ad sobrietatem redierat, mœrorem ostendisse: ad hæc et Alexandro a pueris structas fuisse insidias, pœnasque idcirco irrogatas. Petram illam (22), quæ in Sogdiana regione est, occupatam esse, capta Oxyarti, qui regioni illi imperitabat, conjuge, una cum Roxana filia, quam post Alexander uxorem rite duxerit. Alexandrum ex Bactris ad Indos profectum, pugna illos superasse, urbesque eorum plurimas obsidione cepisse: in his et Aorno (quæ dicitur) occupata, in Asacanorum provinciam (23) C pervenisse. Navibus præterea Indo flumine constrato, trajecisse, et Porum Indorum regem uno devictum prœlio, vivum cepisse, humaniterque complexum, latius etiam quam antea regnare jussisse. Indos fluvios, non secus atque Nilum æstate augeri, hieme vero minui memorat. Refert item alium quemdam Porum, Indis quoque imperantem, quem et facinorosum fuisse ait. Alexandrum vero dum hunc persequitur, Hydaspen fluvium transivisse, ejusque accolas Indos bello superasse: horum quoque oppida ingentia, et frequenter habitata armis cepisse, tetendisseque porro ad Hyphasim (24) flumen: quod dum transmittere Alexander pararet, tumultuari militem cœpisse, quod nec labores assiduos toleraret, nec belli quietem, finemque expeditionis videret. Hac de causa, relicta In- D dia, reverti coactum Alexandrum. Atque hic quintum librum scriptor clausit.

Sexto itaque libro, frequentes ab Alexandro redeunte pugnas cum hoste commissas, ingentesque

VARIÆ LECTIONES.

[33] τρισὶν A : τισί ς. [33] παρὰ A : κατὰ ς. [34] Πασαγάρδαις Schottus. [35] τῷ A : τοῦ τῷ ς. [36] Ἀσακάνων ς. [37] Ὑδραώτην A : Ὑδάσπην ς. [38] libri ἀποπεραιοῦται. cf. p. R. 600. ima. 704, 9. 905, 46.

NOTÆ.

(21) Emenda ex editis, et ex Strab., Stephano et aliis, Pasagardis.

(22) Q. Curtius extremo lib. VIII.

(23) Al. Ascanorum.

(24) Al. Hypasis, ut Plin. et Solino. Item Ptolem. *Bybasis*, et Strab. *Hypanis*.

Digitized by Google

partas victorias commemorat. Quibus in prœliis fortiter dimicantem ad superiora quinque vulnera, alia iterum duo accepisse, ac licet e septimo moriturus videretur, commode tamen fuisse curatum. Ex India revertentem, terrestri ipsum itinere profectum esse, Nearcho (25) altera exercitus parte commissa, ac per mare redire jusso. Convenisse utrasque copias, cum maritimas, tum terrestres ad Carmaniam. A Carmania deinde in Persidem Alexandrum progressum, imperato ut Nearchus in Susianorum regionem cursum, et ad Tigridis fluminis ostia institueret. Hanc autem Nearchi navigationem **68***b* Ionica describit dialecto Arrianus, eamque proprio titulo *Indica* indigitat.

Alexander post hæc neglectum Cyri sepulcrum (26) adornavit, et Calanum (27) gymnosophistam, qui flammis se committere vellet, quod morbo tentaretur, patrio (28) exstingui ritu permisit. Nuptias ad hæc cum suas, tum aliorum splendide celebravit. Ipse (29) quidem natu maximam Darii filiam, Arsinoen nomine, duxit, natuque minimam filiarum Ochi, quæ Parysatis dicta. Roxana enim jam antea ducta erat. Drupetin, Darii quoque filiam, Hephæstioni nuptui dedit : Cratero Amastrinam, Ptolemæo vero et Eumeni, Artacanam et Artonem Artabazi filias tradidit ; Nearcho Barsines et Meltoris filiam uxorem dedit ; Seleuco Spitamenis filiam. Cæteris quoque sociis clarissimas Persarum ac Medorum filias numero fere octoginta stabili connubio junxit, factis Persarum ritu ac jure nuptiis. Macedonum quoque veteranos exauctoratos in Macedoniam misit : et Antipatrum interim recens collectas copias sibi adducere jussit. Dum hæc aguntur, Harpalus regias furatus opes, fuga dilapsus est. Hephæstion item vita defungitur, cujus obitu ingenti mœrore consternatus Alexander est, atque incredibiles (30) in rogum ac justa facienda sumptus fecit. Quo item tempore legati ex Africa et Carthagine ad illum missi : imo ex Italia, ut hic refert. Cujus quidem Italiæ (31) incrementum, illos intuitus, denuntiando prædixit. In Babyloniam eundi cupido ipsum incessit, et obitum vates (32) denuntiant : cumque inconsiderate quidam in throno ejus consedisset, ex eo jam certius mortem ejus augures prædixerunt. Classem nihilominus profectioni ad-

A λαμπραί· ἐν οἷς λαμπρῶς ἀγωνιζόμενος ἐπὶ ταῖς προτέραις πέντε πληγαῖς δύο[59] ἔτι βάλλεται, ὧν ἐπὶ τῇ ἑβδόμῃ καὶ τελευτᾷν ἐδόκει, εἰ καὶ οὐ χαλεπῶς περιεγένετο. Καὶ αὐτὸς μὲν ἐξ Ἰνδῶν ὑποστρέφων διὰ γῆς ἐποιεῖτο τὴν ἐπάνοδον, Νεάρχῳ δὲ στρατιὰν[60] παρασχὼν ἐπέτρεψε τὴν διὰ θαλάσσης πορείαν· καὶ συμβάλλουσιν ἀλλήλοις τὰ ἀπὸ γῆς καὶ θαλάσσης στρατόπεδα περὶ Καρμανίαν. Ἀπὸ Καρμανίας δὲ Ἀλέξανδρος μὲν[61] ἐν Περσίδι[62], Νέαρχος δὲ ἐς τὴν Σουσιανῶν γῆν ἐπετράπη ἀποπλεῖν[63] καὶ τοῦ Τίγρητος ποταμοῦ τὰς ἐκβολάς· καὶ διαλαμβάνει τὸν τοῦ Νεάρχου περίπλουν Ἰωνικῇ φράσει ἡ ἐπιγραφομένη αὐτῷ ἰδίως *Ἰνδική*.

B Ἀλέξανδρος δὲ καὶ τὸν Κύρου τάφον ἠμελημένον ἐπισκευάζει, καὶ Κάλανον τὸν γυμνοσοφιστὴν αἰτησάμενον εἰς πῦρ εἰσελθεῖν, ὅτι νόσος αὐτὸν ἠνώχλει, παρέσχε κατὰ τὰ πάτρια τελευτῆσαι. Ἐπιτελεῖ δὲ καὶ γάμους αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἑταίρων[64] λαμπροὺς, αὐτὸς μὲν τὴν πρεσβυτάτην τῶν Δαρείου παίδων (Ἀρσινόη αὐτῇ[65] ὄνομα) ἀγόμενος, καὶ τὴν νεωτάτην δὲ τῶν Ὤχου θυγατέρων (Παρύσατις[66] ὠνομάζετο)· Ῥωξάνη γὰρ ἤδη προηγμένη ἐτύγχανε. Τὴν μέντοι Δρυπέτιν, θυγατέρα καὶ αὐτὴν[67] οὖσαν Δαρείου, Ἡφαιστίωνι δίδωσι, Κρατερῷ δὲ Ἀμαστρίνην[68], Πτολεμαίῳ δὲ καὶ Εὐμένει τὰς Ἀρταβάζου παῖδας Ἀρτακάμαν[69] καὶ Ἀρτώνην, Νεάρχῳ δὲ τὴν Βαρσίνης καὶ Μέντορος[70] παῖδα, Σελεύκῳ δὲ τὴν Σπιταμένους, καὶ τοῖς ἄλλοις ἑταίροις τὰς δοκιμωτάτας τῶν Περσῶν καὶ Μήδων παῖδας, ἄχρι καὶ ἐς ὀγδοήκοντα.

C Πέμπει δὲ καὶ τοὺς ἀπομάχους τῶν Μακεδόνων εἰς Μακεδονίαν, ἄλλους ἀντ' αὐτῶν νεοσυλλέκτους ἀποφέρειν αὐτῷ προστάξας Ἀντίπατρον. Ἐν τούτῳ καὶ Ἅρπαλος βασιλικὰ[71] λαβὼν ᾤχετο φεύγων χρήματα. Τελευτᾷ καὶ Ἡφαιστίων, ἐφ' ᾧ μέγα πένθος Ἀλεξάνδρῳ ἐποιήθη, καὶ πολυδάπανος ἡ ἐπὶ τῷ σώματι πυρὰ καὶ κηδεία· ἐν ᾧ καὶ πρέσβεις[72] Λιβύων[73] τε καὶ Καρχηδονίων πρὸς αὐτὸν ἀφίκοντο. Καὶ Ἰταλῶν δὲ παραγενέσθαι φησὶ, καὶ ὅτι τὴν αὔξησιν τῶν Ἰταλῶν ἐς αὐτοὺς ἰδὼν προεῖπε καὶ ἀπεφήνατο. Ὁρμᾷ δὲ καὶ ἐπὶ Βαβυλῶνα, καὶ προλέγουσιν αὐτῷ οἱ μάντεις τὴν τελευτήν· καὶ ἐπικαθίζει τις αὐτοῦ τῷ θρόνῳ παραλόγως, ἐξ οὗ μᾶλλον ἐξοιώνιστο τοῖς μάντεσιν αὐτοῦ ἡ τελευτή. Παρεσκευάζετο δ' αὐτῷ[74] ὅμως τὸ

D ναυτικὸν ὡς ἐπὶ Ἄραβας[75] τοὺς πολλοὺς, οἳ δύο

VARIÆ LECTIONES.

[59] δύο] libri δεύτερον. [60] στρατείαν ς. [61] μὲν add. A. [62] ἐς Περσίδα ς. [63] ἐπιπλεῖν A. [64] ἑτέρων ς. [65] αὐτῆς. [66] Παρ.] ἡ Παρ. ς. [67] καὶ αὐτὴν θυγατέρα ς. [68] Ἀμαστίνην ς. [69] Ἀρτακάναν ς. [70] Μέλτωρος ς. [71] βασ.] τὰ βασ. A. [72] ante πρέσβεις cum A omisi οἱ. [73] Λιβῶν — Καρχηδόνων ς. [74] αὐτῶν A. [75] Ἄρραβας ς.

NOTÆ.

(25) De quo frequens apud Strab. mentio.

(26) Aperuisse commemorat Q. Curtius lib. x. Vid. Strab. lib. xv, sub fin.

(27) *Sphingen* dictum auctor est Plularch. in Alexandro. A Græcis vero *Calanum* vocatum, quod indico sermone, *Kale*, id est, *salve*, accedentes salutasset. Plura in notis ad Græcum exemplar, quibus adde Philonis locum insignem libello, quod omnis probus liber, et Ælian. lib. v Var. hist. cap. 6, et Claud. Guichar Funeral. lib. III, p. 4.

(28) *Patrio* ait *ritu*. Apud Indos enim sapientes, inquit Curtius lib. VIII, occupare fati diem pulchrum, et vivos se cremari jubent. Quibus aut segnis ætas, aut incommoda valetudo est, exspectatam mortem pro dedecore vitæ habent. Nec ullus corporibus, quæ senectus solvit, honos habetur. Inquinari putant ignem, nisi qui spirantes recipit.

(29) De nuptiis ista nonnihil turbata, ex VII lib. init. restituenda.

(30) Decies millium talentorum quidam referunt : duodecies vero Diod. lib. XVII ; et Justinus lib. VII.

(31) T. Livius legendus lib. IX, ab V. C.

(32) Quamobrem deliberat apud Senecam rhetorem Suasor. IV. an Babyloniam intret.

Digitized by Google

μόνον σέβουσι θεοὺς, Οὐρανὸν καὶ Διόνυσον. Καὶ ταῦτα παρασκευαζόμενος, καὶ τῆς νόσου ἤδη ἐπικρατούσης, καταλύει τὸν βίον. Ἡ δὲ τελευτὴ [123 H.] αὐτοῦ ἄλλοις ἄλλως ἀναγέγραπται, καὶ πολλαὶ περὶ αὐτῆς[56] ἐξηνέχθησαν διαφωνίαι. Ἔζησε δὲ β' καὶ λ' ἔτη, καὶ τοῦ τρίτου μῆνας ἐπέλαβεν ὀκτώ· ἐβασίλευσε δὲ τούτων τούς τε ὀκτὼ μῆνας καὶ ἔτη ιβ'. Ἐπαινεῖ δὲ αὐτὸν ἐπὶ πάσαις σχεδόν τι ταῖς ἀρεταῖς ἐς τὰ μάλιστα ὁ συγγραφεύς. Καὶ ὁ ἕβδομος ἀπαρτίζεται λόγος, ὃν ἐκδέχεται βιβλίον ἕν, ἡ *Ἰνδική*.

A ornat, ut in Arabas moturus multitudine innumerabiles, qui duos duntaxat deos, Cœlum et Bacchum, colerent. Hæc dum præparat, vi morbi superatus, vita decessit. De ejus excessu varii varie scripserunt, multaque etiam pugnantia prodiderunt (33). Vixit annos duos supra triginta, et menses octo : quibus octo mensibus, annisque duodecim regnavit. Laudatur mirifice ab hoc scriptore Alexander, ob singularem virtutum fere omnium præstantiam, in quo septimus desinit liber, quem *Indica* excipit *Historia*, libro singulari.

[214 R] ΚΒ'.

Τοῦ αὐτοῦ τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον, ἐν λόγοις ι'.

XCII.

Ejusdem Arriani De rebus post Alexandrum gestis libri X.

Συνεγράφη δὲ αὐτῷ καὶ *Τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον* ἐν λόγοις δέκα, ἐν οἷς διαλαμβάνει τήν τε στάσιν τῆς στρατιᾶς καὶ τὴν ἀνάῤῥησιν Ἀῤῥιδαίου, ὃς ἐκ Φιλίννης τῆς Θεσσαλῆς Φιλίππῳ τῷ Ἀλεξάνδρου πατρὶ ἐγεγέννητο, ἐφ' ᾧ καὶ Ἀλέξανδρον, ὃν ἔμελλεν ἐξ Ἀλεξάνδρου τίκτειν Ῥωξάνη, συμβασιλεύειν αὐτῷ· ὃ καὶ γέγονεν εἰς φῶς ἀχθέντος τοῦ παιδός. Τὸν Ἀῤῥιδαῖον δὲ ἀνειπόντες μετωνόμασαν Φίλιππον. Διεφέρετο δὲ[57] ἐς ἀλλήλους τὸ πεζὸν καὶ τὸ ἱππικὸν, ὧν οἱ μέγιστοι τῶν ἱππέων καὶ τῶν ἡγεμόνων Περδίκκας ὁ Ὀρόντου καὶ Λεοννάτος ὁ Ἄνθους[58] καὶ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, τῶν δὲ μετ' ἐκείνους Λυσίμαχός τε ὁ Ἀγαθοκλέους καὶ Ἀριστόνους ὁ Πεισαίου καὶ Πίθων ὁ Κρατεύα[59] καὶ Σέλευκος ὁ Ἀντιόχου καὶ Εὐμένης ὁ Καρδιανός. Οὗτοι μὲν ἡγεμόνες[60] τῶν ἱππέων[61], Μελέαγρος δὲ τῶν πεζῶν. Εἶτα διαπρεσβεύονται πρὸς ἀλλήλους πολλάκις, καὶ τέλος συμβαίνουσιν οἵ τε τὸν βασιλέα ἀνειπόντες πεζοὶ καὶ οἱ τῶν ἱππέων ἡγεμόνες, ἐφ' ᾧ Ἀντίπατρον μὲν στρατηγὸν εἶναι τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην, Κρατερὸν δὲ προστάτην τῆς Ἀῤῥιδαίου βασιλείας, Περδίκκαν δὲ χιλιαρχεῖν χιλιαρχίας ἧς ἦρχεν Ἡφαιστίων (τὸ δὲ ἦν ἐπιτροπὴ τῆς ξυμπάσης[62] βασιλείας), Μελέαγρον δὲ ὕπαρχον[63] Περδίκκου. Περδίκκας δὲ τὸν στρατὸν καθᾶραι σκηψάμενος τοὺς ἐπιφανεστάτους τῆς γενομένης συνέλαβε στάσεως, καὶ συλλαβὼν ὡς ἐκ προστάξεως Ἀῤῥιδαίου αὐτοῦ παρόντος ἀνεῖλε, δέος ἐμποιήσας τῷ λοιπῷ πλήθει. Ἀναιρεῖ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ Μελέαγρον. Ἐξ ὧν Περδίκκας ὕποπτος ἐς πάντας ἦν καὶ αὐτὸς ὑπώπτευεν. Ὅμως ἐς σατραπείας[64] ἀνειπεῖν οὓς ὑπώπτευεν, ὡς Ἀῤῥιδαίου κελεύοντος, ἔγνω. Καὶ δὴ Πτολεμαῖος μὲν ὁ Λάγου Αἰγύπτου καὶ Λιβύης, καὶ ὅσα τῆς Ἀράβων γῆς ξύνορα Αἰγύπτῳ[65], ἄρχειν ἐπετάχθη, Κλεομένης δὲ ὁ ἐξ Ἀλεξάνδρου τῆς σατραπείας ταύτης ἄρχειν τεταγμένος Πτολεμαίῳ ὑπ-

69a Scripsitidem *Res post Alexandrum gestas* libris B decem, quibus militarem exercitus seditionem complectitur, electionemque ea conditione factam Arridæi (34) (quem Philippo patri Alexandri peperit Philine mulier Thessala) ut et Alexander [infans], quem Roxana Alexandro paritura erat, simul regnaret. Quod etiam evenit, edito in lucem infante. Igitur Arridæum regem renuntiantes, Philippum cognominarunt. Tumultuati vero sunt, et invicem dissenserunt pedites equitesque. In quibus et equitum, et ducum principes erant Perdiccas Orontis F. et Leonnatus Anthæi et Ptolemæus Lagi F. post hos Lysimachus Agathoclis F. et Aristonus Pisæi F. et Pithon Cratevæ F. et Seleucus Antiochi F. et Eumenes Cardianus, qui quidem equitum ductores fuere : peditum vero Meleager. Missæ dehinc variæ C utrinque legationes : tandemque convenit inter pedites, qui jam antea regem nominarant, et equitum duces, ut Antipater in Europa belli imperator esset, Craterus regni Arridæi præfectus, Perdiccas vero legionis, quam Hephæstion duxerat, Chiliarchus (quod quidem regni totius erat procurationem illi tutelamque committere), Meleager denique Perdiccæ vicarium præfectum ageret. Cum itaque postea exercitum lustrare Perdiccas simularet (35), seditionis auctores præcipuos comprehendit, comprehensosque, tanquam jubente Arridæo, ipsoque inspectante, occidit (36). Quo ex facto terror reliquos persuasit. Post paulo et Meleagrum interfecit. Hinc suspectus omnibus Perdiccas, cæteros quoque D ipse suspectos habere cœpit : quos tamen ad præfecturas nihilo secius, tanquam Arridæo jubente, provehere statuit. Et vero Ptolemæus Lagi F. Ægypto et Africæ, omnique illi Arabiæ parti quæ Ægypto adjacet, imperare jussus est. Cleomenes autem, qui

VARIÆ LECTIONES.

[56] αὐτὴν A. [57] δὲ A : γὰρ ς. [58] Ἄντους ς. [59] ὁ τοῦ Κρατέα ς. [60] μὲν οὖν ἡγ. ς. [61] ἱππέων καὶ Μελ. ς. [62] ξυμπάσης A : ὅλης ς. [63] ὕπαρχον] adde εἶναι. [64] σατραπείαν ς. [65] Αἰγύπτῳ om. pr. A.

NOTÆ.

(33) Vide Vitas parallelas nostras Aristotelis, ac Demosthenis, et Joseph. Stephanum episc. Oriol. Commentario ad cap. x Machabæorum.

(34) Dexippus sup. cod. 82 unica tantum canina littera Aridæum nominat.

(35) Καθᾶραι quasi expiare dicas. Cujus ritum notatu dignum apud Curtium legas lib. v, sub finem.

(36) Quando elephantis in conspectu exercitus objecti trecenti, omnes belluarum pedibus protriti sunt. Curt. lib. x.

Digitized by Google

ab Alexandro satrapa ibi constitutus fuerat, Ptolemæi vicarius præfectus fit. Syriæ deinde quæ huic satrapiæ subjacet, Laomedon impositus. Philotas Ciliciæ præfectus est, ut Pithon Mediæ (37). Eumenes vero Cardianus Cappadociam et Paphlagoniam, quæque Ponto adjacent Euxinio suscepit, ad usque Trapezuntem Sinopensium coloniam. Pamphylis, et Lyciis, magnæque Phrygiæ Antigonus datus. Cares **69** *b* Cassandro obvenerunt; Lydi Menandro: ut Leonnato illa Phrygia, quæ pertinet ad Hellespontum (38), quam ab ipso Alexandro Calas quidam nomine obtinebat, etsi deinde Demarcho commissa fuerit (39). Ita tunc Asia est distributa.

Per Europam vero, Thraciæ quidem et Cherroneso, gentibusque Thraciæ finitimis, usque ad mare quod Salmydessum Ponti Euxini urbem attingit, Lysimachus præfectus datur. At quæ ultra Thraciam usque ad Illyricos, Triballos, et Agrianos pertinent, ipsaque adeo Macedonia, et Epirus ad Ceraunios usque montes pertingens, cum Græcia universa Cratero, et Antipatro obvenerunt. Ita hæc divisio facta: nam plurima loca, ut ab Alexandro relicta erant, indigenis parentia præfectis, indivisa permanserunt.

Interea et Roxana prægnans parit filium, quem mox regem militaris turba renuntiavit: et seditionibus ab Alexandri excessu omnia replebantur. Etenim Antipater cum Atheniensibus, cæteraque Græcia, quam Leosthenes imperator defendebat, bellum gessit: primumque victus, et in angustias adductus, superior tandem evasit, amisso tamen Leonnato, qui suppetias Antipatro attulerat. Lysimachus quoque cum Seutha Thrace nimis audacter conflixit pro imperio. Cum paucis enim pugnans, etsi strenue se gereret, tamen confectus est. Perdiccas item cum Ariarathe Cappadociæ præfecto conseruit, quod Eumeni ibi imperare jusso non cessisset. Uno itaque hic et altero prælio superior, captum illum suspendit, Eumenemque in regnum restituit. Craterus vero Antipatro portans adversus Græciam auxiliares copias, victoriæ illius auctor, qua victi Græci, exstitit. Quamobrem utrique dicto audientes, imperata deinceps absque tergiversatione fecerunt. Et hæc quidem libris quinque complectitur.

Sextus refert Demosthenem et Hyperidem Athenienses fugisse, Aristonicum item Marathonium, et Himeræum Demetrii Phalerei fratrem, Æginamque primum venisse, ubi dum versarentur, orante Demade, capitis sententia ab Atheniensibus dam-

A ἀρχος εἶναι· τῆς δὲ ἐπὶ ταύτῃ[66] Συρίας Λαομέδων, Φιλώτας δὲ Κιλικίας καὶ Πίθων Μηδίας[67], Εὐμένης δὲ ὁ Καρδιανὸς Καππαδοκίας καὶ Παφλαγονίας, καὶ ὅσα τοῦ Πόντου τοῦ Εὐξείνου σύνορα ἔστε[68] ἐπὶ πόλιν Ἑλλάδα[69] Τραπεζοῦντα, Σινωπέων ἄποικον· Παμφύλων δὲ καὶ Λυκίων καὶ Φρυγίας τῆς μεγάλης Ἀντίγονος, Καρῶν δὲ Κάσανδρος[70], Λυδῶν δὲ Μέναν-δρος, τῆς δὲ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας Λεοννάτος, ἣν[71] ἐξ[72] Ἀλεξάνδρου μὲν Κάλας ὄνομα κατέχει[73], ἔπειτα Δήμαρχος ἐπετέτραπτο. Τὰ μὲν κατὰ[74] τὴν Ἀσίαν ὧδε ἐνεμήθη.

Τῶν δὲ κατὰ τὴν Εὐρώπην Θρᾴκης μὲν καὶ Χερ-ρονήσου, καὶ ὅσα Θρᾳξὶ σύνορα ἔθνη, ἔστε ἐπὶ θά-B λασσαν τὴν[75] ἐπὶ Σαλμυδησσὸν τοῦ Εὐξείνου Πόντου [124 H.] καθήκοντα, Λυσιμάχῳ ἡ ἀρχὴ ἐπετράπη[76]· τὰ δὲ ἐπέκεινα τῆς Θρᾴκης ὡς ἐπὶ Ἰλλυριοὺς καὶ Τριβαλλοὺς καὶ Ἀγριᾶνας, καὶ αὐτὴ Μακεδονία καὶ ἡ[77] Ἤπειρος ὡς ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ Κεραύνια ἀνήκουσα, καὶ οἱ Ἕλληνες σύμπαντες, Κρατερῷ καὶ Ἀντιπά-τρῳ ἐνεμήθη. Καὶ ἡ μὲν νέμησις οὕτως· πολλὰ δὲ καὶ ἀδιανέμητα ἔμεινεν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ἀρχόντων, ὡς ἐτάχθησαν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, ἐχόμενα.

Ἐν τούτῳ Ῥωξάνη κύει καὶ τίκτει, καὶ εἰς βασι-λέα τὸ τεχθὲν ἀνεῖπε τὸ πλῆθος. [217 R.] Στάσεων δὲ μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον πάντα ἐπληροῦτο. Καὶ πολεμεῖ Ἀντίπατρος πρός τε Ἀθηναίους καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, Λεωσθένους[78] αὐτοῖς στρατη-γοῦντος· καὶ τὰ πρῶτα ἡττώμενος καὶ εἰς ἀπορίαν C συγκλειόμενος ὕστερον ἐκράτει. Ἀλλὰ πίπτει καὶ Λεοννάτος ἐπιβοηθεῖν δοκῶν Ἀντιπάτρῳ. Καὶ Λυσί-μαχος δὲ Σεύθῃ τῷ Θρᾳκὶ πολεμῶν ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς παραβόλως (σὺν ὀλίγοις γὰρ) καὶ εὐδοκιμῶν ὅμως ἀνῃρέθη. Πολεμεῖ δὲ καὶ Περδίκκας Ἀριαράθῃ τῷ Καππαδοκίας, ὅτι Εὐμένει ἄρχειν ἐπιτεταμμένῳ τῆς ἀρχῆς οὐκ ἐξίστατο· καὶ δυσὶ νικήσας μάχαις καὶ συλλαβὼν ἐκρέμασεν, Εὐμένει τὴν ἀρχὴν ἀπο-καταστήσας. Κρατερὸς δὲ συμμαχῶν Ἀντιπάτρῳ κατὰ τῶν Ἑλλήνων αἴτιος τῆς νίκης, ἧς ἐνίκησαν αὐτούς, γέγονεν· ἐξ οὗ καὶ ἅπαντα, ἅπερ ἂν αὐ-τοῖς Κρατερὸς ἐπέταττε καὶ Ἀντίπατρος, ἀπροφα-σίστως ἐπράττετο. Καὶ ταῦτα μέχρι τοῦ πέμπτου βιβλίου.

D

Ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ διαλαμβάνει ὅπως[79] ἐξ Ἀθηνῶν οἱ ἀμφὶ Δημοσθένην καὶ Ὑπερείδην[80] ἔφυγον, Ἀρι-στόνικός[81] τε ὁ Μαραθώνιος καὶ Ἱμεραῖος[82] ὁ Δημη-τρίου τοῦ Φαληρέως ἀδελφὸς, τὰ μὲν πρῶτα εἰς Αἴγι-ναν· ἐκεῖ δὲ διαγόντων θάνατον αὐτῶν κατέγνω τὸ

VARIÆ LECTIONES.

[66] ἐπὶ ταύτῃ A : ἐπ' αὐτῇ ς. [67] Μηδείας ς. [68] ἔστε A : ἔσται ς. [69] Ἑλλάδα add. A. [70] Καρῶν καὶ Κάσ. ς. [71] ἣν] ἣν A : ὃν ς. [72] ἐξ om. A. [73] κατέχειν A. [74] μὲν οὖν κατὰ ς. [75] ἐπὶ τὴν θάλ. A. [76] ἐπετέτραπτο ς. [77] ἡ add. A. [78] Λεοσθένους A. [79] ὅπως οἱ ἐξ ς. [80] Ὑπερίδην ς. [81] Ἀριστόνεικός A. [82] Ἡμεραῖος ς.

NOTÆ

(37) Credo Cratevæ F. nam *Agenoris* F. Colonis Macedonum in Indiis præfuit.

(38) Quæ et *Phrygia minor* Justino lib. XIII, aliisque.

(39) Curtius, lib. III, initio, *Calam* hunc Paphlagoniæ, et Enetis ab Alexandro præpositum ait.

Digitized by Google

Ἀθηναίων πλῆθος εἰπόντος Δημάδου, καὶ Ἀντίπατρος εἰς ἔργον ἤγαγε τὸ ψήφισμα. Καὶ ὡς Ἀρχίας ὁ Θούριος εἰς τὸν θάνατον αὐτῶν ὑπουργήσας, ἐν ἐσχάτῃ πενίᾳ καὶ ἀτιμίᾳ κατατρίψας ἐτελεύτησε τὸν βίον. Καὶ ὡς Δημάδης οὐ πολλῷ ὕστερον ἐς [83] Μακεδονίαν ἀχθεὶς ὑπὸ Κασάνδρου ἐσφάγη, τοῦ παιδὸς ἐν τοῖς κόλποις προαποσφαγέντος· αἰτίαν δ' ἐπῆγε [84] Κάσανδρος, ὅτι τὸν αὐτοῦ πατέρα ἐξυβρίσειεν ἐν οἷς ἔγραψε Περδίκκᾳ σώζειν τοὺς Ἕλληνας ἀπὸ σαπροῦ καὶ παλαιοῦ στήμονος ἠρτημένους, οὕτω τὸν Ἀντίπατρον ἐπιχλευάζων. Δείναρχος δὲ ὁ Κορίνθιος ὁ κατήγορος ἦν. Ἀλλ' ὅ γε Δημάδης τῆς αὐτοῦ δωροδοκίας καὶ προδοσίας καὶ ἐς πάντα ἀπιστίας τὴν ἀξίαν ἀπέτισε δίκην.

A natos, quod decretum Antipater perficiendum curarit. Deinde ut Archias Thurius, qui eorum necem perpetrarat, ad extremam 70a redactus inopiam atque infamiam, vita decesserit : utque Demades non ita multo post in Macedoniam delatus, a Casandro interfectus sit, ejus primum filio in sinu et oculis parentis jugulato. Causam vero cædis Casandrum allegare, quod parentem suum Demades olim injuria affecisset, cum Perdiccæ scripsit, ut Græcos e putrido ac vetere filo pendentes servare vellet; Antipatrum nimirum his verbis irridendo. Dinarchum (40) Corinthium horum indicium fecisse, atque ita Demadem aliquando avaritiæ ac proditionis, et in re quaque perfidiæ, meritas dedisse pœnas.

Διαλαμβάνει δὲ καὶ ὡς Θίβρων ὁ Λακεδαιμόνιος Ἅρπαλον τὸν τὰ Ἀλεξάνδρου χρήματα ζῶντος ἐκείνου ἁρπάσαντα καὶ φυγόντα πρὸς τὰς Ἀθήνας, τοῦτον ἐκεῖνος ἀποκτείνας, καὶ ὅσα ὑπελείπετο [85] λαβὼν χρήματα, πρῶτα μὲν ἐπὶ Κυδωνίας [86] τῆς ἐς Κρήτην ἐστάλη, ἔνθεν δὲ ἐς [87] Κυρήνην διέβαλε μετὰ στρατιᾶς εἰς ἑξακισχιλίους συντελούσης· ἐπῆγον δὲ αὐτὸν τῶν ἐκ Κυρήνης καὶ Βαρκέων οἱ φυγάδες. Ἐν οἷς πολλαῖς μὲν μάχαις, πολλαῖς δὲ ἐπιβουλαῖς ἄλλοτε μὲν κρατῶν, ἐνίοτε δὲ ἡττώμενος, τέλος φεύγων [125 H.] ὑπὸ Λιβύων τινῶν συνωρίδας ἀγόντων συνελήφθη, καὶ παρ' Ἐπικύδην ἄγεται τὸν Ὀλύνθιον εἰς Τεύχειρα, ᾧ τὴν πόλιν ἐκείνην Ὀφελλᾶς ἐπετετρόφει, ἀνὴρ Μακεδών, ὃς ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ Λάγου ἐπὶ βοηθείᾳ τῶν Κυρηναίων ἐτύγχανε σταλείς. Οἱ δὲ Τευχειρῖται [88], Ὀφελλᾶ τὴν ἐξουσίαν δόντος, ἡκίσαντό τε τὸν Θίβρωνα καὶ εἰς τὸν τῶν Κυρηναίων ἔπεμψαν κρεμασθῆναι λιμένα. Ἔτι δὲ τῶν περὶ Κυρήνην στασιαζόντων Πτολεμαῖος ἐπελθὼν καὶ πάντα καταστησάμενος ὀπίσω ἀπέπλευσε.

B Refert etiam hæc. Thibro Lacedæmonius Harpalum (qui superstite etiamnum Alexandro opes ejus furatus, Athenas se receperat) interemit (41), et sublato quidquid illi pecuniarum reliquum erat, primum quidem in Cydoniam Cretæ urbem vovit : sed deinde in Cyrenem cum exercitu sex millium trajecit, accersitus ab Cyrenensium Barcensiumque (42) exsulibus. Apud quos dum variis pugnis, variisque insidiis, interdum vincit, interdum vincitur, in fuga tandem ab Afris quibusdam bigas agentibus comprehensus, ad Epicydem Olynthium Teuchiram adducitur (43). Huic enim urbem illam curandam commiserat Ophellas, vir Macedo, qui a Ptolemæo Lagi F. Cyrenæis auxilio missus fuerat. Teucheritæ ergo, Ophella illis permittente, Thibronem flagellis cæsum, in Cyrenensium portum de cruce suspendendum mittunt. At cum Cyrenæi nihilominus in rebellione perstarent, ipse denique Ptolemæus accessit, rebusque omnibus tranquillatis, retro domum adnavigavit.

Περδίκκας δὲ Ἀντιγόνῳ ἐπιβουλεύων εἰς δικαστήριον ἐκάλει· ὁ δὲ εἰδὼς ἐπιβουλεύεσθαι [220 R.] οὔτε ὑπήκουσε, καὶ εἰς ἔχθραν ἀλλήλοις κατέστησαν. Ἐν τούτῳ δὲ παρὰ τὸν Περδίκκαν ἐκ Μακεδονίας ἦκον Ἴόλλας τε καὶ Ἀρχίας, ἄγοντες αὐτῷ τὴν Ἀντιπάτρου παῖδα Νίκαιαν εἰς γυναῖκα. Ἀλλά γε καὶ Ὀλυμπιὰς ἡ Ἀλεξάνδρου μήτηρ ἔπεμπε παρ' αὐτὸν κατεγγυωμένη τὴν θυγατέρα Κλεοπάτραν. Καὶ ὁ μὲν Εὐμένης ὁ Καρδιανὸς συνεβούλευεν ἄγειν Κλεοπάτραν, Ἀλκέτᾳ [89] δὲ τῷ ἀδελφῷ εἰς Νίκαιαν ἔτεινεν ἡ συμβουλή· καὶ νικᾷ τὸ Νίκαιαν μᾶλλον ἀγαγεῖν. Οὐ πολὺ δὲ ὕστερον καὶ τὸ περὶ Κυνάνην πάθος συνηνέχθη, ὃ Περδίκκας τε καὶ ὁ ἀδελφὸς Ἀλκέτας διεπρά-

C

D Perdiccas insuper Antigonum insidiose in jus vocabat, verum ille, ut peti se insidiis cognovit, parere recusavit : atque hinc ortæ invicem inimicitiæ. Hoc item tempore e Macedonia Jollas (44) et Archias ad Perdiccam venerunt, adducta in uxorem illi Nicæa Antipatri filia. Quin et Olympias (45), magni Alexandri mater, mittit ad eumdem, despondetque Cleopatram filiam. Ibi Eumenes Cardianus Cleopatram ducere suadebat : Alcetæ vero fratris consilium ad Nicææ magis nuptias inclinabat, cujus item sententia pervicit. Post non diu Cynanes (46) cædes accidit, quam Perdiccas, ejusque frater Alcetas intulerunt. Hæc Cynane

VARIÆ LECTIONES.

[83] εἰς ς. [84] ἐπήνεγκε ς. [85] ἀπελίπετο ς. [86] Κυδωνίαν τὴν ἐν Κρήτῃ ς. [87] εἰς ς. [88] Τευχερῖται A. [89] Ἀλκετέᾳ et infra Ἀλκετέας ς.

NOTÆ.

(40) Vide inf. cod. 277, et Plutarch. lib. decem *Græciæ* Oratorum.

(41) Pausanias tamen in Corinthiacis a servo interfectum scripsit.

(42) A *Barce* (quæ post *Ptolemais* dicta geographis) *Barcæi* appellati Maroni, *Barcitæ* Ptolemæo, *Barcæni* Synesio. Hinc etiam *Barceus* derivatus. Vide Steph.

(43) Quæ Ptolemæo et Melæ *Arsinoe* est *Cyrenaicæ*. Hæc autem regio Plinio *Pentapolis Libyæ* dicitur.

(44) Antipatri filius, natu minimus, qui Alexandro venenum propinasse traditur ab Arriano ipso aliisque.

(45) Justin. hæc aliter paulo, astu utramque quæsitam, neutram acquisitam, lib. XII.

(46) In edito Arriano hæc *Cyna* vocatur, Athenæo *Cynna* lib. XII. Lege de ea Polyæn. sub fin. lib. VIII.

Digitized by Google

eumdem cum Alexandro patrem 70*b* Philippum habuit, sed matrem Eurydicen (47), atque Amyntæ illius uxor fuit, quem Alexander e medio sustulit, cum in Asiam, expeditione suscepta, moveret. Idem autem ille interemptus Amyntas, Perdiccæ Philippi fratris filius, Alexandri patruelis erat. Nunc itaque Cynane filiam suam Adean, quæ post Eurydices cognomen tulit, Arridæo uxorem adducebat, quam et postea duxit, ipso transigente Perdicca, quo per illas nuptias Macedonum sedaretur seditio, quæ ob sublatam Cynanem accensa, abibat in deterius. Antigonus interim in Macedoniam ad Antipatrum et Craterum profugit, sibique a Perdicca structas insidias exponit, ac tantumdem eum in omnes studiose meditari affirmat. Similiter et Cynanes infortunium tragice exaggerat. Quibus ita expositis, ad bellum ipsos contra Perdiccam gerendum inflammat.

Arridæus quoque Alexandri apud se corpus servans, repugnante Perdicca, ad Ptolemæum Lagi F. accepto corpore proficiscitur (48), a Babylone per Damascum in Ægyptum iter habens. Qui sæpenumero licet a Polemone Perdiccæ familiari impeditus, pervicit tamen, re ex animi sui sententia gesta. Interea Eumenes Perdiccæ munera Sardeis ad Cleopatram attulit : decretumque jam esse Perdiccæ, Nicæa repudiata, ejus in locum Cleopatram ducere, quod ubi innotuit (Menander Lydiæ satrapa Antigono significavit, et per eum Antipatro quoque et Cratero res publicata), eo etiam vehementius illi ad Perdiccam bello persequendum incitati sunt. Antipater itaque et Craterus e Cherroneso Hellespontum trajiciunt, trajectus custodibus clam per legatos deceptis. Mittuntur et ab his ad Eumenem ac Neoptolemum, Perdiccæ obnoxios, legati : quibus Neoptolemus quidem assentitur, Eumenes vero minime.

Hinc Eumeni suspectus esse cœpit Neoptolemus, et bellum inter se gerunt. Quo in bello viribus superante Eumene, fugit cum paucis Neoptolemus ad Antipatrum Craterumque, quibus et persuadet, ut sibi in bello adversus Eumenem socius Craterus daretur. Nec mora, prœlio utrique cum Eumene confligunt. Dedit vero operam omnem Eumenes, ut ignorarent sui Craterum adversus se belligerare : ne fama adducti, vel castris suis desertis, ad illum transirent, vel certe apud se manentes, 71*a* audaciores minus essent. Qui cum illi dolus atque astus processisset, prœlio quoque victor evasit. Ergo Neoptolemus ipsius Eumenis scribæ manu cæsus

ξαντο. Ἡ δὲ Κυνάνη Φίλιππον μὲν εἶχε πατέρα, ὃν καὶ Ἀλέξανδρος, ἐκ δὲ μητρὸς Εὐρυδίκης ἦν, γυνὴ[90] δὲ Ἀμύντου, ὃν ἔφθη Ἀλέξανδρος κτεῖναι, ὁπότε εἰς τὴν Ἀσίαν διέβαινεν. Οὗτος[91] δὲ Περδίκκου παῖς ἦν, ἀδελφὸς δὲ Φιλίππου Περδίκκας, ὡς εἶναι Ἀμύνταν τὸν ἀνῃρημένον Ἀλεξάνδρου ἀνεψιόν. Ἦγε δὲ ἡ Κυνάνη Ἀδέαν τὴν αὐτῆς θυγατέρα[92], ἥτις ὕστερον Εὐρυδίκη μετωνομάσθη, τῷ Ἀρριδαίῳ εἰς γυναῖκα· ἣν καὶ ὕστερον ἠγάγετο Περδίκκα διαπραξαμένου ἐφ' ᾧ παῦσαι τὴν Μακεδόνων στάσιν, ἥτις ἐπὶ τῷ Κυνάνης πάθει ἀναφθεῖσα ἐπὶ μέγα κακοῦ[93] προεχώρει. Ἀντίγονος δὲ ἐς Μακεδονίαν παρὰ Ἀντίπατρον καὶ Κρατερὸν ἔφυγε, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ἐπιβουλὴν, ἣν Περδίκκας ἐβούλευε, διηγήσατο, καὶ ὡς κατὰ πάντων ἡ αὐτὴ αὐτῷ μελέτη σπουδάζεται· ἀνεδίδαξέ τε καὶ τὸ τῆς Κυνάνης ἐκτραγῳδήσας πάθος. Καὶ ταῦτα διαθέμενος εἰς πόλεμον αὐτῷ τούτους κατέστησε.

Καὶ Ἀρριδαῖος δὲ ὁ τὸ[94] τοῦ Ἀλεξάνδρου σῶμα φυλάσσων, παρὰ γνώμην αὐτὸ Περδίκκου λαβὼν, πρὸς Πτολεμαῖον παραγίνεται τὸν Λάγου, ἀπὸ Βαβυλῶνος διὰ Δαμασκοῦ ἐπ' Αἴγυπτον ἐλαύνων· ὃς πολλὰ μὲν ὑπὸ Πολέμωνος τοῦ προσοικειουμένου Περδίκκᾳ κωλυθεὶς ἐνίκησεν ὅμως εἰς τὸ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἔργῳ[95] ἐξενεγκεῖν. Ἐν τούτῳ καὶ[96] Εὐμένης παρὰ Περδίκκου δῶρα πρὸς Κλεοπάτραν ἐς[97] Σάρδεις ἐκόμισε, καὶ ὅτι ἐγνωσμένον εἴη Περδίκκᾳ Νίκαιαν μὲν ἐκπέμπειν, ἀντ' ἐκείνης δὲ ταύτην ἄγεσθαι. Οὗ μηνυθέντος (Μένανδρος δὲ ὁ Λυδίας σατράπης ἐμήνυσεν[98] Ἀντιγόνῳ) καὶ δι' αὐτοῦ τοῖς περὶ Ἀντίπατρον καὶ Κρατερὸν δημοσιωθέντος, ἐπὶ μᾶλλον αὐτοῖς τὰ πρὸς Περδίκκαν ἐξεπεπολέμωτο. Περαιοῦται δὴ[99] Ἀντίπατρος καὶ Κρατερὸς ἀπὸ τῆς Χερρονήσου τὸν Ἑλλήσποντον, τοὺς τὸν πόρον φυλάσσοντας διὰ[1] πρεσβείας ὑπαγόμενοι. Πρεσβεύονται δὲ καὶ πρὸς Εὐμένη καὶ πρὸς Νεοπτόλεμον, τοὺς ὑπὸ Περδίκκᾳ[2]· καὶ [126 H.] Νεοπτόλεμος μὲν πείθεται, Εὐμένης δὲ οὐκ ἀνέχεται.

Ὑποπτεύεται Εὐμένει Νεοπτόλεμος, καὶ συγκροτεῖται πρὸς ἀλλήλους πόλεμος, καὶ νικᾷ κατὰ κράτος Εὐμένης. Φεύγει δὲ Νεοπτόλεμος παρὰ Ἀντίπατρον καὶ Κρατερὸν σὺν ὀλίγοις, καὶ πείθει τούτους ἐπὶ συμμαχίαν κατὰ Εὐμένους ἐλθεῖν αὐτῷ Κρατερόν· καὶ πολεμοῦσιν ἅμφω Εὐμένει[3]. Καὶ πάντα ποιήσας Εὐμένης ὥστε λαθεῖν τοὺς σὺν αὐτῷ Κρατερὸν αὐτῷ πολεμεῖν, ἵνα μὴ τῇ περὶ αὐτὸν ἀλόντες φήμῃ ἢ προσχωρήσωσιν αὐτῷ ἢ καὶ μένοντες ἀτολμότεροι εἶεν, καὶ κρατήσας τοῖς τεχνάσμασι, κρατεῖ καὶ τῷ πολέμῳ· καὶ πίπτει μὲν Νεοπτόλεμος τῇ αὐτοῦ Εὐμένους τοῦ γραμματέως δεξιᾷ, [221 R.] ἀνὴρ στρατιωτικὸς καὶ πολέμοις ἡριστευκώς, Κρα-

VARIÆ LECTIONES.

[90] γυνὴ A : γένει ς. [91] ὅτε ς. [92] θυγατέραν A. [93] κακὸν ς. [94] τὸ add. A. [95] ἔργῳ A : εἰς ἔργον ς. [96] καὶ A : δὲ καὶ ς. [97] εἰς ς. [98] ἐμήνυεν A. [99] δὴ A : δὲ ς. [1] φυλ. καὶ διὰ ς. [2] Περδίκκαν ς. [3] Εὐμενεῖ ς.

NOTÆ.

(47) Athenæus lib. XIII, initio ex *Audata Illyrica* susceptam *Cynanam* scripsit.

(48) Moribundus enim amicis præceperat ut corpus suum ad Ammonis ferri juberent. Memphim tamen a Ptolemæo translatum est, et inde paucis post annis Alexandriam. Curt. lib. X.

Digitized by Google

τερὸς δὲ ὑπό τινων Παφλαγόνων, ἀφειδῶς πρὸς πάντα μαχόμενος καὶ χωρῶν ὥστε γνωσθῆναι· ἀλλ' ἔφθη πεσὼν μὴ γνωσθεὶς, καίτοι καὶ τὴν καυσίαν τῆς κεφαλῆς ἀφελών. Ἡ μέντοι πεζὴ στρατιὰ σὼα πρὸς Ἀντίπατρον ἐκ τοῦ πολέμου παρεγένετο, ὃ καὶ τὸ πολὺ τῆς ἀθυμίας ἐπεκούφισε.

A cecidit, vir cætera militaris, et bello strenuus. Craterus autem in obvium quemque intrepide pugnans, atque ita incedens ut cognosci potuerit, nihilo tamen secius a Paphlagonibus quibusdam incognitus occiditur, tametsi ille maxime causiam capite dejecisset. Attamen pedestres copiæ salvæ ad Antipatrum e prœlio redierunt; quæ res animum reddidit, metumque minuit.

Παραγίνεται ἀπὸ Δαμασκοῦ Περδίκκας ἐπ' Αἴγυπτον σὺν τοῖς βασιλεῦσι καὶ τῇ δυνάμει Πτολεμαίῳ πολεμῆσαι. Κατηγορήσας δὲ Πτολεμαίου, κἀκείνου ἐπὶ τοῦ πλήθους[5] ἀπολυομένου ταξιαρχίας, καὶ δόξας μὴ δίκαια ἐπικαλεῖν, ὅμως καὶ τοῦ πλήθους οὐχ ἑκόντος πολεμεῖ. Καὶ δὶς ἡττηθεὶς, καὶ τραχὺς πρὸς τοὺς[6] παρὰ Πτολεμαίον ἐθέλοντας χωρῆσαι λίαν καταστὰς, καὶ τἄλλα[7] τῇ στρατιᾷ ὑπερογκότερον ἢ κατὰ στρατηγὸν προσφερόμενος, ὑπὸ τοῦ οἰκείου πλήθους τῶν ἱππέων ἀναιρεῖται, μαχόμενος καὶ αὐτός. Πτολεμαῖος δὲ μετὰ τὴν ἀναίρεσιν Περδίκκου πρός τε τοὺς βασιλεῖς ἐπεραιώθη τὸν Νεῖλον, καὶ ζώροις φιλοφρονησάμενος καὶ τῇ ἄλλῃ θεραπείᾳ, οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τοὺς ὅσοι ἐν τέλει Μακεδόνων. Ὁ δὲ καὶ τοῖς Περδίκκου φίλοις συναχθόμενός τε δῆλος ἐγένετο, καὶ ὅσοις τι κινδύνου ἔτι[8] ἐκ Μακεδόνων ὑπελείπετο, καὶ τούτους ἀπαλλάξαι τοῦ δέους παντὶ τρόπῳ διεσπούδασεν· ἐφ' οἷς παραυτίκα τε καὶ ἐς τὸ ἔπειτα εὐδοκιμῶν ἐγινώσκετο. Συνεδρίου δὲ κροτηθέντος ἄρχοντες μὲν τῆς πάσης δυνάμεως ἀντὶ Περδίκκου Πίθων[9] καὶ Ἀρρίδαῖος ἐν τῷ τέως ἀνερρήθησαν, τῶν δὲ περὶ Εὐμένη τε καὶ Ἀλκέταν[10] ἐς πεντήκοντα κατεγνώσθησαν, μάλιστα ἐπὶ τῇ Κρατεροῦ[11] ἀναιρέσει τῶν Μακεδόνων πρὸς αὐτοὺς ἐκπολεμωθέντων[12]. Μετεκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀντίγονος ἐκ Κύπρου, καὶ Ἀντίπατρος δὲ, ἐπιταχῦναι πρὸς τοὺς βασιλέας. Οὔπω δὲ καταλαβόντων[13] ἡ Εὐρυδίκη Πίθωνα καὶ Ἀρρίδαῖον μηδὲν ἄνευ αὐτῆς ἠξίου πράττειν. Οἱ δὲ τὰ πρῶτα μὲν οὐκ ἀντεῖπον, ἔπειτα δὲ μηδὲν αὐτὴν ἐπικοινωνεῖν τοῖς δημοσίοις ἀντέλεγον πράγμασιν· αὐτοῖς γὰρ, ἕως Ἀντίγονος καὶ Ἀντίπατρος παραγένωνται, μελήσειν περὶ πάντων. Ὧν παραγεγονότων εἰς Ἀντίπατρον ἡ δυναστεία περιίσταται. Καὶ ὁ στρατὸς αἰτεῖ τὰ παρὰ Ἀλεξάνδρου ὑποσχεθέντα αὐτοῖς ἐπὶ τῇ συστρατείᾳ[14] χρήματα, καὶ Ἀντίπατρος παραυτίκα μὲν μηδὲν ἔχειν ἀποκρίνεται [127 H] φράζειν ἀκριβὲς, ἐξετάσας δὲ τούς τε βασιλείους θησαυροὺς καὶ τοὺς ὅσοι ἀλλαχόθι που κείμενοι ὦσι, τηνικαῦτα τὸν δυνατὸν τρόπον μὴ ἂν αὐτοῖς ἐπίμεμπτος νομισθῆναι· ἐφ' ᾧ[15] οὐχ ἡδέως ἡ στρατιὰ ἤκουσεν. Εὐρυδίκης δὲ συλλαμβανούσης ταῖς κατὰ Ἀντιπάτρου διαβολαῖς τῷ ἀπὸ τοῦ πλήθους ἄχθει στάσις γίνεται. Καὶ δημηγορεῖ Εὐρυδίκη κατ' αὐτοῦ, τοῦ γραμ-

B

C

D

Perdiccas Damasco profectus, adversus Ptolemæum Lagi F. dimicaturus, in Ægyptum cum regibus (49) et copiis venit. Ptolemæum itaque cum accusasset, atque ille objecta crimina coram multitudine ita purgasset, ut injuste accusatus videretur, bellum tamen, repugnante licet militum vulgo, Perdiccas infert. Quo in bello jam iterum victus, iisque asperior factus qui ad Ptolemæum transire vellent, cætera etiam in castris superbior (50), quam imperatorem deceret, a suis ipse equitibus inter pugnandum occiditur. Ptolemæus vero, sublato Perdicca, ad reges, transmisso Nilo, proficiscitur, donisque allatis, et variis quoque obsequiis tam eos, quam cæteros Macedonum proceres, amanter complexus est. Imo et ipsorum Perdiccæ amicorum vicem dolere se palam ostendit : et quibuscunque Macedonibus periculum aliquod imminere videretur, eosdem ille omni ope ac ratione metu liberare studuit. Quo factum est, ut jam tum, atque in posterum omnium ore laudaretur. Habito dein conventu, Pithon et Arridæus copiis universis, Perdiccæ loco, præfecti renuntiati in præsens sunt, et ex Eumenis atque Alcetæ sectatoribus ad quinquaginta damnati, idque maxime ob Craterum interfectum, cum Macedones inter se mutuis prœliis dissiderent. Antigonus adhæc e Cypro evocatus, quin et Antipater, ad reges festinare jubentur. Nondum vero adventantibus illis, Eurydice (51) Pithonem et Arridæum nihil se inconsulta volebat agere. Qui a primo quidem non repugnarunt : post tamen, nihil illi commune cum republica esse responderunt : sibi, dum Antigonus et Antipater veniant, curæ rem fore publicam. Illi igitur cum accessissent, Antipatro summa rei commissa : exercitusque ab Alexandro promissa militiæ **71** *b* præmia poscit. Antipater, cum in præsentia nihil haberet, æquum postulare respondit : at mox, ut nec justam eorum indignationem incurrere possit, quoad ejus fieri poterit exploraturum thesauros regios, quæque alibi recondita essent : quæ certe ipsius oratio jucunda parum fuit exercitui. Quare cum Eurydice quoque criminationes adversus Antipatrum fove-

VARIÆ LECTIONES.

[4] τὸ add. A. [5] τὸ πλῆθος ς. [6] πρὸς τοὺς — ἐθέλοντας A : τοῖς — θελήσασι ς. [7] τὰ ἄλλα ς. [8] ἔτι A : αἴτιον ς. [9] Πείθων pr. A. Πύθων corr. : καὶ Πίθων ς. [10] Ἀλκιτέα ς. [11] Κρατεροῦ ἀναιρέσει A : τοῦ Κρατεροῦ ς. [12] ἐκπολεμηθέντων ς. [13] καταλαβόντος A. [14] στρατείᾳ. [15] ὧν ς.

NOTÆ.

(49) Arridæo, et Alexandro puero, Roxanes F.

(50) Justin. lib. XIII : « Perdiccæ plus odium arrogantiæ, quam vires hostium nocebant, quam exosi etiam socii ad Antipatrum gregatim profugiebant. »

(51) Arridæi conjux, prius *Adea* dicta, Cynanes filia, sup. Quæ viri valetudine abutens, ejus sibi officia vindicabat. Justin. lib. XIV.

Digitized by Google

ret, plebe indignante, seditio cooritur. Quo tempore et ipsa in eum concionatur, Asclepiodoro scriba sermonem ejus referente, et præter eam item Attalus. Plane ut vix cædi ereptus Antipater sit, patrocinatis apud inconditam plebem Antigono et Seleuco, quorum advocationem Antipater postularat : qui et ipsi propterea non parum de vita periclitati sunt. Morti ergo ereptus Antipater ad suum se recepit exercitum, et equitum præfecti dein evocati convenerunt, vixque tandem seditioni fine dato, Antipatrum rursum, ut antea, summæ præesse rei jubent.

Ibi et ab ipso Asiæ facta divisio est, qua priorem illam partim ratam habuit, partim, ubi temporum necessitas exigeret, innovavit. Nam Ægyptum quidem et Libyam, vastamque ultra Africam, et quidquid præterea bello partum ad occidentem solem jacet, Ptolemæi esse pronuntiat. Laomedonti vero Mitylenæo Syriam assignat. Philoxenus (52) Ciliciam, quam antea provinciam sortitus erat, retinuit. Jam inter superiores satrapias, Mesopotamiam et Arbelum Amphimacho regis fratri attribuit : Seleucus vero Babyloniæ præficitur. Antigeni, qui primus Perdiccam invaserat, et Macedonum Argyraspidarum (53) ductor erat, præfectura totius Susianæ data. In Perside Peucestes confirmatur. Carmaniæ Tlepolemus præponitur, ut Mediæ usque ad Caspias portas Pithon. Philippus Parthis : Ariis vero et Drangenorum regioni, Stasander præfectus venit. Bactrianæ et Sogdianæ Stasamor Soliensis, Arachotarum vero Sibyrtius evenit. Oxyartæ, Roxanes patri, Parapamisadæ dantur : Indorum autem ea ora, quæ Parapamisadis adjacet, Pithoni Agenoris F. tributa. De proximis deinde satrapiis ea quæ ad Indum flumen est, et Patala urbs, quæ in illa India est maxima, 72a Porro regi cessit : at quæ ad Hydaspen flumen pertinet, Taxilæ item Indo, attribuitur, quando non facile esset ipsos dimovere, qui ab Alexandro ipso in imperio constituti, magnam satis potentiam nacti essent. Adhæc qui a Tauro monte ad Boream vergebant, Cappadocas Nicanori attribuit : Magnam vero Phrygiam, Lycaoniam, Pamphyliam, et Lyciam, ut antea, Antigonus retinuit. Cariam Asander (54) accepit. Lydia Clito data, ut Arridæo ea, quæ ad Hellespontum jacet, Phrygia. Pecuniæ Susis colligendæ Antigenes præficitur; cui et e Macedonibus, qui maxime tumultuati fuerant, ad tria millia traditi. Corporis præterea regii custodes ac

A ματέως Ἀσκληπιοδώρου ὑπηρετησαμένου τῷ λόγῳ· καὶ Ἄτταλος δέ. Καὶ ῥύεται μόλις Ἀντίπατρος τῆς σφαγῆς, Ἀντιγόνου καὶ Σελεύκου τῇ παρακλήσει Ἀντιπάτρου ἀντιδημηγορησάντων ἐν τῷ πλήθει· οἳ καὶ αὐτοὶ διὰ τοῦτο ἐγγὺς ἐγένοντο τοῦ κινδύνου. Ῥυσθεὶς δὲ Ἀντίπατρος τοῦ θανάτου πρὸς τὸ οἰκεῖον ὑπεχώρησε στρατόπεδον. Καὶ οἱ ἵππαρχοι Ἀντιπάτρου καλοῦντος πρὸς αὐτὸν ἦκον, καὶ μόλις τῆς στάσεως πεπαυμένης [224 R.] Ἀντίπατρον πάλιν, ὡς καὶ πρόσθεν, ἄρχειν εἵλοντο.

Καὶ ποιεῖται νέμησιν καὶ αὐτὸς τῆς Ἀσίας, τὰ μὲν τῆς προτέρας νεμήσεως ἐπικυρῶν, τὰ δὲ τοῦ καιροῦ βιαζομένου νεωτερίζων. Αἴγυπτον μὲν γὰρ καὶ Λι-
B βύην καὶ τὴν ἐπέκεινα ταύτης τὴν πολλὴν, καὶ ὅτιπερ ἂν πρὸς τούτοις δόριον[16] ἐπικτήσηται πρὸς δυομένου ἡλίου, Πτολεμαίου εἶναι, Λαομέδοντι δὲ τῷ Μιτυληναίῳ Συρίαν ἐπιτετράφθαι. Φιλόξενον δὲ ἐπὶ Κιλικίας ἔταξεν, ἣν καὶ πρῶτον εἶχεν. Τῶν δὲ ἄνω σατραπειῶν[17] τὴν μὲν μέσην τῶν ποταμῶν γῆν καὶ τὴν Ἀρβηλίτιν Ἀμφιμάχῳ τῷ τοῦ βασιλέως ἀδελφῷ ἔνειμε, Σελεύκῳ δὲ τὴν Βαβυλωνίαν προσέθηκεν. Ἀντιγένει δὲ τῷ πρώτῳ μὲν ἐπιθεμένῳ Περδίκκᾳ, τῶν δὲ ἀργυρασπίδων Μακεδόνων ἡγουμένῳ, τῆς Σουσιανῆς συμπάσης ἄρχειν· Πευκέστᾳ δὲ ἐβεβαίου τὴν Περσίδα· Καρμανίαν δὲ Τληπολέμῳ ἔνειμε, καὶ Μηδίαν
C Πίθωνι ἔστ' ἐπὶ πύλας τὰς Κασπίους[18], Φιλίππῳ δὲ τὴν Παρθυαίων γῆν· Ἀρείων δὲ καὶ τῆς Δραγγηνῶν χώρας Στάσανδρον καθίστη ἡγεμόνα, τῆς δὲ Βακτριανῆς καὶ Σογδιανῆς Στασάνορα τὸν Σόλιον, Ἀραχώτων δὲ Σιβύρτιον· καὶ Παραπαμισάδας[19] Ὀξυάρτῃ τῷ Ῥωξάνης πατρὶ, τῆς δὲ Ἰνδῶν γῆς τὰ μὲν σύνορα Παραπαμισάδαις Πίθωνι τῷ Ἀγήνορος, τὰς δὲ ἐχομένας σατραπείας, τὴν μὲν παρὰ[20] τὸν Ἰνδὸν[21] ποταμὸν καὶ Πάταλα τῶν ἐκείνῃ[22] Ἰνδῶν πόλεων τὴν μεγίστην Πώρῳ τῷ βασιλεῖ ἐπεχώρησε[23], τὴν δὲ παρὰ τὸν Ὑδάσπην ποταμὸν Ταξίλῃ, καὶ τούτῳ Ἰνδῷ, ἐπεὶ μηδὲ ῥᾴδιον μετακινῆσαι αὐτοὺς ἐξ Ἀλεξάνδρου τε
A Callitropa (3), pronaucleri cujusdam vidua, iniquæ exigebantur multæ. Paulacius vero **81***b* Alexandriæ Augustalis his exprimendis, quæ nummorum quingentorum summam conficiebant, miseram exercebat. Confugit hæc ad Augustam, quæ a Paulacio auri libras centum multæ nomine exegit : e quibus tamen misere huic afflictæ mulierculæ sex tantum et triginta nummi cesserunt. Illa igitur velut in communem tempestate jactatorum portum, ad magnum se recepit Joannem : qui mox dicam Paulacio scripsit de quingentis viduæ aureis persolvendis. Eudoxia hinc simultatem cum Joanne suscepit, liberum dimitti Paulacium satagens; neque tamen ei mos geritur, sed justa nihilominus postulans justus præsul, quod per nefas ille retinuerat, injuria affectæ mulieri restituit. Qua in re et miraculum accidit. Extrahere enim Paulacium dum studet Eudoxia, vel invito Joanne, ecce tibi hastam ferens angelus apparuit, qui missos ab Augusta satellites terrore percellens (4), ne mandata illi persequerentur, effecit. Ex his ergo atque similibus [præclaris beati Joannis facinoribus] Acacius Berrhœæ, Theophilus, Antiochus, et Severianus, adjuvante maxime atque præeunte Eudoxia, improba illa in Joannem consilia moliri cœperunt : subsecutis confestim et aliis multis, quibus ille suis increpationibus molestus fuerat.

Theophilus (5) Petrum Alexandriæ archipresbyterum hoc nomine accusavit, quod Manichææ mulieri eucharistiam tradidisset. Hic vero pro sui defensione afferebat, et conversam illam esse, et nonnisi ejus jussu mysteriorum participem factam. Qua in re fidei testem laudavit Isidorum presbyterum, advenis Alexandriæ recipiendis præfectum. Hic ille est, quem ob virtutem Theophilus antea ad Damasum miserat, quique Flaviano (6) amicitiam Roma societatemque attulerat, cum jam vicesimum annum utraque Ecclesia ab altera dissideret. Hic, inquam, Isidorus secundum Petrum testimonium dixit. Quare Theophilus ira incensus, Petrum extemplo Ecclesia submovit, in Isidorum vero illum admirandum virum, quas impudicitiæ plenas finxerat tabulas, protulit, et puerum accusatorem pretio subornavit. Quod ubi facinus deprehensum est, magis etiam iracundia Theophilus excanduit : etsi illa quoque alia ex causa accensa est. Mille enim nummos, quos inopibus distribuendos Theodota tribuerat, Isidorus acceperat et distribuerat, nihil

ματα διὰ τὴν ῥητορείαν αὐτοῦ συλλεξάμενον καὶ αὐτὸς παραγίνεται, διδάσκειν δὲ αὐτὸν ἀπείρων εἰς Ἔφεσον ὁ μέγας Ἰωάννης ἀντ' αὐτοῦ ἐπ' Ἐκκλησίας [73] ἐπιτρέπει, ἐξ οὗ καὶ τῷ βασιλεῖ καὶ πᾶσι γνώριμος γίνεται.

Ὅτι Καλλιτρόπη ἡ χήρα γυνή τινος προναυκλήρου ζημίας εἰσπράττεται παραλόγους. Παυλάκιος δ' ἦν ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας αὐγουστάλιος ὁ ταῖς ζημίαις ἐκτρίβων τὸ γύναιον, εἰς πεντακόσια δὲ νομίσματα ἐκεφαλαιοῦτο ἡ ζημία. Καὶ καταφεύγει αὕτη πρὸς τὴν βασίλισσαν, καὶ ἀπαιτεῖται ὁ Παυλάκιος χρυσίου λίτρας ἑκατόν· τὸ δὲ ἐκτετρυχωμένον γύναιον, λαμβάνει μόνα λς' νομίσματα. Προστρέχει τοίνυν τῷ κοινῷ τῶν χειμαζομένων λιμένι, τῷ μεγάλῳ Ἰωάννῃ. Ἄγεται παρ' αὐτοῦ ὁ Παυλάκιος ἀπαιτούμενος τὰ πεντακόσια τῆς χήρας νομίσματα. Γίνεται πρὸς αὐτὸν ἡ Εὐδοξία δι' ἔχθρας, ἀνεθῆναι τὸν Παυλάκιον σπεύδουσα καὶ οὐχ ὑπακουομένη. Ὅμως ἀπαιτήσας ὁ δίκαιος δίδωσι τὸ ἀδίκημα τῇ ἠδικημένῃ. Ἐν ᾧ καὶ θαῦμα γίνεται· ἀποσπάσαι γὰρ πέμπει [74] ἡ Εὐδοξία τὸν Παυλάκιον καὶ ἄκοντος Ἰωάννου, ἄγγελος δὲ λογχοφόρος φανεὶς καὶ φοβήσας τοὺς ἀποσταλέντας ἀπράκτους ἐποίησεν [75]. Ἐκ δὲ τούτων καὶ τοιούτων Ἀκάκιος ὁ Βεροίας [76] καὶ Θεόφιλος καὶ Ἀντίοχος καὶ Σεβηριανὸς συλλαμβανομένης Εὐδοξίας καὶ προκαταρχομένης σκευωροῦσι [77] τὰ κατὰ τὸν Ἰωάννην, πολλῶν καὶ ἄλλων συνεπομένων, οὓς ἐλέγχων ἐλύπει.

Ὅτι Θεόφιλος Πέτρον τὸν πρωτοπρεσβύτερον Ἀλεξανδρείας ἐν αἰτίᾳ ἐποιεῖτο ὡς γυναικὶ Μανιχαΐᾳ [78] τῶν μυστηρίων μεταδόντα· ὁ δὲ ἀπελογεῖτο [143 H.] καὶ μετατεθεῖσθαι αὐτὴν καὶ τῇ ἐκείνου ἐπιτροπῇ τῶν μυστηρίων αὐτὴν ἀξιῶσαι, καὶ παρῆγε τοῦ λόγου μάρτυρα Ἰσίδωρον τὸν πρεσβύτερον καὶ ξενοδόχον τῆς Ἀλεξανδρείας. Οὗτός ἐστιν ὁ διὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν παρὰ Θεοφίλου [πάλαι [79]] πρὸς Δαμασὸν σταλείς, καὶ κομίσας ἀπὸ Ῥώμης Φλαβιανῷ τὴν ἀποδοχὴν καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν κοινωνίαν, ἐπὶ ἔτεσιν εἴκοσι διαφερομένων τῶν δύο Ἐκκλησιῶν πρὸς ἀλλήλας. Ὁ δὲ Ἰσίδωρος ἐμαρτύρει Πέτρῳ, καὶ ὠργίζετο ὁ Θεόφιλος. Καὶ τὸν μὲν Πέτρον αὐτίκα τῆς Ἐκκλησίας διώκει, κατὰ Ἰσιδώρου δὲ τοῦ θαυμασίου χάρτην ἀσελγείας συμπλάσας προκομίζει καὶ παῖδα κατήγορον μισθοῦται. Καὶ τοῦ δράματος ἐλεγχθέντος εἰς πλείονα κακίαν ἐκκαίεται ὁ Θεόφιλος. Συνῆπτε [80] δὲ αὐτοῦ τὸ πάθος, ὅτι χρήματα [81] λαβὼν μέχρι χιλίων νομισμάτων πτωχοῖς διανείμαι (Θεοδότη δ' ἦν ἡ παρασχομένη) οὕτω καὶ ἐποίησε, μηδὲν τούτων Θεοφίλῳ προσαναθέμενος. Φεύγει οὖν διὰ τὴν

VARIÆ LECTIONES.

[73] Ἐκκλησίαν ς. [74] πέμπει A : σπεύδει ς. [75] ἐποίει ς. [76] Βερόλας ς. [77] σκαιωροῦσι ς [78] γυναῖκα μανιχαίαν A. [79] πάλαι om. A, habet C. [80] συνανῆπται ς. [81] ὅτι καὶ χρήματα ς.

NOTÆ.

(3) Hoc nomine Theognosti vidua, de qua hic inf., sed contra Palladii et Metaphr. auctoritatem, cum quibus Noster quoque sentit.

(4) Duos centuriones cum suis cohortibus addit Leo August. in *Vita B. Chrysost*

(5) Narrat hæc Nicephor. cap. 9 et 10.

(6) Antiocheno patriarchæ.

Digitized by Google

ἐπικειμένην ὀργὴν ἐπὶ τὸ τῆς Νιτρίας ὄρος, ἐν ᾧ καὶ πρὶν κελλίῳ ἡσύχαζε. Τῶν δὲ τῆς Αἰγύπτου μοναστηρίων Διόσκορος ἡγοῦντο καὶ Ἀμμώνιος καὶ Εὐθύμιος καὶ Εὐσέβιος ἀδελφοί, οὓς ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος ἀναδρομῆς *Μακρούς* ἐκάλουν. Συνέβη δὲ τότε τὸ κατὰ τῶν Ἀνθρωπομορφιτῶν ἐκραγῆναι φιλονείκημα [82]. Καὶ στασιαζόντων τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον [261 R.] μοναχῶν, ἀγραμμάτων ὄντων καὶ ἀγροίκων τῶν πολλῶν, ὁ Θεόφιλος, ἐπεὶ ἐπέστησαν αὐτῷ, δεδοικὼς, ὡς ἐδόκει, κατασοφίζεται, καί φησι πρὸς αὐτούς· *Εἶδον τὰ πρόσωπα ὑμῶν ὡς πρόσωπον Θεοῦ*. Τῶν δὲ καὶ Ὠριγένην, ὡς ἀσχημάτιστον τὸ θεῖον λέγοντα, ἀναθεματισθῆναι προσεπιζητούντων ὑπέσχετο ποιήσειν [83] καὶ τοῦτο, καὶ διέφυγε τὸν θάνατον. Ταύτης δραξάμενος κατὰ τῶν μακρῶν τῆς προφάσεως (οὐ γὰρ ἐβούλοντο ἔτι, ὥσπερ πρότερον, αὐτῷ συνδιαιτᾶσθαι· οὗτοι δὲ τὸ θεῖον ἀσχημάτιστον, ὡς ὁ ὀρθὸς λόγος, ἐπρέσβευον) διαβάλλει τούτους πρὸς τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ μοναχοὺς, καὶ κινεῖ κατ' αὐτῶν τὸ ἀγελαῖον ἐκεῖνο [84] πλῆθος, ἔτι δὲ καὶ κατὰ τοῦ προειρημένου Ἰσιδώρου, δι' ὃν μᾶλλον καὶ πρὸς ἐκείνους ἐξυπεπολέμωτο. Τέλος μετὰ πολλὰς κακώσεις καὶ ἐπιβουλὰς, καὶ μετὰ τὸν ἐμπρησμὸν τὸν ἐκκαέντα κατὰ τῶν κελλίων αὐτῶν, φεύγουσιν ἐκεῖθεν εἰς Κωνσταντινούπολιν. Ὁ δὲ συμπαθέστατος Ἰωάννης ὑποδέχεται μὲν αὐτοὺς καὶ ἄλλως φιλοφρονεῖται, οὐ μεταδίδωσι δὲ διὰ Θεόφιλον κοινωνίας. Γράφει δὲ αὐτῷ καὶ ἐπιστολὴν, πρὸς εἰρήνην συμβιβάζων· ὁ δὲ παρακρούεται. Ἐπιδιδοῦσιν οἱ [85] μακροὶ κατὰ Θεοφίλου λιβέλλους. Πείθει καὶ ἐκεῖνός τινας κατ' αὐτῶν ἐπιδιδόναι· ἀλλ' ὕστερον μὲν οὗτοι μηδὲν ἀποδεικνύντες ἐφυλακίσθησαν, καὶ μαστιχθέντες [86] ἱκανῶς οἱ μὲν τῇ φυλακῇ ἐναπέθανον, οἱ δὲ τὴν Προκόννησον [87] οἰκεῖν ἐξορίᾳ κατεδικάσθησαν. Ὁ δὲ Ἰωάννης δηλοῖ Θεοφίλῳ περὶ τῶν κατ' αὐτοῦ λιβέλλων· καὶ γράφει Θεόφιλος ὀργιζόμενος· « Οἶμαι μὴ ἀγνοεῖν σε τὸ διάταγμα τῶν ἐν Νικαίᾳ κανόνων, ὅπως θεσπίζουσιν ἐπίσκοπον [144 H.] ὑπερόριον μὴ κρίνειν δίκην. Εἰ δὲ ἀγνοεῖς, μαθὼν ἀπόσχου τῶν καθ' ἡμῶν λιβέλλων. » Ἀλλὰ τότε ταῦτα [88] γράφων Θεόφιλος [89] ὕστερον αὐτὸς ὑπερόριον τὴν κατ' ἐκείνου ἔκρινε δίκην. Οἱ δὲ μοναχοὶ τῶν κατὰ Θεοφίλου λιβέλλων οὐκ ἀφίσταντο, καὶ ὁρίζεται παρὰ βασιλέως Θεόφιλος ἐπὶ τὴν δίκην ἐλθεῖν. Ὁ δὲ φθόνος κρατήσας ἐπὶ τὴν δίκην αὐτὴν Ἰωάννου καθίζει παραγεγονότα.

horum Theophilo conscio. Secessit igitur devitandæ iracundiæ in montem Nitriæ, quietemque inibi in solita cella quæsivit: cum eo tempore monasteriorum per Ægyptum præfecti essent Dioscorus, 82*a* Ammonius, Euthymius, et Eusebius germani fratres, quos a corporum proceritate *Longos* appellabant. Gliscebat ea tempestate contentio cum Anthropomorphitis hæreticis. Versis autem ex eo in seditionem, turbasque per Ægyptum concitantibus monachis aliquot indoctis et agrestibus, Theophilus, ab his circumsessus, præ metu, ut apparet, hujusmodi eos sophismate delusit: *Sic vestras*, inquit, *facies vidi, ut faciem Dei*. At cum hi præterea ab ipso postularent, ut Origenes quoque, quod is humana Deum forma carere assereret, anathemate damnaretur; facturum se recepit, sicque mortem devitavit. Hac igitur ille arrepta occasione adversus Longos fratres (qui jam recusabant diutius ejus uti contubernio, quod Deo, ut res est, formam esse humanam tribuendam negarent), apud Ægypti monachos, per calumniam eos traduxit, et imperitam illam multitudinem cum in illos concitavit, tum in Isidorum, quem diximus: cujus etiam nomine cum illis libentius certare cœperat. Post multas ergo illatas injurias structasque insidias, post ignem quoque injectum ipsorum cellis, fuga sibi denique consulentes, Constantinopolim veniunt. Ibi Joannes ille benignissimus excepit quidem illos fratres, humaniterque complexus est; propter Theophilum tamen in communionem minime admisit, sed eum per epistolam ad concordiam invitavit. Ille nihil audit. Longi interim fratres Theophilum oblatis libellis accusabant: et suasit hic vicissim quibusdam (7), ut illos acusarent. Tandem cum nihil hi probare adversus Longos possent, in custodiam missi, flagellisque graviter cæsi, partim in vinculis mortui sunt, partim in insulam Præconesum deportari jubentur. Joannes hinc Theophilum de oblatis adversus eum accusationis libellis certiorem facit. Ad quæ bile accensus ille: « Arbitror, inquit, non ignorare te Nicæni concilii canones, iisque prohiberi, ne episcopus de peregrino, alteriusque diœcesis judicium exerceat. Si ignoras, disce, atque ab accusationis meæ libellis abstineto. » Verum qui hæc tunc Theophilus scripsit, post ipsemet alienæ diœcesis hunc ipsum Joannem, suo judicio condemnavit. Monachis deinde ab accusando Theophilo minime cessantibus, decrevit imperator, ut Theophilus judicio sisteretur. At invidia interim nimium invalescens, illum ipsum, ubi advenit, qui de Joanne sententiam ferret, judicem constituit.

Ὅτι Θεογνώστου συγκλητικοῦ δημευθέντος καὶ κατὰ τὴν ἐξορίαν τελευτήσαντος ἡ γυνὴ τὸν ὑπολειφθέντα [90] αὐτῇ ἀγρὸν ὑπὸ τῆς βασιλίδος ἀφαιρεῖται. Ἡ δὲ ἐπὶ τὸν τῶν χηρῶν καταφεύγει πρόμα-

Theognosti senatoris proscripti et in exsilium mortui uxor (8), agrum sibi 82*b* relictum habebat, quem Eudoxia invitæ eripuit. Illa igitur ad viduarum propugnatorem Joannem se recepit: qui pro

VARIÆ LECTIONES.

[82] φιλονίκημα ς. [83] ποιῆσαι ς. [84] ἐκεῖνος ς. [85] οἱ] δὲ οἱ ς. [86] μαστιγωθέντες ς. [87] Προικόνησον ς. [88] ταῦτα] μετὰ ταῦτα ς. [89] Θεόφ. ὁ Θεόφ. ς. [90] ὑπολῃφθέντα ς.

NOTÆ.

(7) Monachis ex Pallad.

(8) Callitropam vocat Niceph. cap. 14, non recte, ut indicatum supr. pag. præced.

Digitized by Google

vidua libere multa perorans, adeo nihil profecit, ut etiam Augustam in sui odium concitarit. Quare mandatum dedit, ut cum festo die Exaltationis [sanctæ crucis], qui in decimum quartum Septembris incidit, in templum iniqua imperatrix ventura esset, portæ illi clauderentur. Conficitur præsulis mandatum, et pudore suffusa, iraque incensa Augusta, domum revertit ; exindeque hæc sancti viri e sede depulsionem, exsilium, aliaque adversa, quæ indignatio suggerebat, machinari cœpit. At vero dum ad templum illa progressa fores sibi obseratas offendit, de comitatu ejus quidam gladium in claudentes stringens, manum sibi subito exaruisse sensit, qui tamen post sancti viri genibus accidens, sanitatem recuperavit.

Magnus quoque Epiphanius (9), quem Theophilus callide deceptum in Joannem incitarat, Constantinopolim veniens, ecclesiasticum quibusdam suis factis ordinem turbavit. Diaconum namque in Septimo (sic enim locus templi Sancti Joannis appellatur) contra canonem ordinarat, deindeque sine bona Chrysostomi venia rem divinam fecerat, et Origenis scripta ab eo damnari postularat. Refert vero hunc scriptor noster (quod et in Epiphanii Vita legitur), minime consensisse, ut quibusdam placuit, in Chrysostomi expulsionem, licet ab ipsa Augusta eo adigeretur. Meminit idem de pronuntiatis invicem vaticiniis (10) : quibus significabatur neutrum ipsorum visurum aliquando thronum suum. Accidit præterea, priusquam condemnaretur Joannes, ut cognito indignari sibi Eudoxiam, bene longam haberet in malas feminas orationem. Hanc plebs rapiens, in Augustam pronuntiatam interpretabatur. Mox igitur ut Theophilus Constantinopolim advenit, apparatæ in magnam athletam Joannem machinationes procedunt. Cumque synodo nunquam interfuisset, Theophilus tamen cum suis decretum in eum tulit, frustra inclamante ipso, ac publice testificante, paratum esse, et ad synodum venire, et ad objecta respondere, modo manifestos ipsius hostes concilio subducerent. Aderant tum Joanni quadraginta adhuc episcopi, adversus Theophilum parati pro ipso pugnare : quos ille quiritantes, cum lacrymis obtestando sedabat, atque hortabatur Ecclesias ne discinderent. Sede ita pulsus, in Bospori Hieron (11) ablegatur. At cum deinde terra divinitus concuteretur **83***a* (12) Constantinopolim iterum reducitur, sedique restituitur invitus. Pastoχον. Ὁ δὲ πολλὰ παῤῥησιασάμενος ὑπὲρ τῆς χήρας οὐδὲν ἤνυσεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἔχθραν ἐκίνησε τὴν βασιλίδα. Προστάσσει δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ὑψώσεως (τεσσαρεσκαιδεκάτη ἐστὶν αὕτη [91] τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς), ἐπειδὰν ἡ ἄδικος βασιλὶς προσέρχεσθαι μέλλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀποκλεισθῆναι κατ' αὐτῆς τὰς πύλας. Καὶ πληροῦται τὸ πρόσταγμα, καὶ κατῃσχυμμένη καὶ περιωργισμένη ἀποπέμπεται ἡ βασιλίς · καὶ ἤδη ἡ κατὰ τοῦ ἁγίου καθαίρεσις συνεκροτεῖτο παρ' αὐτῆς καὶ ἡ ἐξορία, καὶ εἴ τι ἄλλο δεινὸν ὁ θυμὸς ἐπέτρεπεν. Ὅτε δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ προσιοῦσα τὰς πύλας κατ' αὐτῆς ἀποκλεισθείσας [92] ἐδέξατο, τότε τις τῶν σὺν αὐτῇ ξίφος κατὰ τῶν ἀποκλειόντων ἐνέτεινε, καὶ ἐξηράνθη τὴν χεῖρα· ὕστερον δὲ προσπεσὼν τῷ θαυμασίῳ Ἰωάννῃ ὑγιὴς γέγονεν.

[264 R.] Ὅτι ὁ Ἐπιφάνιος ὁ μέγας, ὃν ὁ Θεόφιλος κατὰ Ἰωάννου ἐξηπάτησε, παραγενόμενος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀταξίας ἐποίησε · διάκονον γὰρ ἐν τῷ ἑβδόμῳ [93] (οὕτω καλεῖται ὁ τόπος) τῇ [94] τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐκκλησίᾳ παρὰ τὸν κανόνα ἐχειροτόνησε, καὶ χωρὶς τῆς [95] τοῦ Χρυσοστόμου γνώμης ἐλειτούργει, καὶ ἀπῄτει [96] αὐτὸν τὰ Ὠριγένους ἀναθεματίσαι. Φησὶ δὲ αὐτὸν ὁ συγγραφεὺς (ὥσπερ καὶ ὁ βίος αὐτοῦ λέγει), μὴ συνευδοκῆσαι, καθὼς ἑτέροις ἔδοξε λέγειν, ἐπὶ τῇ τοῦ Χρυσοστόμου καθαιρέσει, καίτοι τῆς βασιλίδος ἐκβιαζομένης. Μνημονεύει δ' οὖν ὅμως καὶ οὗτος τῶν ἀμοιβαίων ἀλλήλοις προφητειῶν, ἐν αἷς ἐδηλοῦτο μηδέτερον ἔτι [97] τὸν οἰκεῖον ὄψεσθαι θρόνον. Πρὸ δὴ τῆς αὐτοῦ καταδίκης πυνθανόμενος ὀργῇν τὴν Εὐδοξίαν, λόγον διεξέρχεται μακρὸν κατὰ γυναικῶν, καὶ τὸ πλῆθος ἥρπασε τὸ ῥηθὲν ἐκλαμβάνοντες εἰς τὴν βασιλίδα. Καὶ τοῦ Θεοφίλου παραγεγονότος ἀρτύεται τὰ κατὰ τοῦ μεγάλου ἀθλητοῦ. Καὶ μὴ παρουσιάσαντος αὐτοῦ τῇ συνόδῳ τὴν ψῆφον οἱ περὶ Θεόφιλον ἤνεγκαν, καίτοι βοῶντος αὐτοῦ καὶ διαμαρτυρομένου ἕτοιμον [98] εἶναι καὶ παραγενέσθαι καὶ ἀπολογεῖσθαι, εἰ τοὺς προφανεῖς ἐχθροὺς τοῦ συνεδρίου ἐκστήσωσι [99]. Συνῆσαν δὲ αὐτῷ τεσσαράκοντα ἐπίσκοποι οἱ [1] καὶ τοῖς περὶ Θεόφιλον ἀπεμάχοντο · ὁ δὲ τούτους ποτνιωμένους παρεμυθεῖτο, καὶ παρῄνει τῆς [145 H.] Ἐκκλησίας μὴ σχίζεσθαι. Καθαιρεθεὶς δὲ ἐκπέμπεται εἰς τὸ τοῦ Βοσπόρου ἱερόν. Καὶ σεισμοῦ θεηλάτου γενομένου πάλιν ἐπὶ τὴν πόλιν κατάγεται, καὶ ἄκων εἰς τὸν θρόνον ἀνάγεται · οὐ γὰρ ἔφασκεν ἐθέλειν τῆς ποιμαντικῆς ἀρχῆς ἀπάρχεσθαι πρὶν ἂν εἰς ἐξέτασιν αὐτοῦ τὴν ἄδικον προτεθῆναι κρίσιν. Τῆς δὲ Εὐδοξίας μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀναφλεχθείσης, ὅτι ἐπετίμα αὐτῇ μετὰ

VARIÆ LECTIONES.

[91] αὕτη om. A. [92] ἀποκλειούσας A. [93] ἐκδόμῳ ς. post οὕτω cum A omisi γάρ. [94] τῆς — ἐκκλησίας ς. [95] τῆς add. A. [96] κἀπῄτει ς. [97] ἔτι A: αὐτῶν ς. [98] ἑτοίμου corr. A. [99] ἐκστήσουσι ς. [1] οἱ add. A.

NOTÆ.

(9) Niceph. *De Epiphanio*, cap. 13.

(10) Quæ et Sozomenus commemorat lib. VIII, cap. 15.

(11) Ἱερὸν στόμα, quasi *sacrum os* sive *ostium*, ut Cassiod. vertit. Oppidum ei, statio navium in ostio Ponti Theodoreto, lib. V, cap. 34 ; et Niceph. cap. 16. Unde profectus, ut Pallad. ait, « agellos ad Bithyniæ Prænetum occupat. »

(12) Et cubilis ex eo imperatorii pars corruisset, ut est auctor Leo imper. in *Vita Chrysost.*

Digitized by Google

πολλῆς [2] παῤῥησίας διὰ τὸν ἀνδριάντα, ὃς πλησίον τῆς ἐκκλησίας αὐτῇ ἀνεγήγερτο (θόρυβος γὰρ ἐκεῖθεν πολὺς τῇ ἐκκλησίᾳ ἐτίκτετο), πάλιν τὰ κατὰ τὸν μέγαν Ἰωάννην συσκευάζεται. Ὁ δὲ Θεόφιλος ταύτῃ ἐρμαίῳ [3] τῇ πράξει περιτυχὼν, αὐτὸς μὲν τὸ τῆς πόλεως μῖσος δεδιὼς [4] οὐ παραγίνεται· ἐμισήθη γὰρ λίαν, ὅτι μετὰ τὴν Ἰωάννου καθαίρεσιν καὶ τοῖς μακροῖς, δι' οὓς ἐκείνῳ ἐπεβούλευεν, ἐκοινώνησε, καὶ τῶν Ὠριγενείων ἀναγνωσμάτων, ἐν οἷς ἐκεῖνον διέβαλλεν, οὐκ ἀπείχετο. Οὐ παραγίνεται οὖν διὰ τὸ μῖσος, πέμπει δ' ἀντ' αὐτοῦ, μηδ' εἰς κρίσιν ἔτι καλεῖν ἀποθεσπίζων Ἰωάννην, ὡς μετὰ τὴν καθαίρεσιν τολμήσαντα ἱεράσασθαι, τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου τῷ μετὰ καθαίρεσιν ἑαυτῷ τὴν ἱερωσύνην ἐκδικήσαντι [5] οὐδὲ τόπον ὑπολιπούσης ἀπολογίας. Οἱ δέ γε περὶ Ἰωάννην Ἀρειανῶν ἔλεγον εἶναι καὶ τὸν κανόνα καὶ τὴν σύνοδον, ἐπὶ συσκευῇ Ἀθανασίου ἐκτεθειμένου, ἣν οἱ ἐν Σαρδικῇ ἀπεφήναντο ἄκυρον, Ἀθανάσιον οὐκ εἰς ἀπολογίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς ἱερωσύνην ἅμα Μαρκέλλῳ δεξάμενοι.

ralis enim præfecturæ curam recipere se velle negabat, priusquam iniquum illud judicium, propositum excussumque foret. Eudoxia post non diu furore rursum incensa, quod liberius perstricta fuisset, propter statuam, quæ juxta templum posita illi fuerat (magnus enim inde strepitus in templo excitabatur), iterum in beatum hominem calumniæ adornantur (13). Quæ sane res, etsi præter spem Theophilo accidit optatissima, veritus tamen ille civium odium, ipse quidem non accessit (valde enim jam invisus esse cœperat, tum quod pulso Joanne, cum Longis tamen fratribus, per quos illi antea insidiabatur, communicasset, tum quod legere ipse Origenis scripta, quo nomine Joannem criminabatur, non desineret) non accessit, inquam, odii metu; sed pro se alium submisit, pronuntiatum, ne in judicium quidem vocandum Joannem, ut qui post ejectionem sacra obire munia non dubitasset, cum Antiochena synodus post expulsionem sacerdotii munus ad hunc obeunti, nullum defensionis locum reliquerit. Ad quæ Joannis studiosi, Arianorum illum esse canonem consessumque excipiebant, ad insidias duntaxat Athanasio struendas comparatum. Hinc eam ipsam synodum Patres Sardicenses concilii nullam esse censuisse, et Athanasio non solum defendendi sui potestatem fecisse, verum etiam sacerdotium una cum Marcello administrare permisisse.

Κωλύεται μὲν οὖν τότε ὁ Χρυσόστομος ἱεράσασθαι καὶ ὅλως πρὸς τὴν ἐκκλησίαν κατέρχεσθαι· ἡ δὲ τῶν Χριστοῦ Γενεθλίων ἑορτὴ ἐνειστήκει, [265 R.] καὶ ἔμεινε μέχρι τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς, καὶ ἔτι πρὸς ἡμέρας πέντε σχολάζων καὶ μηδὲν ὅλως ἐκκλησιαστικὸν διαπραττόμενος. Τότε δὲ τελείως καὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς πόλεως ἐξεβλήθη, καὶ ἐξωρίσθη εἰς Κουκουσὸν, ὅτε καὶ τὸ πῦρ ἀναφθὲν τῆς ἐκκλησίας τοῦ ἄμβωνος πολλὰ τῶν πέριξ κατενεμήσατο. Καὶ πολλοὶ δὲ τῶν κατὰ τοῦ ἁγίου παραδειγματίσθησαν, ἢ νόσοις ἐξαισίοις ἢ συμφοραῖς θεηλάτοις τὸν βίον ἀποῤῥήξαντες. Ἐξορισθεὶς δὲ εἰς Κουκουσὸν, ὡς οὗτός φησι, καὶ ἐδίδασκε καὶ ἐχειροτόνει πολλοὺς μὲν ἐπισκόπους, πλείους δὲ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους. Ἐπετέλει δὲ καὶ πολλὰ σημεῖα ἐν τῇ ἐξορίᾳ, ζῶν τε καὶ μετὰ θάνατον. Τελευτᾷ δὲ οὐ μετὰ πολὺν χρόνον, τοῦ ἐπισκόπου Κομάνων καὶ μάρτυρος Βασιλίσκου τὴν τελευτὴν αὐτῷ προμηνύσαντος, καὶ θάπτεται ἐν τῇ αὐτῇ τοῦ μάρτυρος λάρνακι.

Igitur prohibent, Chrysostomus sacris ne operetur, neve omnino ad ecclesiam veniat. Christi tum Natalium festus dies instabat (14), mansitque ad festum Pentecostes et dies insuper quinque cessans, et ab omni ecclesiastico abstinens officio. Tum enim omnino et ecclesia pulsus et urbe, Cucusum exsulatum missus est. Quo item tempore et ignis templi primum suggestum corripiens (15), multa quoque circumcirca flammis absumpsit. Plerique etiam inimicorum Joannis exempla dederunt, partim fœdis morbis, partim divinitus immissa clade vita exuti (16). Cucusum (17) ergo deportatus Joannes (ut hic quidem perhibet scriptor) et docuit ibi pro concione, et ordinavit multos episcopos, ac plures etiam sacerdotes, atque diaconos. Multa item miracula in eo exsilio cum vivus, tum mortuus edidit. Obiit vero non multo post (18), cum episcopus Comanorum (19) Basiliscus, idemque martyr, finem ei secundum quietem prædixisset: conditusque est in ejusdem martyris tumulo.

Κατέκριναν δὲ οἱ περὶ Θεόφιλον καὶ Ἡρακλείδην τὸν Ἐφέσου, ἀπόντα. Καὶ Σεραπίωνα δὲ ποικίλαις [6] ὑποβαλόντες τιμωρίαις καὶ τῆς ἐπισκοπῆς Ἡρακλείας, ἐν ᾗ αὐτὸν μετὰ τὴν πρώτην τῆς ἐξορίας ἐπάνοδον ἐτύγχανεν ὁ μέγας Ἰωάννης χειροτονήσας,

Theophilus autem cum suis condemnarunt Heraclidem **83***b* Ephesi episcopum absentem, et Serapionem, multa affectum injuria, Heracleæ episcopatu, in quo ipsum magnus Joannes post prius exsilium reversus ordinarat, ejiciunt. Heraclidæ de-

VARIÆ LECTIONES.

[2] πολλῆς add. A. [3] ἑρμαίᾳ ς. [4] δεδοικὼς ς. [5] τὸν — ἐκδικήσαντα A. [6] ποικίλαις A : πολλαῖς ς.

NOTÆ.

(13) Niceph. cap. 18; Socrat. lib. VI, cap. 18; Sozom. lib. VIII, cap. 20.

(14) Pridie Paschæ ipso magno Sabbato, hæc cum summa perturbatione confecta esse Pallad. tradit, et ipse Georg. editus a Tilmanno.

(15) Cassiod. inanis studiosos ecclesiam, intendisse refert, et plures, quos refellit Illustriss. Baro. *Annal.* V. ad an. Chr. 404.

(16) Niceph. cap. 22, et Pallad.

(17) Niceph. cap. 26.

(18) Niceph. 57 post med. Sozom. lib. VIII, cap. ult.

(19) Leo imper. etiam S. Lucianum martyrii olim ibi B. Basilisco socium, apparuisse una tradit.

Digitized by Google

inde sufficiunt Victoris (20) tribuni eunuchum, hominem fœdissimum. Alios item episcopos numero fere viginti vexatos sedibus submoverunt suis; presbyteros quoque ac diaconos plurimos, et plures etiam laicos, quotquot Joanni addicti esse deferebantur; imo pias etiam matronas, quarum fama celebres fuere Olympias (21) Pentadia, Procla et Sylvana.

Innocentius interim urbis Romæ episcopus valde pro beato Joanne (22) laboravit, etsi frustra consumptus labor est. Misit enim hoc nomine apocrisiarios, quos hi contumeliose remiserunt. Litteras item scripsit, quibus tamen nihil eorum quæ studiose conabatur perfecit; vix ut tandem Arsacius (23) Joannis nomen in diptycha retulerit. Donec Proclus multo post ejus in urbem corpus attulit. Hæc hactenus.

Scriptor ipse quidem præter historiæ fidem narrasse quædam visus est. Verum quid prohibet utilia lectorem seligere, cætera præterire?

A καθεῖλον. Χειροτονοῦσι δὲ ἀντὶ Ἡρακλείδου τὸν τοῦ τριβούνου Βίκτορος εὐγοῦχον, ἄνδρα ὑπέραισχρον. Καὶ ἄλλους δὲ ἐπισκόπους, ἐγγὺς τῶν [7] εἴκοσι, κακώσαντες ἀπήλασαν καὶ τῶν ἐπισκοπῶν [8], πρεσβυτέρους δὲ καὶ διακόνους πολλοὺς, καὶ λαϊκοὺς πλείους, ὅσοι προσκεῖσθαι [146 H.] Ἰωάννῃ διεβάλλοντο· καὶ γυναῖκας δὲ τῶν εὐλαβῶν, ὧν αἱ ἐπίσημοι Ὀλυμπιὰς καὶ Πενταδία καὶ Πρόκλη καὶ Σιλβανή.

Ὁ δὲ Ῥώμης Ἰνοκέντιος [9] πολλὰ ὑπὲρ τοῦ ἁγίου ἠγωνίσατο, εἰ καὶ ἄπρακτος αὐτοῦ γέγονεν ἡ σπουδή· καὶ γὰρ καὶ ἀποκρισιαρίους ἔπεμψεν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ κακῶς ἀπεπέμφθησαν, καὶ γράμματα ἔγραφεν, ἀλλ' οὐδὲν ὧν ἔσπευδεν ἤνυεν. Ὕστερον δὲ Νεκτάριος [10] μόλις ἐντάσσει αὐτοῦ τοῖς διπτύχοις τὸ ὄνομα. Καὶ Πρόκλος δὲ χρόνῳ ὕστερον εἰσάγει αὐτοῦ τῇ πόλει τὸ λείψανον. Καὶ ταῦτα μὲν ὧδε.

B

Ὁ δὲ συγγραφεὺς οὗτος οὐκ ὀλίγα φαίνεται παριστορῶν· ἀλλ' οὐδὲν κωλύει τοὺς ἀναγινώσκοντας ἐκλεγομένους τὰ χρήσιμα, τὰ λοιπὰ παροράν.

XCVII.

Phlegontis Tralliani Olympicorum et Chronicorum collectio.

Lecta mihi Philegontis Tralliani, ejus qui Adriani Augusti libertus fuit, *Olympicorum et Chronicorum Collectio*. Opus inscribitur Alcibiadi cuidam, qui unus e corporis custodibus Adriani imperatoris fuit. Auspicatur vero a prima Olympiade (24): quod priora, ut et alii fere omnes affirmant, nullum hactenus accuratum verumque scriptorem sint nacta, sed aliter (25) atque aliter ea, in quæ forte inciderunt? Neque inter se convenientia scripserint, etiam ii qui ex hac scriptione gloriam quæsissent. Initium igitur operis a prima, uti diximus, ducit Olympiade, perrexitque, ut ipse ait, ad Adriani usque tempora (26).

C

Equidem legi usque ad CLXXVII Olympiada, qua victor fuit Hecatomnus Milesius, stadii cursu et recursu (27), armato vero cursu ter vicit Hypsicles Sicyonius dolicho, Caius Romanus, et Aritonymias Cous, pentathlo Isidorus Alexandrinus, lucta Aptotus, periodo Atyanas Hippocratis Atramittei F. pugillatu Sphodrias Sicyonius, pancratio Sosigenes Asianus. Jam puerorum stadio vicit Apollophanes Cyparissius, lucta Soterichus Eleus 84*a* pugillatu Calas Eleus, uti pan-

D

ΚΖ'.

Φλέγοντος Τραλλιανοῦ Ὀλυμπιακῶν καὶ Χρονικῶν συναγωγή.

Ἀνεγνώσθη Φλέγοντος Τραλλιανοῦ, ἀπελευθέρου τοῦ αὐτοκράτορος Ἀδριανοῦ, *Ὀλυμπιονικῶν* καὶ *Χρονικῶν Συναγωγή*. Προσφωνεῖ τὸ σύνταγμα πρὸς Ἀλκιβιάδην τινὰ, ὃς εἷς ἦν τῶν εἰς τὴν φυλακὴν τεταγμένων τοῦ Ἀδριανοῦ. Ἄρχεται δὲ τῆς συναγωγῆς ἀπὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος, διότι τὰ πρότερα, καθὼς καὶ οἱ ἄλλοι σχεδόν τι πάντες φασὶν, οὐκ ἔτυχεν [11] ὑπό τινος ἀκριβοῦς καὶ ἀληθοῦς ἀναγραφῆς, ἀλλὰ ἄλλο τι ἄλλος [12] τῶν ἐπιτυχόντων καὶ οὐ συμφώνως ἔγραψαν, ὅσοις καὶ γράψαι πεφιλοτίμηται. Τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος, ὥσπερ ἔφημεν, ἀπὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ποιεῖται· κάτεισι δὲ, ὡς αὐτός φησι, μέχρι τῶν Ἀδριανοῦ χρόνων.

Ἐμοὶ δὲ ἀνεγνώσθη μέχρι τῆς ροζ' Ὀλυμπιάδος, ἐν ᾗ ἐνίκα Ἑκατόμνως [13] Μιλήσιος στάδιον καὶ δίαυλον καὶ ὁπλίτην, τρὶς, Ὑψικλῆς Σικυώνιος δόλιχον, Γάϊος Ῥωμαῖος [268 R.] δόλιχον, Ἀριστωνυμίδας [14] Κῷος πένταθλον, Ἰσίδωρος Ἀλεξανδρεὺς πάλην, Ἄπτωτος περίοδον, Ἀτυάνας Ἱπποκράτους Ἀδραμυτίου [15] παὶς πὺξ, Σφοδρίας Σικυώνιος παγκράτιον, Σωσιγένης Ἀσιανὸς παίδων στάδιον, Ἀπολλοφάνης Κυπαρισσιεὺς παίδων πάλην, Σωτήριχος

VARIÆ LECTIONES.

[7] τῶν post ἐγγὺς om. A. [8] ἐπισκοπιῶν ς. cf. v, 2, et p. 81 *a*, 32. [9] Ἰνωκέντιος ς. [10] Νεκτάριος A: Ἀρσάκιος C ς. [11] ἔτυχεν ὑπὸ] ἐτυχέ πώ Scaliger. [12] ἄλλοτε ἄλλως ς. [13] Ἑκατόμνος ς. [14] Ἀριτωνυμίδας A: Ἀριτωνυμίας ς. [15] Ἀτραμυτείου ς.

NOTÆ.

(20) Niceph. cap. 29, extr. Monstri autem illius flagitia indicabit Pallad.

(21) De quo Niceph. cap. 24. Nebridii quondam præfecti sponsa Pallad., apud quem de eadem plura.

(22) Nicephor. cap. 33 et 34.

(23) Niceph. lib. XIV, cap. extr. Zonar. tom. III, et ipsa Georgii edit. Latina, non Arsacio, sed Artico relatum nomen D. Joan. in diptycha tribuunt. Cassiod. item et reliqui.

(24) Suid. Ἐτέθη δὲ πρώτη Ὀλυμπιὰς ἐπὶ Σολομῶντος εἰς ἑορτὴν κοσμικὴν τοῦ Διός.

(25) Unde merito tempus illud μυθικὸν Varro, Censorin. Euseb. August. et alii appellarunt.

(26) Et Olymp. 229. Suid. auct., cujus anno 2, mortuus Adrian. imp.

(27) Olympica ἀγωνίσματα e Pausan. Eliac. priore libro colligere licet, et descripsit Bud. prioribus in Pandect. Comment.

Digitized by Google

Ἠλεῖος παίδων πυξ, Κάλας Ἠλεῖος παίδων παγκράτιον, Ἑκατόμνως Μιλήσιος καὶ ὁπλίτην [16] (οὗτος ἐν τῇ αὐτῇ τὰ τρία ἐστεφανώθη, στάδιον, δίαυλον, ὁπλίτην), Ἀριστόλοχος ὁ Ἠλεῖος τέθριππον, Ἀγήμονος Ἠλείου κέλης, Ἑλλανίκου Ἠλείου συνωρίς, τοῦ αὐτοῦ πωλικὸν τέθριππον, Κλητία [17] Ἠλείου [18] πωλικὴ συνωρίς, Καλλίππου Πηλίου πωλικὸς κέλης.

Λεύκολλος δὲ Ἀμισὸν [19] ἐπολιόρκει, καὶ Μουρήναν ἐπὶ τῆς πολιορκίας καταλιπὼν μετὰ δυοῖν ταγμάτοιν αὐτὸς μετὰ τριῶν ἄλλων προῆγεν ἐπὶ Καβείρων, ὅπου διεχείμαζε. Καὶ Ἀδριανὸν ἐπέταξε πολεμῆσαι Μιθριδάτῃ· καὶ πολεμήσας ἐνίκησε. Καὶ σεισμοῦ ἐν Ῥώμῃ γενομένου πολλὰ ταύτης συνέπεσε. Καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα ἐν ταύτῃ ξυνηνέχθη τῇ Ὀλυμπιάδι. Καὶ Ῥωμαίων τῷ τρίτῳ αὐτῆς ἔτει ἀπετιμήθησαν μυριάδες ἐνενήκοντα καὶ μία. Καὶ Σινατρούκην τὸν Πάρθων βασιλέα τελευτήσαντα διεδέξατο Φραάτης [20] ὁ ἐπικληθεὶς Θεός. Καὶ Φαίδρον τὸν Ἐπικούρειον διεδέξατο Πάτρων. Καὶ Οὐεργίλιος [21] Μάρων ὁ ποιητὴς ἐγεννήθη τούτου τοῦ ἔτους, εἰδοῖς Ὀκτωβρίαις. [147 H.] Τῷ δὲ τετάρτῳ ἔτει Τιγράνης καὶ Μιθριδάτης ἀθροίσαντες πεζοὺς μὲν τέσσαρας μυριάδας, ἱππέας [22] δὲ τρεῖς, καὶ τὸν Ἰταλικὸν αὐτοὺς τάξαντες τρόπον, ἐπολέμησαν Λευκόλλῳ [23]· καὶ νικᾷ Λεύκολλος, καὶ πεντακισχίλιοι μὲν τῶν μετὰ Τιγράνους ἔπεσον, πλείους δὲ τούτων ἡχμαλωτίσθησαν, χωρὶς τοῦ ἄλλου σύγκλυδος [24] ὄχλου. Καὶ τὸ Καπιτώλιον ἐν Ῥώμῃ Κάτλος καθιέρωσε. Καὶ Μέτελλος ἐπὶ τὸν Κρητικὸν πόλεμον ὁρμήσας, τρία τάγματα ἔχων, ἦλθεν εἰς τὴν νῆσον, καὶ μάχῃ νικήσας τὸν Λασθένην [25] αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύθη, καὶ τειχήρεις κατέστησε τοὺς Κρῆτας. Καὶ Ἀθηνόδωρος πειρατὴς ἐξανδραποδισάμενος Δηλίους τὰ τῶν λεγομένων θεῶν ξόανα διελυμήνατο· Γάϊος δὲ Τριάριος τὰ λελωβημένα τῆς πόλεως ἐπισκευάσας ἐτείχισε τὴν Δῆλον.

Μέχρι μὲν οὖν ταύτης μοι τῆς Ὀλυμπιάδος ἐν λόγοις πέντε ἡ ἀνάγνωσις γέγονεν. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν οὔτε λίαν χαμαιπετὴς οὔτε τὸν Ἀττικὸν ἐς τὸ ἀκριβὲς διασώζων χαρακτῆρα. Ἄλλως τε δὲ καὶ ἡ περὶ τὰς Ὀλυμπιάδας καὶ τὰ ἐν αὐταῖς τῶν ἀγωνισμάτων ὀνόματα καὶ πράξεις [26] καὶ ἡ περὶ τοὺς χρησμοὺς ἄκαιρος φιλοπονία τε καὶ φιλοτιμία, εἰς κόρον ἀπάγουσα τὸν ἀκροατὴν καὶ μηδὲν ἄλλο τῶν ἐν τῷ λόγῳ προκύπτειν συγχωροῦσα, ἀηδῆ τε [27] τὸν λόγον δεικνύει καὶ χάριτος οὐδὲν ἔχειν παρατίθησι. Χρησμοῖς δὲ παντοίοις εἰς ὑπερβολὴν ἐστι κεχρημένος.

cratio et armato cursu Hecatomnus Milesius. Ter hic eodem ipso die coronatus est, stadio ejusque recursu, et armato cursu, Aristolochus Eleus quadriga victor, equo vero singulari Agemon Eleus. Hellanico Eleo biga cessit, et equuleorum quadriga. Cletiæ Elei equuleorum biga fuit, et Callippi Pelæi singularis equuleus.

Lucullus eo tempore Amisum obsidebat; sed Murena in obsidione cum duabus legionibus relicto, ipse cum tribus aliis adversus Cabeiros duxit, et in hibernis ibidem castra locavit. Idem Adrianum cum Mithridate confligere jubet, quo etiam prælio superior fuit. Romæ quoque terra movit, multaque afflixit, et alia præterea plurima hac ipsa Olympiade contigerunt. Nam anno tertio censæ sunt Romæ myriades (29) nonaginta et una. Sinatruce Parthorum rege exstincto (30), successit Phraates cognomento Deus; et Phædrum Epicureum mortuum, Patron excepit. Virgilius item Maro (31) hoc ipso anno Idibus Octobris natus est. Quarto vero hujus Olympiadis anno Tigranes et Mithridates, collectis (32) peditum quadraginta milibus, equitum triginta, instructaque Romanorum more acie, cum Lucullo dimicantes victi sunt: cæsis e Tigranis copiis quinque millibus, et his pluribus captis, præter cæteram hominum colluviem (33), Capitolium Romæ Catulus dedicavit: et ad Creticum (34) bellum profectus cum triginta legionibus Metellus, insulam eam tenuit: ubi et manu cum Laosthene conserta, victor imperator est appellatus, Cretensibus intra oppida murosque compulsis. Athenodorus pirata Deli incolas captivos abducens, deorum, qui vocantur, signa destruxit; at Cajus quidam Triarius urbis ruta cæsa instaurans, Delum muro cinxit.

Ad hanc itaque Olympiadem usque libros quinque perlegimus. Auctoris stylus neque omnino humi serpit, neque Atticum usquequaque characterem servat. Alioquin illa nimis putida ipsius accuratio atque diligentia in Olympiadibus percensendis, singulorumque certaminum nominibus, et rebus gestis, atque ipsis etiam oraculis referendis, non tædium modo lectori affert, dum per eam reliqua omnia in hoc libro obteguntur, neque apparere sinuntur: verum etiam injucundum propemodum reddit sermonem, quique 84*b* gratiæ nihil habere indicetur et vero omnis generis deorum responsa sine modo inculcat.

VARIÆ LECTIONES.

[16] Μιλ. καὶ ὁπλίτην ς. [17] Κλητεία ς. [18] Πηλείου ς. [19] Λεύκολος δὲ ἄμινσον ς. [20] Φράτης ς. [21] Οὐϊργίλιος ς. [22] ἱππέων. ς. [23] Λευκούλλῳ — Λεύκουλλος ς. [24] συγκλυδοῦς ς. [25] Λαοσθένη ς. [26] καὶ τὰς πράξεις C ς. [27] τε σχεδὸν τόν ς.

NOTÆ.

(28-29) Id est, decem millia supra nongenta millia.

(30) *Sanatrucen*, huic, ut videtur, cognominem. Armeniorum quemdam regem citat Suid.

(31) Cn. Pompeio et M. Crasso coss., ut ait Donatus in ejus Vita, anno U. C. 684.

(32) Errorem hic irrepsisse in calculum ex cæteris historicis, negantibus parem unquam a sole visam pugnam, manifestissime constat. Vide vel Plut. Lucullum.

(33) Συγκλυδῆ ὄχλον ad ministeria destinatos (quorum ad 35 millia fuisse refert Plut.) calones accipio.

(34) De quo L. Florus, lib. III, cap. 7.

Digitized by Google

Scholion. Suidas hujus Phlegonis (ut quidem ille inflectit) catalogum texit, librosque Olympiadum sedecim attribuit. E quorum primo libro, hoc quod damus fragmentum, in Germania Græco-Lat. evulgatum, excerptum videtur. Ex XIV vero libro illustre affert testimonium Eusebius in *Chronico*, quod hic etiam apponere placuit.

« Exponenda mihi videtur causa, ob quam Olympia institui contigit. Est autem hæc. Post Pisum, Pelopem, atque Herculem, qui primi solemnem conventum ac certamen Olympicum instituerant, cum Peloponnesii eam festivitatem aliquandiu intermisissent, per id scilicet tempus quod ab Iphito ad Coroebum usque Eleum, duodetriginta Olympiadum numeratur, certamenque neglexissent, seditio in Peloponneso fuit coorta. Ibi Lycurgus Spartanus, Prytanei filius, Europi nepos Sosi pronepos (qui Sosus patrem habuit Prodeum, avum Aristodemum, proavum Aristomachum : fuit autem hic Cledoei filius, cujus pater Hyllus, Hercule et Dejanira fuit natus) et Iphytus Hæmonis, aut (ut alii perhibent) Praxonidæ F. ab Herculе prognati, Eleus domo, ac Cleosthenes Cleonici F. Pisæus, ut populum ad concordiam pacemque reducerent, cum Olympicam festivitatem statuerunt ad pristinam formam redigere, tum certamen gymnicum edere. Itaque Delphos miserunt, qui Deum percunctarentur, an hoc eorum probet consilium. Is respondit, bona eventura, si id exsequantur : jussitque ferias indici urbibus, quæ certaminis esse vellent participes. Quo oraculo in Græcia renuntiato, discus ejus conscriptus est a Græcorum judicibus, quos ipsi Hellanodicas vocant, formam agendorum Olympiorum indicans. Cæterum Peloponnesios non admodum id certamen gratum habentes, molesteque id ferentes, pestis invasit, frugumque pernicies afflixit. Itaque ii qui ante a societate istorum ludorum desciverant, denuo Lycurgum pestis amolitionem ac remedium poposcerunt. Pythia vero sic respondit :

O qui telluris famosam totius arcem
Mortales inter natuque et laude supremi
Incolitis, quæ fata Dei cano discite jussi.
Neglecta altitonans irascitur ob sacra vobis
Juppiter, immenso qui maximus imperat orbi.
Cujus Olympia vos cultu spoliastis avito :
Quæ princeps Jovis ut Pisus celebraret honorem
Instituit : post huncque Pelops, quo Græcia rege
Floruit, unanimesque habuerunt mœnia cives,
Œnomao instituit certamina lumine casso.
Tertius hæc Pelopi satus Amphitruone dicavit.
Tantalidæ, grati servans pia jura nepotis.
Hæc sacra, et ludos abolere hos Juppiter ausis
Iratus pestem immisit diramque, famemque ;
Verum instauratis cessabunt hæc mala sacris.

« Peloponnesii, ubi hoc eis renuntiatum oraculum fuit, fidem derogantes, denuo communi de sententia miserunt ipsi, qui accuratius deum de oraculo interrogarent. Pythia autem hæc retulit :

O Peloponnesi cives, altaria circum
Ite, sacris factisque animis advertite dicta
Vatum, qui leges et jura paterna sequuntur,
Vatum Eleorum monitis parete volentes.

« Hoc oraculo accepto, Peloponnesii concesserunt Eleis, ut certamen Olympicum instituerent, et ferias urbibus denuntiarent. Porro autem postea temporis Elei cum opitulari vellent Lacedæmoniis, Elos urbem oppugnantibus, Delphos consultum miserunt : et respondit Pythia in hanc sententiam :

Exsortes belli, patriam defendite vestram,
Et pacis Græcos communia jura docete
Auctores, anni veniant dum gaudia quinti.

« Hoc oraculo dato, Elei bello abstinuerunt, et Olympia curaverunt. Quinque Olympiades ita sunt exactæ, ut coronaretur nemo. Sextum placuit oraculum scitari, an victoribus coronæ essent imponendæ, eamque ob rem missus ad fanum dei rex Iphitus : deus sic est fatus :

Iphite, victorem malo donare caveto.
Verum, sylvestris fructu redimitor olivæ,
Quem circum teneris inclusit aranea filis.

« Cum ergo venisset Olympiam, inque loco multi essent oleastri, unum eorum deprehendens araneis circumdatum, ædificio cinxit : atque ex ea arbore corona data est victoribus. Primus coronatus est Daicles Messenius, Olympiade VII stadio victor. »

Eusebius porro ista refert: « Bithynia terræ motu concussa, et in urbe Nicæna ædes plurimæ corruerunt. Quæ omnia his congruunt, quæ in passione Salvatoris acciderunt. Scripsit super his et Phegon [*Phlegon* emenda] qui Olympiadarum egregius supputator est, in XIV libro ita dicens : « Quarto autem anno CCII Olympiadis, magna et excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio solis est facta : dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versus, ut stellæ cœlo visæ sint, terræque motus in Bithynia Nicenæ urbis multas ædes subvertit. » Hæc supradictus vir.

Exstat ejusdem Phlegontis libellus ἀκέφαλος *De mirabilibus et longævis*, cum Anton. Liberalis *Metamorphosibus* et aliis libellis in Germania vulgatus.

XCVIII.

Zosimi Comitis Historiarum libri VI.

Legitur *Historicum opus* libris sex Zosimi comitis, et ex advocato fisci. Impiam hic paganorum

ϞΗ'.

Ζωσίμου Κόμητος ἱστορικῶν λόγοι ς'.

Ἀνεγνώσθη Ἱστορικὸν λόγοις ἓξ Ζωσίμου κόμητος ἀπὸ φισκοσυνηγόρου [28]. Ἔστι τὴν θρησκείαν ἀσε-

VARIÆ LECTIONES.

[28] φησκοσυνηγόρου A.

Digitized by Google

θης καὶ πολλάκις ἐν πολλοῖς ὑλακτῶν κατὰ τῶν εὐσεβῶν, σύντομος δὲ τὴν φράσιν, [272 R.] εὐκρινής τε καὶ καθαρὸς, οὐδὲ τοῦ ἡδέος ἀπῳκισμένος. Ἄρχεται μὲν τῆς [29] ἱστορίας, ὡς ἄν τις εἴποι, ἀπὸ Αὐγούστου, ἐπιτρέχει δὲ πάντας τοὺς μέχρι Διοκλητιανοῦ, ψιλὴν ὥσπερ τὴν ἀνάρρησιν καὶ τὴν διαδοχὴν αὐτῶν ἀφηγούμενος. Ἀπὸ δὲ Διοκλητιανοῦ πλατύτερον περὶ τῶν βεβασιλευκότων διαλαμβάνει ἐν βιβλίοις πέντε· τὸ γὰρ πρῶτον τοὺς μέχρι Διοκλητιανοῦ ἀπὸ Αὐγούστου ἀριθμεῖται. Καὶ πληροῖ τὴν ἕκτην βίβλον ἐν ἐκείνοις ἀπαρτιζομένην τοῖς χρόνοις, ἐν οἷς Ἀλάριχος τὴν Ῥώμην τὸ δεύτερον πολιορκῶν, καὶ τῶν ἐνοικούντων ἀπορουμένων, λύει τὴν πολιορκίαν, βασιλέα τούτοις Ἄτταλον ἀνειπών. Εἶτα δὲ καὶ τῆς βασιλείας τοῦτον παραλύσας διὰ τὸ μὴ δοκεῖν εὖ διατίθεσθαι τὰ τῆς ἐγκεχειρισμένης αὐτῷ βασιλείας, πρὸς Ὀνώριον τὸν βασιλέα κατὰ τὴν Ῥάβενναν διατρίβοντα ἐφ' ᾧ σπείσασθαι [30] ἔτο. Ἀλλὰ Σάρος, Γότθος καὶ αὐτὸς, διάφορος ὢν Ἀλαρίχῳ, ἔχων τε ὑπ' αὐτὸν ἄχρι τριακοσίων καὶ προστεθεὶς Ὀνωρίῳ καὶ συμπολεμεῖν αὐτῷ κατὰ Ἀλαρίχου διατεινόμενος, ἐμποδὼν ἔστη. Καὶ ἡ μὲν ἕκτη αὐτῷ ἱστορία ὧδε τελευτᾷ.

Εἴποι δ' ἄν τις οὐ γράψαι αὐτὸν ἱστορίαν, ἀλλὰ μεταγράψαι τὴν Εὐναπίου, τῷ συντόμῳ μόνον διαφέρουσαν, καὶ ὅτι οὐχ, ὥσπερ ἐκεῖνος, οὕτω καὶ οὗτος Στελίχωνα διασύρει· τὰ δὲ ἄλλα κατὰ τὴν ἱστορίαν [148 H.] σχεδόν τι ὁ αὐτὸς, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τῶν εὐσεβῶν βασιλέων διαβολαῖς. Δοκεῖ δέ μοι καὶ οὗτος δύο ἐκδόσεις, ὥσπερ κἀκεῖνος, πεποιηκέναι. Ἀλλὰ τούτου μὲν τὴν προτέραν οὐκ εἶδον· ἐξ ὧν δὲ, ἣν ἀνέγνωμεν, ἐπέγραφε *Νέας ἐκδόσεως* συμβαλεῖν ἦν καὶ ἑτέραν αὐτῷ, ὥσπερ καὶ τῷ Εὐναπίῳ, ἐκδεδόσθαι. Σαφὴς δὲ μᾶλλον οὗτος καὶ συντομώτερος, ὥσπερ ἔφημεν, Εὐναπίου, καὶ ταῖς τροπαῖς, εἰ μὴ σπάνιον, οὐ κεχρημένος.

A secutus religionem, in pluribus adversus pios sæpius latrat. Alioqui brevis est, dictione perspicuus ac purus, nec suavitatis expers. Incipiens autem historiam jam inde, ferme dixerim, ab Augusto, et imperatores omnes ad Diocletianum usque percurrens, nudam quasi designationem successionemque eorum commemorat: dum latius tandem a Diocletiano, de iis qui imperio potiti sint, libris quinque tractare pergit. Primus enim liber imperatores ab Augusto ad Diocletianum usque recenset, sextique finis in iis desinit temporibus, quibus Alarichus (36) Romam iterum obsidens, civibus ad inopiam redactis obsidionem solvit, eisque imperatorem dedit Attalum, quem tamen deinde rursus abdicavit imperio, quod regnum sibi traditum minus recte videretur administrare: atque ad Honorium Augustum Ravennæ tum agentem fœdus cum eo initurum misit. Asarus (37) vero, Gothus et ipse, simultates adversus Alarichum exercens, cum trecentis quibus præerat, Honorianis partibus adjunctus, bellique societatem pollicitus, Alarichi rebus impedimentum objecit. Atque hunc sexti Historiarum libri finem facit.

B

Dixerit autem aliquis hunc non suam Historiam scripsisse, sed Eunapianam descripsisse, et partim brevitate duntaxat ab illa differre, partim etiam quod Zosimus non, ut ille, Steliconem conviciis proscindat. Cætera propemodum idem est in historia, pios præsertim imperatores criminando. Arbitror autem duas hunc quoque, sicut et illum, editiones instituisse, etsi priorem hujus editionem non vidi, conjicere tamen ex editionis novæ (38), quam nos legimus, inscriptione licet, etiam alteram hunc, sicut et Eunapium, publicasse. Verum magis hic planus est, et brevior, uti diximus, quam Eunapius, figurisque nonnisi raro utitur.

C

ιθ'.

Ἡρωδιανοῦ ἱστορικοὶ λόγοι η'.

Ἀνεγνώσθησαν Ἡρωδιανοῦ ἱστορικοὶ λόγοι ὀκτώ. Ἄρχεται ἐξ οὗ Μάρκος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐτελεύτησε, καὶ διέξεισιν ὅπως τε Κόμοδος ὁ Μάρκου υἱὸς ἐβασίλευσεν, ὅπως τε τῶν πατρῴων ἠθῶν ὑπὸ τῶν κολάκων ἐκδιαιτηθεὶς ὕστερον ὑπὸ Μαρκίας τῆς αὐτοῦ παλλακῆς καὶ Λαίτου καὶ Ἐκλέκτου συσκευασθεὶς ἀνῃρέθη. Καὶ βασιλεύει Περτίναξ πρεσβύτης καὶ καλὸς τὰ ἤθη· ὃν οἱ στρατιῶται, ἀπεχθανόμενοι τὸ σῶφρον, εἰσδραμόντες ἐν τῇ βασιλικῇ κτείνουσιν οἰκίᾳ [31]. Καὶ ὅπως Ἰουλιανὸς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν χρήμασι λαβὼν τὴν ἀρχὴν, μετ' οὐ πολὺ ταῖς αὐτῶν ἀνῃρέθη χερσίν. Ὅπως τε Νίγρος, ἀνὴρ ἐπιεικὴς εἶναι δοκῶν, ζῶντος ἔτι Ἰουλιανοῦ εἰς μοναρχίαν ἦρθη. Καὶ Σεβῆρος [32] δὲ, ἀνὴρ ἀγχίνους τε καὶ πό-

D

XCIX.

Herodiani historiarum libri VIII.

Legimus Herodiani *historiarum* libros octo. Incipit a Marci [Aurelii Antonini philosophi] Rom. imperatoris excessu, pergitque porro narrare, ut Commodus Marci filius 85*a* imperium adeptus, a paternis moribus, assentantium opera, degenerarit; tandemque a Marcia pellice, et Læto atque Electo, paratis insidiis exstinctus sit. [Lib. II.] Pertinax hinc imperium tenuit, grandævus jam, honestisque moribus. Quem milites, modestiæ nomine exosum, in curiam ejus irrumpentes obtruncant. Hinc Julianus a militibus non diu post emptum pecunia imperium, ipsorum jugulatus manibus, amisit. [Lib. 3.] Niger autem, mitis quantum apparebat vir, superstite etiamnum Juliano ad imperium evectus est. Hunc

VARIÆ LECTIONES.

[29] τῆς A : τές ς. [30] πεισασθαι εἶετο. Ἀλλ' Ἄσαρος ς. [31] οἰκείᾳ ς. [32] Σευῆρος ς.

NOTÆ.

(36) De his lege Olympiodorum. supra cod. 80, in princ.

(37) Olympiod. supra cod. 80, in princ. Sarum perpetuo nominat.

(38) Aliam hujus epigraphes hanc rationem notavit quidam ad Zosimum: quasi veterum Dionis et Herodiani historia attexuisset.

Digitized by Google

Severus, vir solers tolerandisque laboribus exercitus, et alioquin astutus, imperii nactus habenas, pugna victum sustulit, et obstantia quæque partim validis prælliis, partim callidis artibus superavit. Verum in subditos insolentior redditus est, et morbo exstinctus, dum Britannos bello aggreditur. [Lib. IV.] Antoninus inde filiorum ejus natu major, fœdere cum his inito revertit, sociumque imperii, vel invitus sumpsit Getam fratrem : quem post paulo in Juliæ utriusque matris sinu interemit. Hic crudelitate, omnique turpitudine vincere omnes contendens, dum circa Syriam versatur, insidiis petitur, quas illi Macrinus cædem veritus, et prævertere conatus, comparavit. [Lib. V.] Sublato igitur Antonino, regnat Macrinus, vir ætate quoque grandævus, ignavus minimeque continens, cætera vero lenis ac mitis. Jam Mesa, quæ Juliæ soror erat, duas habebat filias, Soœmida, et Mammæam : quarum majori quidem filius erat Bassiani nomine : alteri vero Alexinus : furtivo uterque concubitu ex Antonino, ut ferebatur, geniti. Exercitus autem, minima capta occasione, Bassianum in castris imperatorem renuntiat, addito Antonini (39) cognomento, victusque dein prælio Macrinus, ac fugiens e Phœniciæ atque Syriæ finitimis, Chalcedonem se recepit, Romam inde petere cogitans. Sed qui ex Antonini studiosis ad hoc missi fuerant, antevertunt, caputque resectum revertentes asportarunt. [Lib. VI.] Atque ipse quidem Antoninus dum matri paret, modeste satis imperavit, et Alexinum (40) in filium adoptatum Cæsarem creavit, imposito ei Alexandri nomine. Verum postquam adulatoribus se commisit, 85*b* nullum turpitudinis atque intemperantiæ genus prætermisit. Quin et Alexandro insidiari cum cœpisset, a militari manu prohibetur, quos ipse punire propterea meditatus, ab iisdem interficitur. Alexander ergo, Mammææ filius, annos imperavit quatuordecim; recte sane atque clementer, quantum quidem in ipso fuit, et sine ullo omnino sanguine. Sed matris Mammææ, ut hic refert, pecuniarum cupiditate, ac sordibus factum est, ut uterque, Maximo electo, militari seditione necatus sit.

[Lib. VII.] Maximinus post hunc annos fere tres ferociter ac tyrannice imperavit, homo fastuosus, moribusque sævus. Quamobrem Africæ præfectum a se constitutum, moribus similem, milites ibi tumultuantes, atque in imperatorem insurgentes, Gordianum olim proconsulem, jam octogenarium, imperatorem creant, vel invitum; cujus mox Roma libentibus electionem animis accepit, honores-

A νοις δεινὸς ἐγχαρτερεῖν καὶ βαθυγνώμων ἄλλως, ἀνῆλθέ τε εἰς τὴν βασίλειον ἀρχὴν, καὶ Νίγρον μάχῃ νικᾷ καὶ ἀναιρεῖ, καὶ πᾶν τὸ ἀντιστατοῦν ἢ μάχαις βιαίοις ἢ τέχναις δυσδιαφύκτοις ὑπηγάγετο, καὶ τῶν ὑπηκόων ἐπὶ τὸ σοβαρώτερον ἦρξε προϊών, καὶ τελευτᾷ νόσῳ τὸν πρὸς Βρεττανοὺς [33] διαχειρίζων πόλεμον. Καὶ Ἀντωνῖνος ὁ τῶν αὐτοῦ παίδων πρεσβύτερος σπονδὰς πρὸς αὐτοὺς θέμενος ἀναχωρεῖ, καὶ συμβασιλεύοντα καὶ ἄκων λαμβάνει τὸν ἀδελφὸν Γέταν, [275 R.] καὶ μετ' οὐ πολὺ Ἰουλίας τῆς αὐτῶν μητρὸς πρὸς τοῖς κόλποις τοῦτον ἀναιρεῖ, καὶ εἰς ὠμότητα καὶ αἰσχρότητα ὑπερβαλέσθαι πάντας φιλονεικήσας περὶ Συρίαν διάγων ἐπιβουλεύεται· Μακρῖνος δ' ἦν ὁ τὴν ἐπιβουλὴν συσκευάζων [34], δεδιὼς καὶ αὐτὸς θάνατον καὶ προλαμβάνειν ἀγωνισάμενος.

B Ἐπεὶ δὲ ἀνῄρητο Ἀντωνῖνος, βασιλεύει Μακρῖνος, ἀνὴρ πρεσβύτης καὶ μελλητὴς καὶ οὐδ' ἐγκράτειαν ἀσκῶν, τὰ δὲ ἄλλα δοκῶν ἐπιεικής. Τῆς δὲ Μέσης, ἥτις ἦν Ἰουλίας ἀδελφὴ, δύο θυγατέρας ἐχούσης, Σοαιμίδα καὶ Μαμαίαν, καὶ τῆς μὲν ἐχούσης παῖδα ὄνομα Βασσιανὸν [35], τῆς δὲ Ἀλεξῖνον, οἱ ἐξ Ἀντωνίνου λαθραίαις μίξεσιν ἐλέγοντο γεγεννῆσθαι, τὸ στρατιωτικὸν, μικρᾶς λαβόμενοι προφάσεως, ἐν τῷ σφῶν ἀναγορεύουσι στρατοπέδῳ τὸν Βασσιανὸν, μετονομάσαντες [36] Ἀντωνῖνον· καὶ μάχαις ἡττηθεὶς Μακρῖνος καὶ φεύγων ἐκ τῶν μεθορίων Φοινίκης τε καὶ Συρίας τὴν Χαλκηδόνα κατέλαβε, πρὸς τὴν Ῥώμην ἐκεῖθεν ἀφικέσθαι διανοούμενος· ἀλλ' ἐπικαταλαβόντες αὐτὸν [37] οἱ τοῦ Ἀντωνίνου ἐπὶ τοῦτο [38]

C ἀπεσταλμένοι τέμνουσί τε τὴν κεφαλὴν καὶ ὀπίσω ἀποκομίζουσιν. Ἀντωνῖνος δὲ, ἕως μὲν ἐπείθετο τῇ μάμμῃ, ἐσωφρόνει, καὶ ποιεῖται καὶ τὸν [149 II.] Ἀλεξῖνον [39] υἱόν τε ἅμα καὶ Καίσαρα, εἰς Ἀλέξανδρον μετακληθέντα· ἐπεὶ δὲ τοῖς κόλαξιν ἑαυτὸν ἐξέδωκεν, οὐδεμίαν ὑπερβολὴν [40] αἰσχρότητος καὶ ἀκρασίας ἀπέλιπεν. Ἐπιβουλεύειν δὲ καὶ Ἀλεξάνδρῳ ἐπιχειρήσας ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀνεκόπη· ὁ δὲ τούτους τιμωρήσασθαι διανοηθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρέθη. Ἐβασίλευσέ τε Ἀλέξανδρος ὁ Μαμαίας [41] ἔτη ιδ', καὶ τό γε ἐπ' αὐτῷ καλῶς τε καὶ ἐπιεικῶς ἄρξας, καὶ χωρὶς αἱμάτων ὅλως· τῆς δὲ μητρὸς Μαμαίας, ὥς φησιν, ἥ τε φιλοχρηματία καὶ τὸ μικρολόγον εἰς σφαγὴν αὐτὸν τὴν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν σὺν αὐτῇ, Μαξιμίνου ἀναῤῥηθέντος, ἀπήνεγκεν.

D Ἦρχε δὲ Μαξιμῖνος ἐπὶ ἔτη τρία ἐμβριθῶς τε [42] καὶ τυραννικῶς, ἀνὴρ ὑπερμεγέθης καὶ τὸ ἦθος ὠμός. Διόπερ τὸν Λιβύης ὑπάρχοντα ὑπ' αὐτοῦ καταστάντα καὶ ὅμοιον ὄντα τοῖς τρόποις οἱ ἐκεῖσε στασιάσαντες καὶ ἀνελόντες [43], Γορδιανὸν ἀνθύπατον γεγονότα καὶ ὀγδοηκοστὸν ἄγοντα ἔτος χειροτονοῦσι καὶ ἄκοντα βασιλέα. Καὶ ἡ Ῥώμη περιχαρῶς αὐτοῦ τὴν ἀνάῤῥησιν δεξαμένη, πάσας τοῦ Μαξιμίνου τιμὰς καθ-

VARIÆ LECTIONES.

[33] Βρετανοὺς ς. [34] παρασκευάζων ς. [35] ὀνόματι Βασιανόν ς. [36] μετονομ. αὐτὸν Ἀντ. ς. [37] αὐτὸν add. A. [38] τούτῳ ς. [39] Ἀλεξιανόν A. [40] ὑπερβολὴν post ἀκρασίας ponit ς. [41] Μαμμαίας ς. [42] τε add. A. [43] ἀνελθόντες ς.

NOTÆ.

(39) Quem Elagabalum, a novo quem colendum suscepit deo, agnominarunt.
(40) Melius *Alexianum*.

Digitized by Google

εἶλε. Συνανεῖπον δὲ αὐτῷ καὶ υἱὸν Γορδιανοῦ Γορδιανὸν βασιλέα. Μαξιμίνου δὲ παρασκευαζομένου πρὸς πόλεμον, καὶ Γορδιανὸς ἅμα τῷ υἱῷ τὴν Καρχηδόνα [42] καταλαβὼν καὶ ἐν ἀπογνώσει τῶν ὅλων γεγονὼς βρόχῳ ἀνεπαύσατο τοῦ βίου· ὁ δὲ παῖς τῆς πρὸς Μαξιμῖνον μάχης κρατουμένης ἀναιρεθεὶς ἠφανίσθη. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τῷ πάθει τούτων ὑπεραλγήσαντες, καὶ δεδιότες καὶ μισοῦντες Μαξιμῖνον, ἀναγορεύουσιν ἐν Ῥώμῃ Βαλβῖνόν τε καὶ Μάξιμον· καθ' ὧν στάσεως ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀνεγειρομένης συμβασιλεύει τούτοις καὶ Γορδιανὸς, ἀπόγονος Γορδιανοῦ τοῦ πρώτου, κομιδῇ παῖς, θυγατρὸς υἱός. Καὶ Μαξίμου ἐξιόντος κατὰ Μαξιμίνου ἀναιρεῖται Μαξιμῖνος ὑπὸ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν, καὶ κομίζεται πρὸς Μάξιμον ἡ κεφαλὴ, εἶτα καὶ πρὸς αὐτὴν Ῥώμην. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ οἱ στρατιῶται στασιάσαντες ἐξάγουσι τῶν βασιλείων Βαλβῖνον καὶ Μάξιμον, [276 R.] καὶ πᾶσαν αὐτοὺς αἰκίαν αἰκισάμενοι ἀναιροῦσι, μόνον ἀνειπόντες βασιλέα Γορδιανὸν, περὶ ἔτη τρισκαίδεκα γεγονότα· ἐν οἷς καὶ ὁ ὄγδοος τελειοῦται λόγος.

Ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφὴς καὶ λαμπρὸς καὶ ἡδὺς, καὶ λέξει χρώμενος σώφρονι, μήτε ὑπεραττικιζούσῃ καὶ τὴν ἔμφυτον ἐξυβριζούσῃ χάριν τοῦ συνήθους, μήτε πρὸς τὸ ταπεινὸν ἐκλελυμένῃ καὶ τὴν ἐντεχνον ὑπερορώσῃ γνῶσιν. Οὔτε δὲ περιττολογίαις ἐστὶ σεμνυνόμενος, οὔτε τι τῶν ἀναγκαίων παραλιμπάνων, καὶ ἁπλῶς [43] ἐν πάσαις ταῖς κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀρεταῖς οὐ πολλῶν ἐστι δεύτερος.

P'.

Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως μελέται διάφοροι.

Ἀνεγνώσθη Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως μελέται διάφοροι, εἰς τὸ μέτριον τοῦ λόγου ἀνηγμέναι καὶ οὐκ ἀηδεῖς.

PA'.

Βικτωρίου τοῦ Λαμπαδίου ὑπατικοὶ Λόγοι.

Ἀνεγνώσθησαν Βικτωρίνου τοῦ Λαμπαδίου (Ἀντιοχεὺς δὲ οὗτος) ὑπατικοὶ λόγοι διάφοροι, καὶ βασιλικοὶ δὲ εἰς Ζήνωνα τὸν βασιλέα, ἐφ' οὗ καὶ εἰς βαθὺ γῆρας ἦν [150 H.] ἐληλακώς. Τὴν δὲ φράσιν τό τε σαφὲς καὶ τὸ ἀπέριττον καὶ τὸ σύνηθες ἐπικοσμεῖ.

PB'.

Γελασίου ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης κατὰ Ἀνομοίων. Καὶ Διοδώρου Ταρσοῦ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διάφορα ἐπιχειρήματα.

Ἀνεγνώσθη ἐν μονοβίβλῳ Γελασίου ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, *Κατὰ Ἀνομοίων*. Ἔστι

Digitized by Google

utatur non inusitatis, obscurus tamen est. Quia enim catenatas ut plurimum adhibet periodos, et interpositiones crebras, per quas etiam sensus quam longissime a re proposita recedit : rursum quia nominum obliquis ac participiis redundat, et res easdem frequenter (neque id satis ornate) revolvit ac repetit : quia denique repetitiones illius pluribus, quam narrationes ipsæ (quod omnino sine methodo fit) circumstantiis refertæ sunt, similibusque ex causis non parum obscuritatis scriptis suis aspergit. Apparet autem studiosius versatum fuisse in sacra nostra divina Scriptura, etsi in plerisque a veritate aberret.

A χρώμενος · ἀλλὰ τῷ σχοινοτενέσι χρῆσθαι ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον περιόδοις καὶ παρεμβολαῖς ἀλλεπαλλήλοις, δι' ὧν καὶ εἰς μήκιστον ὁ νοῦς ἀποτείνεται τῶν προκειμένων, ταῖς τε τῶν ὀνομάτων πλαγίαις καὶ ταῖς μετοχικαῖς λέξεσι πλεονάζειν, τὰ αὐτά τε πολλάκις καὶ οὐδὲ σὺν κόσμῳ ἐπανακυκλεῖν, καὶ τὰς ἐπαναλήψεις πλέον τῶν διηγήσεων (ὅπερ ἀμέθοδον παντελῶς) ταῖς περιστάσεσι μεμεστῶσθαι, καὶ τοῖς τοιούτοις οὐκ ὀλίγον ζόφον τῶν αὐτοῦ γραμμάτων κατασκεδάζει. Ἔοικε δὲ φιλοπονώτερον περὶ τὴν ἱερὰν ἡμῶν καὶ θείαν Γραφὴν διατεθῆναι, εἰ καὶ ἐν πολλοῖς παρασύρεται τῆς ἀληθείας.

CLXXVIII.

Dioscoridis De materia medica libri VII.

Legimus Dioscoridis *De materia* [*medica*] volumen **123***b* septem distinctum libris. Quorum in prioribus quinque agit de herbis, stirpibus, aromatibus, confectioneque olei et unguenti. Item de animantibus ,et de partium illorum utilitate. De arboribus quoque, et succis, ac lacrymis. Præterea de melle, et lacte, atque adipe: deque iis, quæ frumentacea et oleracea vocantur. Ad hæc de radicibus, plantis, arbustis, herbis, et quæcunque ex his vel liquorem vel fructum ad medicam facultatem utilem habent. Quin et de vini generibus, ac de metallicis quæ nominantur, abunde tractat et plurimorum, de quibus dicere instituerat, figuram, naturam, ortus locum, quo investigata citius cognoscantur, accurate describit. Parcius duntaxat usum rei cujusque, minusque accurate historiam ascribit. Vinorum item varium in his prodit apparatum. Sexto autem libro de iis medicamentis disserit, quæ aut noxia sunt, aut salutaria. Septimo denique et hujus operis (18) ultimo, venenatorum animantium historiam scribit, ac per quænam qui in horum aliquod inciderint, aut perfectam medicinam, aut quidquid saltem solatii afferri possit, reperiant. Atque hic operi huic scopus præfigitur. Quod utilissimum sane est, non medicæ tantum facultati deditis, verum etiam philosophicæ ac physicæ speculationi intentis. Jam quotquot post illum de simplicibus medicamentis scripsisse visi sunt, alii librum hunc duntaxat transcripserunt, aliis ne in ipsa quidem sua scriptione accuratio curæ fuit; sed universam de singulis doctrinam discerpserunt, dum formam, naturam et ortum simplicium seorsim colligunt ; seorsimque rursum ac divisim usum et utilitatem perscribunt. Alexander [Aphrodisiensis] vero, Paulus [Ægineta], Aetius, similesque ne formæ quidem rationem habuerunt : sed solius usus summa duntaxat veluti ca-

ΡΟΗ'.

Διοσκορίδου Περὶ ὕλης λόγοι ζ'.

B Ἀνεγνώσθη Διοσκορίδου *Περὶ ὕλης* βιβλίον ζ' λόγοις διηρημένον. Ἐν μὲν οὖν τοῖς ε' περί τε βοτανῶν καὶ φυτῶν διαλαμβάνει ἀρωμάτων τε καὶ σκευασίας ἐλαίων καὶ μύρων, καὶ δὴ καὶ ζώων καὶ τῆς ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς μορίων ὠφελείας, ἀλλὰ καὶ δένδρων καὶ ὀπῶν καὶ δακρύων, ἔτι δὲ μέλιτος καὶ γάλακτος καὶ στέατος, καὶ τῶν καλουμένων σιτηρῶν καὶ λαχανικῶν, ῥιζῶν τε [21], φυτῶν καὶ θάμνων καὶ βοτανῶν, ὅσα τε αὐτῶν τὸ χύλισμα εἰς ἰατρικὴν χρείαν συντελοῦν ἔχει ἢ τὸν καρπόν · [208 H.] οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ οἴνων καὶ τῶν καλουμένων μεταλλικῶν ἐφ' ἱκανὸν διαλαμβάνει. Καὶ τῶν γε πλείστων, ὧν προὔθετο λέγειν, εἰδός τε καὶ φύσιν καὶ τόπον γενέσεως εἰς τὸ ἀκριβὲς πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ ζητουμένου ἀναγράφει · ἐπ' ἔλαττον δὲ τὴν χρείαν μόνην C ἢ οὐκ ἀκριβῆ τὴν ἱστορίαν ὑπογράφει. Οἴνων δὲ διαφόρους παραδίδωσιν ἐν τούτοις σκευασίας [22]. [401 R.] Ἐν μέντοι τῷ ς' περὶ φαρμάκων διέξεισιν, ὅσα τέ ἐστι τῶν δηλητηρίων καὶ ὅσα τῶν ἀλεξικάκων· ἐν δὲ τῷ ζ' καὶ τῆς ὅλης προθέσεως τελευταίῳ περὶ τῶν ἰοβόλων ζώων τὴν ἱστορίαν ποιεῖται, οἵς τε οἱ περιπεπτωκότες τινὶ τούτων τὴν δυνατὴν παραμυθίαν ἢ καὶ τελείαν εὑρήσουσι θεραπείαν. Ὁ μὲν οὖν σύμπας τοῦ βιβλίου σκοπὸς οὗτος, χρήσιμον δὲ τὸ βιβλίον οὐ πρὸς ἰατρικὴν φιλοπονίαν [23] μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἐμφιλόσοφον καὶ φυσικὴν θεωρίαν. Καὶ ὅσοι δὲ μετ' αὐτὸν περὶ ἁπλῶν φαρμάκων ἔδοξαν γράφειν, οἱ μὲν μετέγραψαν μόνον τὸ βιβλίον, οἱ δὲ οὐδὲ κἂν τῇ μεταγραφῇ [24] τὸ *ἀκριβὲς* διασῶσαι πε- D φροντίκασιν, ἀλλὰ καὶ [25] κατέτεμον τὸ ὁλόκληρον τῆς περὶ ἑκάστου διδασκαλίας, χωρὶς μὲν εἴδος καὶ φύσιν καὶ γένεσιν τῶν ἁπλῶν συναγείροντες, χωρὶς δὲ καὶ μεμερισμένως τὴν χρείαν καὶ ὠφέλειαν διαγράφοντες. Ἀλέξανδρος δὲ καὶ Παῦλος καὶ Ἀέτιος καὶ οἱ τοιοῦτοι οὐδὲ τοῦ εἴδους λόγον ἔθεντο, μόνην δὲ τὴν χρείαν ἀκρωτηριάσαντες τοῖς ἰδίοις συντάγμασιν ἐναπέθεντο, εἰ καὶ Παύλῳ οὐ μόνον οὐδὲν ὧν

VARIÆ LECTIONES.

[21] τε φ.] τε καὶ φ. ς. [22] διασκευασίας ς. [23] φιλοπονίαν A : φιλοσοφίαν ς. [24] τῇ γραφῇ A : διασῶσαι τὸ ἀκριβὲς πεφροντίκασιν ς. [25] καὶ add. A.

NOTÆ.

(17) Ut libri editi repræsentant.

(18) Ipse Dioscorides libri VI Proœmio sextum ipsum diserte statuit τῆς ὅλης πραγματείας τελευταῖον. Septimum autem hunc in duos modo distractum libros in vulgatis exemplaribus videmus.

Digitized by Google

Διοσκουρίδης εἶπε τῆς χρείας παρεῖται, ἀλλὰ καὶ ὧν ἐκεῖνος οὐκ ἐμνήσθη, οὐκ ὀλίγων [26] ἡ χρεία καὶ τὸ ὠφέλιμον συνηθροῖσθαι [26*]. Ἀέτιος δὲ μετὰ τοῦ μηδὲν προσθεῖναι, καὶ πολλὰ ὧν Διοσκουρίδης ἔγραψεν οὐκ οἶδα ἀνθ' ὅτου παρῆλθεν. Ἀλλ' οὐδ' ὁ τούτων δοκῶν εἶναι πλατυντικώτερος [27] Ὀριβάσιος ἅπαντα, ὅσων μνήμην ἔσχε Διοσκουρίδης, ἐν ταῖς ἰδίαις συναγωγαῖς ἀνεγράψατο, ἀλλὰ καὶ τὴν χρείαν τοῦ εἴδους καὶ τῆς φύσεως ἔτεμεν. Καὶ Γαληνὸς μετὰ τοῦ πλεῖστα τῶν βοτανῶν παραλιπεῖν, μόνην τὴν δύναμιν ἤτοι τὴν χρῆσιν καὶ ὧν ἐμνημόνευσεν ἔγραφε, ψυχρὰν αἰτίαν τοῦ παραλιπεῖν, εἶδός τε καὶ φύσιν αὐτῶν ἀποδεδωκώς· καίτοι περὶ τῶν μεταλλικῶν διαλαμβάνων, καὶ περιεργότερον ἢ κατὰ Διοσκουρίδην διέλαβεν, οὐκ ἐλαχίστῳ μέρει οὐδὲ τοῦ χρησίμου ἐν τούτοις τὸν ἄνδρα παρευδοκιμούμενος, οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον δὲ ἐφ' ὅσον περὶ τῶν βοτανῶν λόγῳ ὁρᾶται τούτου ἀπολειπόμενος. Ὥστε, ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι, εἰς ἐπίγνωσιν εἴδους τε καὶ φύσεως καὶ γενέσεως οὐκ [28] ἂν τις χρειωδεστέρου ἢ Διοσκουρίδου τύχοι.

A pita libantes, suis ea scriptis inseruerunt. Quanquam Paulus non solum eorum, quæ Dioscorides tradidit, usum minime omisit, sed et multorum, quorum ille non meminit, usum utilitatemque ac cumulat. Aetius vero præterquam quod nihil ipse addat, multa insuper, quæ Dioscorides scripserat, nescio quo consilio prætermisit. At neque Oribasius, qui his omnibus uberior esse videatur, omnia quorum Dioscorides meminit, in sua retulit collectanea; sed usum a forma naturaque disjunxit. Galenus **124***a* item cum herbarum multa genera omiserit, facultatem duntaxat, aut usum earum, quarum quidem meminit, descripsit, frigida sane causa, cur harum et figuram, et naturam prætermiserit, allata. Etsi de metallicis curiosius sane B quam Dioscorides egit, non minima ex parte, et quidem utili, virum illum superans, non adeo tamen, quantum herbarum ab illo causa vinci vicissim videtur. Quamobrem mea quidem sententia, ad figuras, naturæ, atque ortus intelligentiam, Dioscoride nemo facile utilior inveniatur.

Ἔστι δὲ ὁ ἀνὴρ, ὡς καὶ Γαληνὸς ἐπιμαρτύρεται, Ἀναζαρβεύς· ἐγὼ δὲ ἐνέτυχόν τισιν οἳ Πεδάνιον ἅμα καὶ Ἀναζαρβέα [29] ταῖς ἐπιγραφαῖς ἐπεκάλουν. Πολλῶν δὲ καὶ πρὸ αὐτοῦ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν συγγεγραφότων, ἀκριβέστερος ἁπάντων [30] καὶ χρειωδέστερος πείρᾳ γινώσκεται.

Scriptor hic, ut et Galenus (19) testificatur, Anazarbensis est. Incidi tamen aliquando in eos libros, qui Pedacii (20) simul et Anazarbei nomen in titulo præferrent. Omnibus autem, qui ante illum multi ea de re scripserunt, accuratione atque utilitate antecellere videri (21) studet.

ΡΟΘ'.

Ἀγαπίου λόγοι γ' καὶ κ'.

[209 H.] Ἀνεγνώσθη τοῦ μισητοῦ καὶ δυσσεβοῦς Ἀγαπίου βιβλίον, λογίδια περιέχον γ' καὶ κ', καὶ ἕτερά τινα [31] κεφάλαια δῆθεν β' καὶ ρ', ἐν οἷς ἅπασι δείκνυσι μὲν ἑαυτὸν ὑποκρινόμενον ὄνομα τὸ Χριστιανῶν, οὐδεὶς δ' οὕτω δι' αὐτῶν ἐκείνων ἐλέγχεται μισόχριστος ὤν. Προσφωνεῖ δὲ ταῦτα Οὐρανίᾳ τινὶ τοὔνομα γυναικί, συμφιλόσοφον ἀποσεμνύνων αὐτήν. Πάντα γοῦν τἀναντία δογματίζων καὶ κρατύνων Χριστιανοῖς, [404 R.] ἀρχὴν πονηρὰν αὐθυπόστατον ἀντανίστησιν ἐξ ἀϊδίου τῷ Θεῷ, ἣν ποτὲ μὲν *φύσιν*, ἄλλοτε δ' *ὕλην*, καὶ ἄλλοτε δὲ *Σατανᾶν* καὶ *διάβολον* καὶ *ἄρχοντα τοῦ κόσμου* καὶ *θεὸν τοῦ αἰῶνος τούτου* καὶ μυρίοις [32] ἄλλοις ἀποκαλεῖ. Ἀνάγκῃ τε καὶ ἄκοντας τοὺς ἀνθρώπους πταίειν διατείνεται, καὶ τὸ σῶμα τῆς φαύλης μοίρας εἶναι, τῆς θείας δὲ τὴν ψυχὴν, καὶ ὁμοούσιον (φεῦ τῆς μανίας!) τῷ Θεῷ. Τὴν δὲ παλαιὰν Γραφὴν κωμῳδεῖ, Μωϋσέα [33] τε αὐτὸν, καὶ τοὺς, προφήτας, καὶ δὴ καὶ τὸν πρόδρομον ὁ τρισάθλιος δυσφημῶν· ἀνάπτει τε τούτους καὶ πάντα τὰ ἐν τῇ παλαιᾷ λελεγμένα τε καὶ πεπραγμένα (ὢ τῆς ἀθεότητος!) τῇ χείρονι καὶ ἀντικειμένῃ τῷ Θεῷ ἀρχῇ. Καὶ τὸ ἐν παραδείσῳ φυτὸν τὸν Χριστὸν εἶναι τερατολογεῖ, ὃν καὶ χείλεσι μὲν τιμᾷν ὁμολογεῖ, ἔργοις δὲ καὶ δόξαις οὐδ' ἔστι λόγοις παραστῆσαι

CLXXIX.

Agapii libri XXIII.

C Legi Agapii, odio digni atque impii hominis, opus trium et viginti libellorum, et alia præterea capita duo supra centum. Quibus omnibus satis ostendit, falso eum sibi Christiani nomen vindicare, cum tantus nemo omnium Christi osor quantus Agapius vel ex his ipsis libellis, deprehendatur: quos Uraniæ cuidam feminæ sectæ suæ studiique sociæ, uti jactat, inscribit. Cum igitur nullum dogma introducat atque confirmet, quod non Christianæ doctrinæ adversetur, principium quoddam malum per se subsistens, ab æterno esse Deo oppositum vult, quod interdum *naturam*, *materiam* nonnunquam, alias etiam *Satanam*, *diabolum*, *mundi principem*, *sæculi hujus deum*, aliisque sexcentis appellat nominibus. Tradit adhæc, neces- D sario atque invitos peccare homines: et corpus deterioris esse partis, divinæ vero auræ particulam esse animam, atque (o ingentem amentiam!) ejusdem cum Deo naturæ. Vetus dein Testamentum irridet, ac Moysen ipsum cum prophetis; quin et Domini præcursorem miserrimus ille subsannat. Hos autem ipsos, et Veteris Testamenti dicta factaque omnia (o impietatem summam!) malo illi et cum Deo pugnanti principio ascribit. Paradisi quo-

VARIÆ LECTIONES.

[26] ὀλίγη corr. A. [26*] συνηθροίσθη ς. [27] πλατυκώτερος ς. [28] οὐκ] τῶν cod. suprascript. τοῦ, οὐκ A. [29] Πεδάκιον καὶ Ἀναβαρζέα ς. [30] ἀπάντων] ἀπ' αὐτῶν A. [31] τινα add. A. [32] μυρίους ἄλλους ς. [33] Μωσέα ς.

NOTÆ.

(19) Lib. VI *Simpl. medicam.* Proœmio.

(20) Quo modo in vulgatis hodie legimus Πιδακίου Διοσκορίδου Ἀναζαρβέως περὶ ὕλης ἰατρικῆς.

(21) Libri primi Proœmio.

Digitized by Google

que arborem illam Christum esse fabulatur, quem etsi ore quidem venerari se fingit, factis tamen ipsis et opinionibus, quantum exprimi verbis haud potest, blasphemat. Trinitatem insuper consubstantialem fateri se dicere audet exsecrandus ille, sed hoc impie ac malitiose, tantumque ut pietatis hisce vocabulis decipiat, simplicius ac **124***b* minus circumspecte ad eum accedentes, utque pestilente dogmatis veneno, ac quasi dulcedine quadam temperata atque commista, hujus illos noxæ confestim adimpleat. Sic et corpus se Christi honorare ac prædicare ait, et Christum cruci affixum, imo ipsam crucem, baptismum, sepulturam, atque resurrectionem ejus, mortuorumque adeo omnium resurrectionem ac judicium; et ut semel dicam, omnia fere pietatis ac Christianæ religionis vocabula ad alios, vel absurdos atque abominandos, vel alienos ac stultos, vel ineptos et incongruos sensus transferens atque traducens, suam ita nititur confirmare impietatem. Tantam vero dolo mistam impietatem meditatus est, ut cum intolerabile odium, bellumque implacabile, cooperante illi diabolo, cum semper Virgine Maria ac matre Christi Dei nostri gerat, Mariæ tamen nomen per simulationem usurpare, eamque matrem Christi mendaciter appellare, nec Dei, nec ullius omnino pudoris metu vereatur. Quamobrem et venerandam salutiferamque Christi crucem mille conviciis lacerans, atque ad Judæos propulsandos telum per blasphemiam appellans, dicere nihilominus impudenter audet, honore dignam se ac veneratione Christi Dei crucem ducere, aliis nimirum appellationibus res perverse enuntians. Sic et corpus et sanguinem Christi fabulatur, non illud, quod Christiani agnoscimus, sed quod rabida ipsius ac furiosa mens confinxit: voces quidem piorum admittendo, res vero ipsas allatrando. De sole præterea et luna sine pudore veluti de diis disserit, ejusdemque cum Deo esse naturæ prædicat: neque sensu horum lucem percipi, sed sola mente posse intelligi, mentitur homo sensu carens communi. Hinc et incorporea formæque ac coloris expertia hymnis celebrans, cultum illis majestatemque attribuit. Abstinentiam vero a carnibus atque a re uxoria, tanquam a rebus detestandis, maxime ipse detestandus, simulat. Vinum quoque velut ebrietatis causam aversatur, non considerans vino id vitium minime, sed immoderato indecentique usui tribuendum, ut et ciborum omnium, imo et ipsius aquæ immodicus usus nocet. De aere item infelix ille tanquam de deo quopiam disputat, ut columnam eum et hominem hymnis celebrans: Ignem tamen aspernatur terramque, et pejori hæc parte collocat. Sic aliis quoque deliramentis nugisque multis, cum e Græcorum superstitione emendicatis, tum

A ὅσον βλασφημεῖ. Καὶ Τριάδα δὲ [33a] ὁμοούσιον ὁ κατάρατος λέγει μὲν ὁμολογεῖν, ἀλλὰ δυσσεβῶς καὶ κακούργως, ἵνα μόνον κλέψῃ τῆς εὐσεβείας τοῖς ῥήμασι τοὺς ἁπλούστερον αὐτῷ ἢ ἀμαθέστερον προσιόντας, καὶ τὸν ὁλέθριον τοῦ δόγματος ἰὸν τούτοις οἷον γλυκάνας καὶ κερασάμενος ἀθρόον τῆς αὐτοῦ πληρώσῃ λύμης. Οὕτω δὴ καὶ σῶμα λέγει τιμᾶν καὶ κηρύσσειν Χριστοῦ, καὶ Χριστὸν ἐσταυρωμένον, καὶ σταυρὸν καὶ βάπτισμα, καὶ ταφὴν Χριστοῦ, καὶ ἀνάστασιν, καὶ νεκρῶν ἀνάστασιν καὶ κρίσιν· καὶ ἁπλῶς σχεδὸν ἅπαντα τὰ τῆς εὐσεβείας καὶ παρὰ Χριστιανοῖς ὀνόματα ἐπ' ἄλλαις ἢ ἐκτόποις καὶ βδελυκταῖς, ἢ ἀλλοκότοις καὶ μωραῖς, ἢ ἀναρμόστοις καὶ ἀνακολούθοις ἐννοίαις μεταφέρων καὶ περιτιθείς, οὕτω τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν πειρᾶται κρατύνειν. Καὶ τοσοῦτον αὐτῷ
B τὸ ἄθεον μετὰ τοῦ δολίου μεμελέτηται, ὥστε μῖσος ἄσχετον καὶ πόλεμον ἄσπονδον ἔχοντι κατὰ τῆς Ἀειπαρθένου Μαρίας καὶ μητρὸς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν [34]· ὅμως συμπλάττεται αὐτῷ καὶ Μαρίας ὄνομα, καὶ μητέρα Χριστοῦ τερατολογεῖν αὐτὸ [35] οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ, οὐδέ τις ὅλως αἰσχύνη. Διὸ καὶ τὸν τίμιον καὶ σωτήριον τοῦ Χριστοῦ σταυρὸν μυρίαις ὕβρεσι βάλλων, καὶ ἀμυντήριον Ἰουδαίων δυσφημῶν, ὅμως ἀναισχυντεῖ λέγων τιμῆς ἀξιοῦν καὶ σεβασμιότητος τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ [36], ἄλλα πράγματα ἑτέροις ὀνόμασι κακούργως ὑποδηλῶν. Οὕτω καὶ σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ οὐχ ὃ ἴσμεν οἱ [37] Χριστιανοί, ἀλλ' ὃ ἡ λυσσώδης αὐτοῦ καὶ μανικὴ διάνοια ἀνεπλάσατο, μυθολογεῖ, τὰς μὲν τῶν εὐσεβῶν λέξεις
C συνομολογῶν, κατὰ δὲ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ὑλακτῶν. Ἥλιον δὲ καὶ σελήνην ἀναισχύντως θεολογεῖ καὶ ὁμοούσια κηρύττει Θεῷ, οὐκ αἰσθητὸν αὐτῶν τὸ φῶς, [210 H.] ἀλλὰ νοητὸν ὁ ἀναίσθητος τερατευόμενος· διὸ καὶ ἀσώματα καὶ ἀσχημάτιστα καὶ ἀχρωμάτιστα αὐτὰ ἐξυμνῶν, τὸ σέβας αὐτοῖς ἀνάπτει. Νηστείαν δὲ κρεῶν καὶ γάμων ἀποχὴν ὡς βδελυρῶν ὁ βδελυρώτατος ὑποκρίνεται, καὶ τὸν οἶνον δὲ οἷα δὴ μεθυστικὸν ἀποστρέφεται, οὐ συνορῶν ὡς οὐχ ὁ οἶνός ἐστι μεθυστικός, ἀλλ' ἡ ἄμετρος καὶ παρὰ τὸ πρέπον χρῆσις, ὥσπερ καὶ τροφῆς ἁπάσης καὶ ὕδατος ἡ παρὰ τὸ μέτρον χρῆσις βλαβερόν. [405 R.] Θεολογεῖ δὲ ὁ δύστηνος καὶ τὸν ἀέρα, κίονα αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον ἐξυμνῶν. Τὸ πῦρ δὲ μυσάττεται καὶ τὴν γῆν, εἰς τὴν χείρονα μοῖραν συντάττων αὐτά. Καὶ ἄλλους
D λήρους καὶ φληνάφους πολλοὺς ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς ἐρανισάμενος δεισιδαιμονίας καὶ ἐκ τῆς ἰδίας ἀναπλασάμενος τερατείας, φορυτὸν κακῶν καὶ ἀσεβείας ἔσχατον τὸ οἰκεῖον παρίστησι δόγμα. Ἀποσπαράσσων δὲ ῥητά τινα τοῦ θείου [38] Εὐαγγελίου καὶ τῶν ἐπιστολῶν τοῦ θεσπεσίου Παύλου, πειρᾶται στρεβλοῦν αὐτὰ καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν [39] δυσσέβειαν ἕλκειν· καὶ ταῖς λεγομέναις δὲ Πράξεσι τῶν δώδεκα ἀποστόλων, καὶ μάλιστα Ἀνδρέου πεποιθὼς [40] δείκνυται, κἀκεῖθεν ἔχων τὸ φρόνημα ἡρμένον. Κρατύνει δὲ καὶ τὰς μετεμψυχώσεις, τοὺς μὲν εἰς ἄκρον

VARIÆ LECTIONES.

[33a] δὲ om. A. [34] post ἡμῶν cum A omisi, quæ vulgo adduntur, συνεργεῖν αὐτῷ τὸν διάβολον. [35] αὐτοῦ ς. [36] τοῦ Θεοῦ Χριστοῦ ς. [37] οἱ et 31, δὲ add. A. [38] Θεσπεσίου A : Θείου ς. [39] οἰκείαν] ἰδίαν A. [40] πεποιθὼς — ἔχων A · οὐ μόνον οὐ συντίθεται, ἀλλὰ κἀκεῖθεν ἔχει ς.

Digitized by Google

ἀρετῆς ἐλαχότας εἰς Θεὸν ἀναλύων, τοὺς δ' εἰς ἔσχατον [41] κακίας πυρὶ διδοὺς καὶ σκότῳ, τοὺς δὲ μέσως πως πολιτευσαμένους πάλιν εἰς σώματα κατάγων. Κέχρηται δὲ μάρτυσιν ἀπηρυθριασμένως καὶ τοῖς τὴν Ἕλληνα θρησκείαν ἠγαπηκόσι, μάλιστα δὲ Πλάτωνι, πρὸς σύστασιν τῆς ἰδίας θεομαχίας, θείους αὐτοὺς καὶ ἱεροὺς, ὥσπερ καὶ τὸν παρ' αὐτῷ Χριστὸν καὶ Σωτῆρα, ἀποκαλῶν. Καὶ ἄλλα δὲ πολλῆς ἀνοίας καὶ δόλου καὶ ἀθεότητος ἔμπλεα. Μάχεσθαι δὲ δοκεῖ πρὸς τὴν Εὐνομίου κακοδοξίαν, αὐτὸς οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν ὅσον ἐκείνου ἀθεώτερον βλασφημῶν.

A prodigiose e suo conflictis cerebro, malorum colluviem, atque impietatis apicem, suam stabilit sectam. Divellit et dicta quædam **125***a* a sacro Evangelio, epistolisque B. Pauli, quæ et ipsa detorquere molitur, atque ad suum trahere impium dogma. Actis item illis, quæ duodecim apostolorum (22) vocantur, et Andreæ maxime, non solum assentitur, sed etiam inde superbia extollitur. Probat insuper animarum migrationes : alios quidem, qui ad summum virtutis culmen pervenerunt, in Deum resolvendo : alios vero, qui summum improbitatis attigerunt, igni tradendo ac tenebris ; alios denique, qui medio quodam modo vitam instituerunt, in corpora iterum revocando. Testibus præterea sine verecundia, etiam iis ad suam stabiliendam impietatem utitur, qui gentium religionem fuerunt amplexi, maximeque Platone, divinos illos ac sacros (quibus æque nominibus Christum Servatorem afficit) appellans. Alia quoque affert ingentis amentiæ, fraudis, atque impietatis plenissima. In Eunomii item errorem invehi videtur, cum ipse quantum vix credi potest, impie magis quam ille blasphemet.

Ἔστι δὲ τὴν λέξιν καὶ φράσιν ἐνιαχοῦ μὲν οὐκ ἀδόκιμος, καὶ μάλιστα ἔκφρασίν τινος εἴ που μελετήσῃ, ἐν δέ τισιν εὐτελὴς καὶ οὐδὲν διενηνοχὼς τῶν ἐκ τριόδου. Μετεῖχε δὲ καὶ [42] φιλοσόφων τινῶν ὁ ἄθλιος μαθημάτων, οὐδ' ἐκείνοις τὸ ἀνόθευτον καὶ γνήσιον διασώζων, ἀλλὰ πάντα κυκῶν καὶ συμφύρων. Καὶ κακουργῆσαι μὲν τάληθὲς καὶ εὐθὲς [43] οὐ πόρρω τοῦ δραστηρίου καὶ δεινότατος [44], ἐξευρεῖν δὲ καὶ κατανοῆσαι παντελῶς εὐήθης καὶ ἠλίθιος. Χρησιμεύει δὲ τὸ ἀθεώτατον αὐτοῦ καὶ ἀχρηστότατον σύνταγμα εἰς ἔλεγχον μόνον καὶ αἰσχύνην τῶν τῇ δυσσεβεστάτῃ καὶ ἀθέῳ δόξῃ τῶν Μανιχαίων καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ προσανακειμένων.

B Dictio ejus et phrasis interdum quidem non contemnenda, præsertim si quid aut describere, aut explicare satagit ; in quibusdam rursus vilis, nihilque a trivialibus differens. Attingit et philosophica quædam dogmata miser ille, in quibus tamen germanum nihil aut genuinum retinet, sed omnia miscet atque confundit. Ad depravandum etenim verum rectumque non parum in agendo strenuus, vel in dicendo solers, ad inveniendum atque excogitandum simplex omnino ac stolidus deprehenditur. Prodest autem impium illius atque ineptissimum opus ad reprehendendum duntaxat, pudoremque incutiendum, cum Manichæorum impiissimam doctrinam, tum hunc ipsum sectantibus.

ΡΠ'.

CLXXX.

Ἰωάννου Λαυρεντίου Φιλαδελφέως τοῦ Λυδοῦ πραγματεῖαι γ'.

Joannis Laurentii Philadelphensis Lydi tractatus tres.

Ἀνεγνώσθησαν Ἰωάννου Λαυρεντίου Φιλαδελφέως τοῦ Λυδοῦ πραγματεῖαι τρεῖς, *περὶ διοσημειῶν, περὶ μηνῶν, περὶ ἀρχῶν πολιτικῶν*. Ἀλλ' ἡ μὲν περὶ διοσημειῶν, ὅσα γε κατ' ἐμὴν κρίσιν καὶ πεῖραν, οὐδὲν ἢ ἐπ' ὀλίγον διενήνοχε μύθων· ἡ δὲ περὶ μηνῶν, εἰ καὶ πολὺ τὸ ἄχρηστον ἔχει, ἀλλ' οὖν πρὸς τὴν τῆς ἀρχαιότητος μάθησιν ἐπίχαρί τε καὶ λίαν χρειώδες· ἡ δὲ περὶ πολιτικῶν ἀρχῶν τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα μάλιστα φιλοτιμουμένοις οὐκ [211 H.] ἄκομψον παρέχεται [45] τὴν ἱστορίαν.

Κέχρηται δ' οὗτος ὁ συγγραφεὺς τροπαῖς κατακόρως, καὶ πολλαχοῦ μὲν ψυχρῶς ἄγαν καὶ παραβόλως, ἔστι δ' ἔνθα οἰκείως καὶ ἐπαφροδίτως. Κἂν [46] τοῖς ἄλλοις δὲ πολλὴν νοσεῖ τὴν ἀνωμαλίαν, ὑπερόπτης ἐν οἷς οὐ δεῖ, καὶ κατεπτηχὼς πάλιν ἐν οἷς μὴ δεῖ, κόλαξ τε τῶν περιόντων ἀπροφάσιστος, [408 R.] καὶ τῶν ἀποιχομένων, καὶ παρ' ὧν οὐ νομίζει δίκην ὕβρεως πράττεσθαι, εἰς τὸ φορτικώτατον τοὺς μώμους καταχέων. Καὶ λέξει μὲν ἔστιν οὗ κέχρηται λογάδι τε καὶ ἐς τὸ ἠττικισμένον ἀνηγμένῃ, ἔστι δ' ὅπου χαμαιπετεῖ τε

Legi Joannis Laurentii Philadelphensis Lydi tractatus tres : *De prodigiis ; de mensibus*, et *de politicis magistratibus*. At ille *De prodigiis*, mea quidem sententia atque judicio, parum aut nihil a fabulis differt. Alter vero *De mensibus*, etsi inutilia multa continet, ad antiquitatis tamen gratam atque jucundam cognitionem vehementer prodesse potest. Denique *De magistratibus politicis* liber, iis potissimum, qui ejusmodi ambiunt, non inelegantem affert historiam.

Utitur autem hic scriptor verborum immutationibus ad satietatem, et plerumque frigide nimis atque audacter, etsi interdum quoque proprie ac D venuste. **125***b* In aliis item inæqualitate laborat, dum fastuosum agit, ubi non oportet ; et contra abjectus est, ubi et hoc minime decet. Adulator adhæc superstitum inexcusabilis, in mortuorum vero et a quibus vindictam non timeret, reprehensiones, immodice effusus. Dictione præterea utitur interdum quidem selecta, atque Atticorum more sublimi :

VARIÆ LECTIONES.

[41] ἔσχατον A : ἄκρον ς. [42] καὶ add. A. [43] εὐθὲς AC : Rothomag. εὐθύ. [44] δεινότατος corr. A : δεινότητος ς. [45] περιέχεται A. [46] κἀν A : καὶ ς.

NOTÆ.

(22) De quibus copiose D. Baron. t. I, ad annum Christ. 44.

Digitized by Google

et est rursum, ubi ea repat humi, atque neglecta A sit, nihilque supra trivialem afferat. Verum in libris *De prodigiis*, ac *De mensibus* nemo fortassis idcirco ipsum admodum reprehenderit : quando tamen de politicis agens magistratibus, et historicas referens narrationes, aut aliquos laudandos suscipiens, eamdem retinet dicendi inæquabilitatem, cum in dictionibus atque sensibus, tum in compositione scriptorum, nullam ego veniam deinceps ejusmodi vitia mereri video.

Militavit hic vir sub præfectis annum agens vicesimum primum. Ætatis vero quadragesimo causas egit, deinde et matricularius (23) fuit, post quæ tempora et tractatus illos se conscripsisse refert, et imperatoris judicio palatio dignum esse habitum. De tempore quo vixit : Anastasii imperium attigit, B et Justini transegit, gubernantis insuper post illum Justiniani emetiens. Religione vero superstitiosior videtur. Gentilium enim sectam colit simul et fidem nostram, sic tamen, ut lector non facile colligat, utrum sic vere sentiat, an potius veluti in scena ludat.

CLXXXI.

Damascii Damasceni liber, De Isidori philosophi vita.

Lectus est Damascius Damascenus *De Isidori philosophi vita* (24). Liber est multorum versuum, in capita (25) fere sexaginta divisus. Isidori autem vitam scribere instituens, Theodoræ cuidam feminæ opus inscribit, ethnicorum æque cultum sectanti, et philosophicæ doctrinæ, omniumque sive ad poeticam, sive ad grammaticam facultatem spectantium non imperitæ, imo et ad geometricam atque arithmeticam speculationem evectæ; quam una cum junioribus sororibus Isidorus ipse atque Damascius variis docuerant temporibus. Filia hæc fuit **126** *a* Cyrinæ, atque Diogenis, Eusebii F. Flaviani Nep. qui genus duxit a Sampsigeramo, et Monimo, a quibus et Jamblichus originem repetit, viris qui primas in idololatrica superstitione tulerunt. Igitur Damascius Isidori vitam huic dedicat, cujus etiam petitio, accedentibus et aliis quibusdam causis, auctorem ad scribendum impulit, ut testatum ipse reliquit. Neque tamen Isidori magis vitam, quam multorum aliorum, qui vel eadem cum eo, vel præcedente ætate floruerunt, una describit : actis quoque eorum ac narrationibus cum digressionibus plurimis ad satietatem adjunctis. Ad religionem porro quod attinet, summe is impius fuit, et novis atque anilibus fabellis animum (26) simul ac sermonem refertum gerens. Quare et sanctam fidem nostram,

καὶ παρεωραμένῃ καὶ μηδὲν ἐχούσῃ τῶν ἐκ τριόδου πλέον. Ἀλλ' ἐν μὲν τῇ *περὶ διοσημειῶν* καὶ *περὶ μηνῶν* συγγραφῇ τούτου γε ἕνεκα οὐ μάλα [47] ἄν τις ἴσως αὐτὸν νεμεσήσῃ· ὅτε δὲ καὶ πολιτικὰς ἀρχὰς ἀναγράφων, καὶ δή καὶ ἱστορικοὺς διεξιὼν λόγους, ἀλλὰ καὶ εἰς ἐνίων ἐγκώμια καθιεὶς ἑαυτὸν, τῆς αὐτῆς ἐστι φίλος ἀνωμαλίας περί τε τὴν λέξιν καὶ τὸν νοῦν καὶ τὴν σύνταξιν τῶν γεγραμμένων, εἰς οὐδεμίαν λοιπὸν συγγνώμην ὁρῶ τὴν τοιαύτην πλημμέλειαν ἀναφερομένην.

Ἐστρατεύσατο δ' οὗτος ὁ ἀνὴρ ὑπὸ τοῖς ὑπάρχοις ἄγων ἡλικίας κα', ἔτη δὲ μ' δικολόγος ὤν, εἶτα καὶ ματρικουλάριος [48]· μεθ' ὃν χρόνον καὶ τὰς εἰρημένας συγγράψαι λέγει [49] πραγματείας, καὶ τῆς βασιλικῆς αὐλῆς ψήφῳ βασιλέως ἀξιωθῆναι. Χρόνος δὲ, καθ' ὃν οὗτος ἐβίου [50], Ἀναστασίου ἤπτετο τῆς βασιλείας καὶ τὴν Ἰουστίνου ἐπεραίου, μετρῶν καὶ τοῦ μετ' ἐκεῖνον Ἰουστινιανοῦ. Τὴν δὲ θρησκείαν ὁ ἀνὴρ ἔοικε δεισιδαίμων εἶναι· σέβεται μὲν γὰρ [51] τὰ Ἑλλήνων καὶ θειάζει, θειάζει δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα, μὴ διδοὺς τοῖς ἀναγινώσκουσιν ἐκ τοῦ ῥᾴστου συμβαλεῖν πότερον οὕτω νομίζων θειάζει, ἢ ὡς ἐπὶ σκηνῆς.

ΡΠΑ'.

Δαμασκίου Δαμασκηνοῦ εἰς τὸν Ἰσιδώρου τοῦ φιλοσόφου βίον.

Ἀνεγνώσθη Δαμασκίου Δαμασκηνοῦ *εἰς τὸν Ἰσιδώρου τοῦ φιλοσόφου βίον*· ἔστι μὲν οὖν τὸ βιβλίον πολύστιχον, οἱονεὶ δὲ κεφαλαίοις ξ' ἀπαρτίζεται. Γράφειν δὲ τὸν Ἰσιδώρου βίον προθέμενος, Θεοδώρᾳ τινὶ τὸ σύνταγμα προσπεφώνηκεν, Ἕλληνα μὲν καὶ αὐτῇ θρησκείαν τιμώσῃ, μαθημάτων δὲ τῶν τε κατὰ φιλοσοφίαν, καὶ ὅσα περὶ ποιητάς τε καὶ γραμματικὴν στρέφεται ἐμπειρίαν, οὐκ ἀπείρως ἐχούσῃ, ἀλλά γε καὶ πρὸς γεωμετρικήν τε καὶ ἀριθμητικὴν ἀνηγμένῃ θεωρίαν, αὐτοῦ τε Δαμασκίου καὶ Ἰσιδώρου [52] τὴν διδασκαλίαν αὐτῇ τε καὶ ταῖς νεωτέραις ἀδελφαῖς κατὰ διαφόρους χρόνους πεποιημένων. Αὕτη θυγάτηρ ἐγεγόνει Κυρίνας καὶ Διογένους τοῦ Εὐσεβίου τοῦ Φλαβιανοῦ, ὃς εἶλκε τὸ γένος ἀπὸ Σαμψιγεράμου [53] τε καὶ Μονίμου, εἰς οὓς ἀνάγεται καὶ Ἰάμβλιχος, ἄνδρας τὰ πρῶτα τῆς εἰδωλολατρούσης ἀσεβείας ἀπενεγκαμένους. Τὴν μὲν οὖν βιογραφίαν Ἰσιδώρου ὁ [54] Δαμάσκιος ταύτῃ προσφωνεῖ, ἧς καὶ ἡ ἀξίωσις, καὶ ἄλλων τινῶν συναιτίων γεγενημένων τῆς προτροπῆς, αἰτία κατέστη τῷ συγγραφεῖ, [212 H.] καθάπερ αὐτὸς ἐπιμαρτύρεται, τῆς σπουδῆς. Οὐ μήν γε μᾶλλον Ἰσιδώρου βίον ἢ πολλῶν ἄλλων, τῶν μὲν συνηκμακότων τἀνδρὶ, τῶν δὲ καὶ προγεγονότων, συναναγράφει, πράξεις τε καὶ διηγήματα τούτων συνδιατιθεὶς καὶ πλείστῃ χρώμενος καὶ κατὰ κόρον τῇ παρεκδρομῇ. Ἔστι δὲ τὴν μὲν περὶ τὰ θεῖα δόξαν

VARIÆ LECTIONES.

[47] μάλα A : μάλιστα ς. αὐτῷ corr. A. [48] ματρικουλάριος] κορνικουλάριος Hasius commentar. de Joanne Lydo p. XXII. [49] λέγει συγγράψαι ς. [50] ἐβίω ς. [51] γὰρ add. A. [52] Ἰσιδώρου καὶ Δαμασκίου ς. [53] Σαμψιγεράμου AC : Ζαμψιγεράμου ς. [54] ὁ add. A.

NOTÆ.

(23) Fisci, fori, an militiæ tabulis hic præfuit? Indices enim et catalogos jurisperiti *matrices*, ac per diminutionem, *matriculas appellare soliti*.

(24) Excerpta inde inf. reperias cap. 242.

(25) Qua etiam distinctione usus dicitur sup. cap. 130.

(26) Quem apparuisse videtur quatuor illis *Paradoxon* libris sup. cap. 130.

Digitized by Google

εἰς ἄκρον δυσσεβῆς, καινῶν[55] δὲ καὶ γραοπρεπῶν μυθαρίων αὐτόν τε τὸν νοῦν καὶ τοὺς λόγους πεπληρωμένος· διὸ καὶ τῆς ἱερᾶς ἡμῶν, εἰ καὶ δειλιώσῃ καὶ λαθραιοτέρᾳ κακοφροσύνῃ, ὅμως οὐκ ὀλιγάκις φαίνεται[56] καθυλακτῶν εὐσεβείας. [409 R.] Πάντων δ' ὅσους ἐξαίρει τοῖς λόγοις, καὶ κρείττους ἢ κατ' ἀνθρώπων φύσιν θειάζει γεγονέναι ταῖς τε[57] τῶν ἐπιστημῶν τελεωτάταις θεωρίαις, καὶ τῷ τάχει τῆς διανοίας, τούτων ἑκάστου κριτὴν ἑαυτὸν ἐπικαθιστῶν[58] οὐκ ἔστιν ὅτου μὴ καθήψατο, ἐφ' ἑκάστου τῶν θαυμαζομένων μὴ ἐνδεέστερον ἔχειν, τοῦ μὲν εἰς ἀγχίνοιαν ἐξηρμένου[59], ὅτι μὴ πάντα ἀγχίνους, τοῦ δ' εἰς ἐπιστήμας ἀπαραβλήτου, ὅτι μὴ πάντα ἐπιστήμων, καὶ δὴ καὶ τοῦ εἰς ἀρετὴν ἐγγίζοντος Θεῷ, ὅτι πολλῶν ἐνδεής. Οὕτως ἐκείνων ἕκαστον, οὓς ἄνω φέρων ἐξῆρε, κατασύρων καὶ ῥίπτων χαμαί, τὸ κράτος ἑαυτῷ κατὰ πάντων καὶ ἐπὶ πᾶσι λεληθότως ἀναρτᾷ. Διὸ καὶ Ἰσίδωρον οὐχ ἧττον ἐπαινῶν ἢ ψόγοις περιβάλλων διατελεῖ. Καίτοι γε ἐξ ὧν ἀλλοτρίας τε λογικὰς ἀπορίας καὶ λύσεις ὡς δὴ θαυμασίους προκομίζει, καὶ ἃς αὐτὸς ἐπὶ τάχει νοῦ καὶ ἀκριβείᾳ ἐπιστήμης μέγα φρονῶν εἰς μέσον προάγει, οὔτε τι τῶν περὶ φιλοσοφίαν συνήθων ὑψηλότερον ἔστιν εὑρεῖν τὸν ἄνθρωπον κατωρθωκότα, οὔτε μὴν εἰς δεινότητα καὶ ἀγχίστροφον διανοίας τάχος, ὅση γε ἀνθρωπίνη, μὴ ὅτι[60] γε δαιμονία, ἀνηγμένον, ἀλλ' οὐδέ τινα τῶν μετρίως πως περὶ φιλοσοφίαν ἐχόντων, μή τί γε ὀι' ἀκριβείας ἐντελοῦς ἠγμένων, οἷς ἐκεῖνος ἐλλαμπρύνεται, σεμνυνόμενον.

Τὴν μέντοι φράσιν ὁ ἀνὴρ κατά γε τὸ πλεῖστον αὐτοῦ τῶν λέξεων οὐ πόρρω τείνει τοῦ σαφοῦς. Ἔχει δέ τι καὶ τῶν ἄλλων ἰδεῶν, ὅσαι χαρακτηρίζονται λέξεσι, τήν τε τραχεῖάν φημι, δι' ἧς τραχύνεται ἡ ἠχώ, καὶ δὴ καὶ ὅση πλατύνει τὴν φωνήν, καὶ τὴν εἰς τὸ ποιητικώτερον, εἰ καὶ σπανιάκις, ἐλευθεριάζουσαν. Καὶ αἱ τροπικαὶ δὲ διαμορφοῦσιν αὐτοῦ τοὺς λόγους, οὐκ εἰς ἄμουσον ψυχρολογίαν ἢ τροπὰς ἀποτόμους ἐκφερόμεναι, ἀλλ' ἔκ γε τοῦ ἐπὶ πλεῖστον τὸ γλυκύ τε καὶ χαρίεν τὸ καθ' ἑαυτὰς παρεχόμεναι. Ἀλλὰ σαφὴς ὢν τῷ πλείστῳ μέρει τῶν λέξεων[61], οὐκέτι καὶ τῇ ὅλῃ τοῦ λόγου οἰκονομίᾳ τοιοῦτος καθέστηκεν· ἥ τε γὰρ συνθήκη οὐ συνθήκη μᾶλλον ἢ καινοπρέπεια, καὶ ἡ περιβολὴ κόρον ἐμποιοῦσα συχνὸν τό τε εἰς σαφήνειαν ἐπηλυγάζει προφαινόμενον καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν τοῦ λόγου σπουδήν. Διὸ καὶ χαρίεις ἂν ἄλλως ὁ λόγος εἶναι δυνάμενος, τὴν ὅσην ἂν δυνατὸς ἦν κεκολασμένων τούτων χάριν παρασχεῖν τοῖς εἰρημένοις ἀφῄρηται. Καὶ αἱ περιβολαὶ δὲ οὔτι γε δριμείας διανοίας, [213 H.] οὐδ' ἐπαφρόδιτοι, οὐδὲ τὸ γοργὸν ὑποτρέχουσαι, αἷς ἄν τις κατὰ τρόπον καὶ καλλωπίσαιτο, ἀλλὰ τούτων δὴ τῶν κοινῶν καὶ ἐπιπολαίων καὶ οὐδὲ τὸ ἀναγκαῖον τῇ χρήσει καὶ ταῖς περιστάσεσιν ἀναφαινόντων[62] βλαστήματα. Τὰ δὲ σχήματα εἰ μὴ κατὰ τὸ πλεονάζον ἐπὶ μήκιστον ταῖς περιόδοις ἐξετείνετο, οὔτ' ἂν αὐτὰ τὸ [μὴ][63]

tametsi timide, tectaque malevolentia, non raro tamen allatrat. Quotquot autem verbis extollit, et qua ob doctrinæ excellentiam, qua ob ingenii solertiam supra humanam conditionem, ut divinos celebrat, horum cujusque judicem seipsum constituens, nullum non perstringit, in singulis etiam quos laudarat, aliquid desiderans: in acri ingenio prædito, quod non per omnia æque solers sit: in eo qui incomparabili est scientia, quod non omnia sciat; imo et in eo, qui virtute Deo proximus videatur, quod adhuc multa ei desint. Ita singulos eorum, quos in cœlum antea sustulerat, rursum detrahendo humoque allidendo, imperium sibi in omnes et de omnibus latenter arrogat. Quamobrem Isidorum quoque assidue non magis laudat, quam vituperiis onerat. Neque vero ex logicis cum quæstionibus, tum solutionibus, quas vel ex aliis ille pro admirandis, vel de suo pectore (ob celerem mentis agitationem et accuratiorem scientiam arroganter sese efferens) in medium producit, quidquam supra eos, qui in philosophia versari vulgo solent, ab hoc homine paulo felicius confectum reperias; aut rursum ad acumen eum, et volubilem mentis agitationem, quantum saltem homini fas est, nedum quantum Deo, pervenisse, sed neque alia ostentare, quæ vel mediocria in rebus philosophicis sint. Mitto quæ per summam accurationem deducantur, quibus tamen ille nominibus clarus illustrisque habetur.

Ad stylum quod attinet, pleraque ejus verba non procul a perspicuitate discedunt. Habet item aliquid **126** *b* aliarum formarum, quæ verbis designantur: asperitatem, inquam, qua pronuntiatio asperior, ac vox quasi planior redditur; et in poeticum præterea usum, raram quidem, sed liberiorem evagationem. Tropi vero ita ejus efformant orationem ut in imperitam quamdam ac frigidam elocutionem, aut duriorem aliquam immutationem nequaquam deferantur, sed suavitatem ut plurimum et gratiam ex seipsis, saltem concilient. Verum ut perspicuus sit, maximam vocum partem, universa tamen orationis serie, non item. Nam et compositio ejus non tam compositio, quam innovatio quædam est: et ipsa porro circumductio assiduam afferens satietatem, non perspicuitatis modo factam spem, verum etiam omne omnino in oratione positum studium obscurat. Quare cum jucunda posset alias oratio esse, omni illa gratia, quam his expolitis habere poterat, per ea quæ diximus spoliata est. Circumductiones adhæc, neque acriorem sensum aliquem, neque venustatem, neque velocitatem vel obiter attingunt; quibus tamen rebus non inepte quispiam glorietur: verum communium horum atque levium ornamentorum ne ea quidem hic apparent germina, quæ ad necessarium usum atque circumstantias per-

VARIÆ LECTIONES.

[55] καινῶν] aptius videtur κενῶν. [56] φαίνεται add. A. [57] τε add. A. [58] ἀποκαθιστῶν ς. [59] ἐξηρμένου et 28, ἐξῆρεν Scaliger : libri ἐξηρημένου — ἐξῆρει. [60] μὴ ὅτι] imo μή τί. [61] τῶν λέξεων μέρει ς. [62] ἀποφαινόντων A : ἀποφαίνονται ς. [63] μὴ ante κατὰ om. A.

Digitized by Google

tineant. Jam figuræ, nisi longissime cum redundantia per ambitus extenderentur, nunquam eas vires haberent, quibus a medio decorumque servante temperamento abducerent. Vehementia item atque amarities abunde his inest scriptis : quanquam et illa sæpenumero languescit, non mistione ac temperamento idearum, quod foret optimum, sed defectione dictionum et earum partium quæ eam vim habent, ut phrasim valentiorem reddant ac turgidiorem ; quod multis quidem, ejusmodi peculiarem aliquam loquendi formam consectantibus, contingit : non tamen hoc cum laude iis saltem evenit, qui sustinere supra vires susceptum onus non potuerunt. Hoc igitur esto, ut simpliciter dicam, de ejus dictione judicium : nam in eo, qui vitam conscribit, fuerint et alia fortasse plura advertenda. Quid enim opus ipsi erat granditatis uti forma? legislatoris enim ac præscribentis orationi hoc proprium. Quid dein contentio,| tantaque circumductio, et compositionis insuitata ratio? Sed hæc hactenus.

Damascius autem in dicendi arte tres ipsos annos Theoni operam dedit, præfuitque rhetoricis exercitationibus annos fere novem. Geometriæ et arithmeticæ **127***a* cæterarumque artium doctorem habuit Marinum (27) Athenis Procli successorem. In philosophicis disciplinis, Zenodoro Athenis usus est magistro, qui et ipse post Marinum Proclo successit; Ammonio vero Hermiæ filio (28) Alexandriæ, quem non parum cæteris suæ ætatis philosophis antecellere scribit, et maxime in mathematicis. Hujus in Platonicis se auditorem fuisse Damascius scribit, ut et Ptolemæi magnæ astronomicorum syntaxeos. Dialecticæ tamen exercitationis vim usu se ac familiaritate Isidori consecutum contendit, quem et in hac ipsa disserendi facultate omnes quotquot illud sæculum tulit, doctos homines obscurasse commemorat.

A κατὰ τὸ μᾶλλον μεγεθύνεσθαι οὔτε τὸ μὴ τὸ ποικίλον [66] ἀπενέγκασθαι οὐκ ἂν αὐτὰ τῆς συμμέτρου κράσεως καὶ τὸ πρέπον ἐχούσης ἰσχὺν εἶχεν ἀπάγειν. Τὸ μέντοι εὔτονον [68] καὶ πικρὸν περίεστι τῷ λόγῳ· ἀλλὰ καὶ τοῦτο πολλάκις ἐκλύεται, οὐ μίξει καὶ κράσει τῶν ἰδεῶν, ὅπερ ἄριστον, ἀλλ' ἐπιλείψει καταβιαζόμενον [66] τῶν τεινόντων τὴν φράσιν καὶ διογκούντων λέξεών τε καὶ τῶν ἄλλων μερῶν τῆς τοιαύτης ἰσχύος· [412 R.] ὃ πολλοῖς μὲν τῶν γε τὴν τοιαύτην ἰδιοτροπίαν ἐπιτετηδευκότων συνέβη, οὐ μὴν πρὸς ἐπαίνου γε τοῖς μὴ διασεσωκόσι τὸν ὑπὲρ ἰσχὺν ἡρμένον φόρτον ἀποβαίνει. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν κρίσις [67], ὡς εἰπεῖν ἁπλῶς γε λόγου· τοῦ δὲ βίον γράφοντος τάχα ἂν εἴη καὶ ἕτερα πλείονα. Τί γὰρ αὐτῷ δεήσει μορφῆ διὰ μεγέθους ἥκουσα; νομοθέτου B γὰρ καὶ προστάττοντος τοῦτο λόγου. Τί δὲ τόνος καὶ περιβολὴ τοσαύτη καὶ τῆς συνθήκης τὸ ἄηθες; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον.

Ὁ δὲ Δαμάσκιος τήν τε ῥητορεύουσαν τέχνην ὑπὸ Θέωνι τρία ἔτη ὅλα διεπόνησε, καὶ προῦστη διατριβῶν ῥητορικῶν ἐπὶ ἔτη θ', γεωμετρίας δὲ καὶ ἀριθμητικῆς καὶ τῶν ἄλλων μαθημάτων Μαρῖνον τὸν διάδοχον Πρόκλου ἐν Ἀθήναις ἔσχε διδάσκαλον. Τῆς δὲ φιλοσόφου θεωρίας ὅ τε Ζηνόδοτος αὐτῷ καθηγεμὼν Ἀθήνῃσι καὶ αὐτὸς ἐγεγόνει (διάδοχος δὲ καὶ οὗτος Πρόκλου, τὰ δεύτερα Μαρίνου φέρων), καὶ Ἀμμώνιος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὁ Ἑρμείου, ὃν οὐ μικρῷ C μέτρῳ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ φησὶ διαφέρειν, καὶ μάλιστα τοῖς μαθήμασι. Τοῦτον καὶ τῶν Πλατωνικῶν ἐξηγητὴν αὐτῷ γεγενῆσθαι Δαμάσκιος ἀναγράφει, καὶ τῆς συντάξεως τῶν ἀστρονομικῶν Πτολεμαίου βιβλίων. Τῆς μέντοι διαλεκτικῆς τριβῆς τὰς Ἰσιδώρου συνουσίας τὴν ἰσχὺν αὐτῷ διατείνεται παρασχεῖν, ὃν καὶ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ τῶν λόγων δυνάμει πάντας ἀνθρώπους, ὅσους ὁ κατ' ἐκείνην τὴν γενεὰν ἤνεγκε χρόνος, ἀποκρύψασθαί φησιν.

CLXXXII.

B. Eulogii, archiepisc. Alexandrini, Contra Navatum libri VI.

Lecti sunt B. Eulogii Alexandrini archiepiscopi *Contra Navatum* (29) et *De administratione* (30) [*ecclesiastica*] libri quinque (31). Hominis dictio ad verba quod attinet, fere mediocriter est accurata : D verum constructione non procul sæpe a solœcismo abscedit. Divinarum adhæc Scripturarum non est imperitus, quarum testimonia feliciter atque appo-

ΡΠΒ'.

Εὐλογίου, ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, κατὰ Ναυάτου λόγοι ς'.

Ἀνεγνώσθη Εὐλογίου τοῦ ἐν ἁγίοις ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας *κατὰ Ναυάτου* καὶ *περὶ οἰκονομίας λόγοι ε'*. Ἔστι τὴν φράσιν ὁ ἀνὴρ, ὅσα μὲν εἰς λέξιν ἥκει, τοῦ μετρίου πως ἐπ' ἔλαττον ἠκριβωμένος, ὅσα δὲ εἰς συντάξεις, ἐγγὺς πολλάκις τῶν σολοικιζόντων ἀφιγμένος, τῶν δὲ θείων οὐκ ἀμελέτητος Γραφῶν, ἀλλὰ καὶ εὐστόχως αὐταῖς κατά τε [68] Ναυ-

VARIÆ LECTIONES.

[66] ποικίλλον A. [68] ἔντονον ς. τῶν λόγων ς. [66] κατὰ τὸ βιαζόμενον ς. [67] κρίσιν A. [68] τε add. A.

NOTÆ.

(27) Cujus libellus *De Procli Diadochi vita* in manibus est; lege Suid.

(28) Ad distinctionem hujus ab altero antiquiore Ammonio Sacca, de quo Suidas.

(29) Novatianum hunc fuisse, sed a Novato quodam B. Cypriani presb. seductum (quæ Græcis forte ansa confundendi horum nomina), disces ex BB. Cornelii, Cypr. Hieron. et aliorum Latinorum scriptis. Vide Epiphanium hæresi 59 ; Theodor. *Hæret. fab.* lib. III, et *Annal.* II Baron. card., Nicephorum, item Callist. et Suid.

(30) Περὶ οἰκονομίας. Intelligo potestatem Ecclesiæ in recipiendis lapsis. De οἰκονομίᾳ idem inf. quoque cod. 227.

(31) De quibus iterum, sed brevius, inf. cod. 218. Eorum porro excerpta, quæ quidem ad sacrarum Scripturarum expositionem facerent, habes inf. cod. 230. Sextus autem qui fictas de Navato fabulas confutat, contra ipsos potius ejus sectatores scriptus videtur.

Digitized by Google

ατιανῶν καὶ ἐπ' ἄλλων τινῶν κεχρημένος, πιθανὸς δὲ ὡς ἐν τοιαύτῃ φράσει, διδασκαλικός τε καὶ οὐδ' ἄχαρις.

Λέγει δὲ τὸν Ναυάτον ὑπὸ Κορνηλίου παπα Ῥώμης ἀρχιδιάκονον τῆς Ῥωμαίων καθεστάναι Ἐκκλησίας, εἰς ὃν ὁ τηνικάδε τύπος κρατῶν τελευτῶντος τοῦ πάπα τὸν ἀρχιερατικὸν κλῆρον ἔφερε· τὸν γὰρ ἀρχιδιάκονον ἐνενόμιστο [214 H] διάδοχον τοῦ ἀρχιερατεύοντος καθίστασθαι. Ἀλλὰ τῦφον [69] τε νοσοῦντα Κορνήλιος (φησὶ) καὶ τῷ οἰκείῳ ἐφεδρεύοντα θανάτῳ μαθὼν, πρεσβύτερον χειροτονεῖ, πάσας τὰς εἰς τὸν [70] ἀρχιερατικὸν θρόνον φερούσας αὐτοῦ περικόψας ἐλπίδας. Ὁ δὲ καιροφυλακῶν, ἐπεὶ Κορνήλιος ἐπὶ διαφόροις πταίσμασί τινας δεξάμενος εἰς μετάνοιαν καὶ τοῖς ἀνήκουσιν ἐπιτιμίοις ὑποβαλὼν τῆς τῶν ἀχράντων μυστηρίων κοινωνίας ἠξίωσε, τοῦτο πρόφασιν ἁρπασάμενος ῥήγνυταί τε τῆς Ἐκκλησίας, ἐπικαλῶν Κορνηλίῳ τὴν τῶν ἡμαρτηκότων παραδοχὴν, καὶ ἰδίας αἱρέσεως ἀρχηγὸν ἀναδείκνυσιν ἑαυτὸν, *Καθαροὺς* μὲν τοὺς συναποστάτας ἐπονομάσας, *Κορνηλιανοὺς* δὲ τὸ σύμπαν τῆς Ἐκκλησίας πλήρωμα.

site cum adversus Navatianos, tum in aliis quibusdam rebus adhibet. Persuadet item, ut ejus dicendi genius est, docetque ac placet.

Refert autem Navatum (32), Cornelio pontifice, Romanæ esse Ecclesiæ archidiaconum creatum, ad quem ipsum pontificium, pro ejus temporis more, decedente e vita pontifice, deferebatur. Archidiaconum enim succedere summo sacerdoti statutum erat. Verum hunc (ait Eulogius) superbia laborantem Cornelius, et in suam mortem imminentem cum cognovisset, presbyterum ordinat, omnes sic illi ad supremam cathedram perveniendi spes præcidens. Ille vero intentus in occasionem, postquam Cornelius e variis peccatis ad pœnitentiam quosdam recepit, et qua par erat pœna multatos ad immaculatorum mysteriorum communionem admisit; hac ansa [miser] arrepta, divisus est ab Ecclesia, exprobrans Cornelio quod peccatorum esset receptator, seque ipsum hæresis propriæ declaravit auctorem: *Catharos* quidem sectæ sócios nominans, *Cornelianos* autem universæ cœtum Ecclesiæ.

[413 R] Ἐν μὲν οὖν τοῖς τέσσαρσι λόγοις κατὰ τῆς αἱρέσεως κοινῶς [71] τοῦ Ναυάτου ἀγωνίζεται ὁ συγγραφεὺς, γραφικοῖς αὐτὸν αἰκιζόμενος ῥήμασιν. Ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ ἰδίως περὶ τοῦ δεῖν τιμᾶν τὰ τῶν μαρτύρων λείψανα ἐπαγωνίζεται, ὃ μὴ ἀνέχεσθαι πράττειν φησὶ τοὺς ἀνὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν διασπαρέντας Ναυατιανοὺς, εἴτε τούτων μόνων [72] καὶ τὴν τοιαύτην νόσον προσνενοσηκότων, εἴτε κοινῶς τῆς αἱρέσεως τοῦτο διαπρεσβευούσης. Ἐν δὲ ἕκτῳ ἀνατρέπει τὰ παρὰ τοῖς Ναυατιανοῖς λεγόμενα ὑπομνήματα καὶ τὴν ψευδεπίγραφον ἄθλησιν Ναυάτου ἐπισκόπου· ἐπίσκοπον γὰρ Ῥώμης τὸν αἱρεσιάρχην ἀποσεμνύνουσιν. Ἔστι δὲ τὰ ὑπομνήματα ταῦτα εἰς ἔσχατον χυδαιότητος λέξει τε καὶ διανοίᾳ καὶ συνθήκῃ καὶ πᾶσι τοῖς περὶ τὸν λόγον θεωρουμένοις ἐλαύνοντα. Ὑπόθεσιν δ' ἔχει, ὅτι βασιλεύοντος Ῥωμαίων Δεκίου καὶ Οὐαλεριανοῦ Περέννιος [73] δουκηνάριος, πρόσταγμα λαβὼν παρ' αὐτῶν, πάντας τοὺς ἀνὰ τὴν Ῥώμην καὶ τὰς πέριξ ἐπαρχίας Χριστιανοὺς βαρυτάταις βασάνοις καὶ πικραῖς τιμωρίαις εἰδωλολατρεῖν ἐβιάζετο. Καὶ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι ἐνεδίδουν τῇ βίᾳ, καὶ δὴ καὶ Μακεδόνιος ἐπίσκοπος ὢν τηνικάδε Ῥώμης, ἔχων ὑφ' ἑαυτὸν πρεσβυτέρους θ', ὧν εἷς Ναυάτος ἦν· ἀλλ' ὅ γε Μακεδόνιος σὺν τοῖς η' ἐπιτέθυκε, μόνου Ναυάτου τὸν ὅλεθρον τὸν ψυχικὸν διαφυγόντος. Τὰ μὲν ὑπομνήματα τοῦτο

In his igitur libris quatuor **127***b* cum Navati secta in genere scriptor hic pugnans, sacræ Scripturæ locis ipsum misere flagellat: dum quinto singulatim libro martyrum esse reliquias venerandas contendit, quod detrectare per Alexandriam dispersos Navatianos ait: sive hi soli eo morbo laborarint, sive communiter illud hæresis tota profiteretur. At in sexto evertit, qui de Navatiana secta feruntur commentarios, et falso inscriptum *Navati episcopi certamen;* episcopum (33) enim urbis Romæ fuisse hæresiarcham hunc arroganter jactitant. Sunt autem hi commentarii extremæ utilitatis, tum dictionibus ac sensu, tum etiam compositione, omnibusque adeo quæ in sermone spectantur. Eorum illud est argumentum: Imperantibus Romæ Decio et Valeriano, Perennium ducenarium (34), accepto ab ipsis mandato, omnes Romanæ urbis, et circumcirca ditionis Christianos, exquisitis cruciatibus pœnisque acerbis ad idolorum cultum per vim compulisse: et multos quidem alios tormentis cessisse; in his autem et Macedonium (35), qui tum urbis Romæ episcopus novem sibi subditos presbyteros (36) habebat, in quibus Navatus unus erat. Macedonium ergo hunc cum illis octo sacrificasse, uno Navato animæ mortem effugiente. Hæc commentarii illi referunt,

VARIÆ LECTIONES.

[69] τάφον ς. [70] τὸν add. A. [71] κοινῶς τοῦ Ναυάτου A : Ναυάτου κοινῶς ς. [72] μόνον — προσνενοσηκότων ς. [73] Περένιος A.

NOTÆ.

(32) Vide inf. cod. 280.

(33) Per schisma, cujus hic in Rom. Ecclesia primus auctor adversus Cornelium Pontificem insurrexit.

(34) Ita dicti, instituti ab Augusto judices (Suet. Aug. cap. 32), quod ducena sestertia possiderent. Vide Cl. V. Lævini Torrentii *Comment. in Sueton. Claud.* cap. 24, et Jac. Pamel. in B. Cypr. epist. 68. Brisson. item in Lexico. Est et militiæ nomen apud Veget. lib. II, cap. 8.

(35) At nullus hoc nomine unquam Rom. episcop. Quare suspicetur quispiam Macedonii Constantinop. odiose hic ab imperito mendaciorum figulo nomen esse usurpatum, quod crudelitatis illius in Navatianos recentior esset memoria.

(36) Al. *Episcopos*, non recte. Docent quæ jam pag. ult. et ipsa hujus fabulæ series.

Digitized by Google

pugnamque Navati per ineptas Perennii interrogationes, stultioresque Navati responsiones describunt. Addunt cum Navato Marcellum, et Alexandrum Aquileiæ episcopos, Agamemnonem quoque Tiberis episcopum (37), cæterorumque Christianorum quosdam, fide inviolata servata, una habitasse ædiculam ab ipsis exstructam; quod iis, qui idolis immolassent, uti simulque sacris operari recusarent. Refertur et Alexandrinus episcopos (38) ea tempestate summum urbis Romæ præsulatum Navato attribuisse. Atque id quidem commentariorum de certamine Navati est argumentum. Refellit autem hæc libro quinto Eulogius (39), ut diximus, mendacia esse eadem illa falsoque conficta, atque incredibilia ex ipsismet quæ scripta essent, ostendens.

A λέγει, καὶ τὴν ἄθλησιν Ναυάτου ἐν ἀλλόκοτοις ἐρωτήσεσι Περεννίου καὶ μωροτέραις ἀποκρίσεσι Ναυάτου περιγράφει. Φησὶ δὲ ὅτι σὺν Ναυάτῳ Μάρκελλός τε καὶ Ἀλέξανδρος ἐπίσκοποι Ἀκυληΐας καὶ Ἀγαμέμνων ἐπίσκοπος Τιβέρεως [74] καὶ ἕτεροί τινες τῶν Χριστιανῶν, ἀπρόδοτον τὴν πίστιν διασωσάμενοι ἅμα συνῴκουν, οἰκίσκον τινὰ ἑαυτοῖς δειμάμενοι [75]· οἳ καὶ τοῖς ἐπιτεθυκόσι συνιέναι καὶ συνιερᾶσθαι οὐκ ἠνέσχοντο. Τοὺς δὲ περὶ Ἀλεξάνδρειαν ἐπισκόπους τηνικαῦτά φησι καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας Ναυάτῳ περιθεῖναι. Ἡ [76] μὲν τῶν ὑπομνημάτων ὑπόθεσις τῆς ἀθλήσεως Ναυάτου τοιαύτη· ἐλέγχει δὲ ταῦτα [77] ἐν τῷ πέμπτῳ, ὡς εἴρηται, λόγῳ, κακόπλαστα καὶ ψευδῆ καὶ ἀπίθανα ἐξ αὐτῶν δεικνύων τῶν γεγραμμένων.

Librorum igitur quinque beati Eulogii hic scopus est. Qui in confutanda illa secta per sacræ Scripturæ loca progressus, explanationes quasdam perutiles attexit, quanquam neque cætera ipsius cum aliorum pia sententia pugnent, **128**a sed accommodate ad sectæ illius refutationem assumpta sint.

B Ὁ μὲν τῶν ε' λόγων τοῦ ἐν ἁγίοις Εὐλογίου σκοπὸς οὗτος· ἐν δὲ τοῖς πρὸς τὴν αἵρεσιν ἐλέγχοις διὰ τῶν [215 H.] Γραφικῶν ῥητῶν προϊὼν καὶ ἑρμηνείας αὐτοῖς συνυφαίνει, ἐνίας αὐτῶν πολὺ τὸ χρειῶδες παρεχομένας, οὐδὲ τῶν ἄλλων τῇ εὐσεβεῖ δόξῃ μαχομένων, ἀλλὰ καὶ [78] προσφόρως πρὸς τὸν αἱρέσεως ἔλεγχον παρειλημμένων.

CLXXXIII.

Eudociæ Augustæ Metaphrasis metrica in Octateuchum.

Lecta est *Metaphrasis Octateuchi*, heroico carmine condita libris octo, pro translatorum scilicet numero ac divisione librorum. Inscriptio autem codicis ab Eudocia Augusta (40) elaboratum hoc carmen affirmabat, quod, tum quia mulieris, et quidem in imperio deliciis affluentis, tum quia præclarum adeo est, admiratione sane dignum judicatur. Etenim illustris est hic labor, ut in heroico carmine, si quis unquam alius. At dum artis legibus altius immergitur, in hoc uno (maximo tamen illo ad eorum laudem, qui propius libros vertendos censent) ab arte deficit, quod neque poeticæ libertate, veritatem in fabulas commutando, adolescentum aures demulcere studeat, neque rursum digressionibus auditorem a re proposita abducat, sed ad verbum adeo veteribus illis scriptis suum metrum adaptet, ut iis nihil, qui hæc verset, indigere videatur. Nam et sensuum, nihil quidquam aut diffundendo, aut contrahendo, proprietatem servat assidue; et in verbis, quoad ejus fieri potest, proxima quæque atque simillima confirmat. Quando porro liber hic eam, quæ ex arte versibus orationem struxisset, indicabat, sic fere loquebatur:

ΡΠΓ'.

Εὐδοκίας τῆς βασιλίδος μετάφρασις τῆς Ὀκτατεύχου.

Ἀνεγνώσθη *Μετάφρασις τῆς Ὀκτατεύχου*· ἡρῷον δ' [79] αὐτὴν μέτρον μετεποίει. Λόγοι δ' ἦσαν η' κατὰ ἀριθμὸν καὶ τομὴν τῶν ἀμειφθέντων, Εὐδοκίας δὲ τῆς βασιλίδος ἐν ἐπιγραφαῖς πόνον ἔλεγεν ἡ βίβλος τὸ μέτρον. Ὅπερ ὅτι καὶ γυναικὸς καὶ βασιλείᾳ τρυφώσης καὶ οὕτω καλὸν, ἄξιον θαυμάσαι. Σαφὴς μὲν γὰρ ὁ πόνος ὡς ἐν ἡρῴῳ μέτρῳ, εἴ πού τις ἄλλος [416 R.], καὶ νόμοις δὲ τῆς [80] τέχνης βαθύνεται, ἐκεῖνο μόνον ταύτης ἐλλείπων, ὃ μέγιστόν ἐστιν εἰς ἔπαινον τῶν ἐγγὺς ἀμείβειν λόγους ἀξιούντων· οὔτε γὰρ ἐξουσίᾳ ποιητικῇ μύθοις τὴν ἀλήθειαν τρέπων ἡδύνειν σπουδάζει μειρακίων [81] ὦτα, οὔτε ταῖς ἐκβολαῖς τὸν ἀκροατὴν διαπλανᾷ τοῦ προκειμένου, ἀλλ' οὕτω περὶ πόδα τὸ μέτρον ἔθετο τοῖς ἀρχαίοις ὡς μηδὲν ἐκείνων δεῖσθαι τὸν τούτοις ἐνομιλοῦντα. Τὰς μὲν γὰρ διανοίας οὔτε παρατείνων οὔτε συστέλλων ἀεὶ φυλάσσει κυρίας· καὶ ταῖς λέξεσι δὲ, ὅπου δυνατὸν, τὴν ἐγγύτητα καὶ ὁμοιότητα συνδιαφυλάσσει. Οἷς δ' ἔλεγεν ἡ βίβλος τὴν τὰ μέτρα τοῖς λόγοις τεχνησαμένην, ἔλεγεν ὧδε·

VARIÆ LECTIONES.

[74] Τιβούρεως Scaliger. [75] δειμάμενοι A : δομησάμενοι ς. [76] ἡ] καὶ ἡ ς. [77] δὲ μετὰ ταῦτα ς. [78] καὶ add. A. [79] δ'] libri δι'. [80] τῆς add. A. [81] μειράκια ς.

NOTÆ.

(37) Minus recte pro *Tibyris*.

(38) Inf. pag. ult. tres hic nominatos manus Navato imposuisse, summique Pontif. dignitatem in eum contulisse, refert Phot. Et exstat Dionys. tunc Alexandr. archiepisc. Navatum reprehendentis epist. apud Euseb. lib. VI, cap. 37, et alios.

(39) Imo sexto. Ex præcedenti proxime enumeratione et manifestissime ex pag. ult.

(40) De qua multa Niceph. Callist. lib. XIV, cap. 23, et alibi. Zonaras etiam centones Homericos Patricii cujusdam opus imperfectum, ab eadem absolutum scribit: et hodie Græce plerique exstant, ut et Latine redditi, tom. VIII *Bibliothecæ S. Patrum*.

Digitized by Google

Δευτερίην [81] *καὶ τήνδε Θεοῦ θέμιδος κλῆσε* A *[βίβλον*
Εὐδοκίη βασίλεια Λεοντιὰς εὐπατέρεια.

Καὶ τοῦ Ἰησοῦ δὲ τοῦ Ναυῆ καὶ τῶν Κριτῶν αἱ ἐπιγραφαὶ συνεπιμαρτύρονται τοῖς εἰρημένοις.

Scripsit divina deductum hoc lege volumen
Eudocia, illustri regina e stirpe Leonti.

Et vero Jesu Nave, Judicumque libri inscriptiones iis, quæ jam dicta sunt, testimonium præbent.

ΡΠΔ'.

Τῆς αὐτῆς μετάφρασις τοῦ τε θεσπεσίου Ζαχαρίου καὶ τοῦ προφήτου Δανιὴλ· καὶ λόγοι γ' εἰς τὸν ἅγιον Κυπριανόν.

Ἀνεγνώσθη τῷ αὐτῷ μέτρῳ καὶ τῆς αὐτῆς γλώσσης *Μετάφρασις* προφητικῶν λόγων, τοῦ τε *θεσπεσίου Ζαχαρίου καὶ τοῦ κλεινοῦ Δανιὴλ*· ἡ αὐτὴ δὲ χάρις τοῦ τεχνίτου διέπρεπε κἀν τούτοις.

Τί δή ποτε δὲ *Δεξιὰ* καὶ *Λόγος* καὶ *Δύναμις*, καὶ ὅσα ἄλλα, τοῦ Πατρὸς μὲν ὁ Υἱὸς λέγεται, ἀλλ' οὐκ ἔμπαλιν ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ; ἢ διότι ὁ Πατὴρ μὲν οὐκ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλ' ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρός. Ἔτι δὲ χεὶρ μὲν, καὶ βραχίων, καὶ σοφία, καὶ λόγος τοῦδε τοῦ ἀνθρώπου λέγεται, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος τῆς δεξιᾶς ἢ τῆς σοφίας ἢ τῶν ὁμοίων οὐκ ἂν ῥηθείη[73], ὥσπερ οὐδὲ τοῦ κλάδου φαμὲν τὸ δένδρον, ἀλλὰ τὸν κλάδον τοῦ δένδρου. Καὶ τὸ Πνεῦμα δὲ δάκτυλος[74] ὀνομάζεται Θεοῦ; [617 R.] καὶ ἐπεὶ ὁ δάκτυλος τῆς χειρὸς, εὐλόγως οὐ μόνον τοῦ Πατρὸς, [319 H.] ἀλλὰ καὶ τοῦ

C Υἱοῦ, ἥτις ἐστὶν ἡ πατρικὴ δεξιά, λέγεται. Ἀλλ' οὐ τὸ ἀνάπαλιν ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος· οὐδὲ γὰρ ἡ χεὶρ ῥηθείη ἂν τοῦ δακτύλου. Οὐκ ἦν δὲ ἄρα οὐδὲ διὰ ταῦτα ἀντὶ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν ἢ τὸ Πνεῦμα κατ' ἀρχὰς συμφέρον καταγγέλλεσθαι. Καὶ γὰρ καὶ ἀνθρώπων Πατὴρ ὁ Θεὸς, ὡς προέφημεν[75], ἐλέγετο· *Υἱὸς* δὲ ἢ *Πνεῦμα ἡμῶν* ὁ Θεὸς, τῶν ἀμηχάνων τε καὶ ἀνακολούθων ἐκρίνετο λέγεσθαι. Διὸ καὶ ὁ[76] Πατὴρ μὲν κηρυττόμενος διὰ τὴν ἐν τῇ συνηθείᾳ κατάχρησιν ἓν παρεδήλου τότε τοῖς πολλοῖς καὶ ὑπεδείκνυε πρόσωπον· εἰ δὲ ὁ Υἱὸς ἢ τὸ Πνεῦμα κατήγγελτο, πάντως ἂν τὸ δυαδικὸν συνωμολογεῖτο τῶν ὑποστάσεων· ὁ γὰρ ἀκούων Υἱὸν, εὐθὺς πρὸς τὸν Πατέρα ἀνήγετο. Καὶ τὸ Πνεῦμα ὁμοίως· οὗ γὰρ ἦν Πνεῦμα,

D ἐπεζήτει ἡ διάνοια, οἷς ἡ νόσος τὸ πολύθεον ἀπὸ τῆς σωζούσης θεολογίας ἐλάμβανε τὸ ἀνίατον. Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων οὐδὲ δυνατὸν ἦν, καθάπερ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, οὕτω καὶ τὸ τοῦ Πατρὸς σοφαῖς μεθόδοις περικαλύπτεσθαι πρόσωπον. Πνεῦμα μὲν γὰρ Θεοῦ ῥηθὲν καὶ *Δεξιὰ*, καὶ *Σοφία*, καὶ *Δύναμις* οἶδεν ἐκφεύγειν τὸ τῆς πολυθεΐας παλίμφημον· λανθάνει γὰρ τοὺς πολλοὺς διαφορὰν προσώπων συνεπαγόμενον. *Πατὴρ* δὲ *Θεοῦ* κηρυχθεὶς, κἂν τὸν γεννηθέντα λάβοις, κἂν τὸ ἐκπορευθὲν, οὐκέτι μὲν λαθεῖν ἔχοι τὸ διά-

[k] Psal. II, 7. [l] Psal. IX, 10. [m] Exod. VIII, 19; Luc. XI, 20.

VARIÆ LECTIONES.

[71] μὴ om. pr. A. [72] μὴ et mox του add. A. [73] ἂν μὴ ῥηθείη ς. [74] δάκτυλος] Exod. VIII, 19; Luc. XI, 20. [75] ὥσπερ ἔφημεν A. [76] ὁ om. A.

Digitized by Google

φορον εἰσάγων τῶν ὑποστάσεων, οὐδ' ὅμοιον τοῖς τὸ πολύθεον νοσοῦσι προσφέρειν τὸ ἴαμα. Οὐ μὲν οὖν ἀλλ' οὐδ' εἴπερ ὁ Πατὴρ κατὰ τὸ ἔμπαλιν χεὶρ τοῦ Υἱοῦ ἢ τοῦ Πνεύματος ὠνομάζετο, ὑποκρύπτειν ἑαυτὸν καὶ τὸ δυαδικὸν περικαλύπτειν τῶν προσώπων ἠδύνατο· ἵνα μὴ λέγω ὡς οὐδὲ ῥηθῆναι παντελῶς τὰ εἰρημένα, οὔτε νοῦν οὔτε φύσιν ἔχειν οὐδεὶς ἂν ὑπόθοιτο. Διὰ τί δ' οὖν κατ' ἀρχὰς ἡ Τριὰς οὐχ ἅμα κατήγγελτο; ὅτι καθάπερ τοῖς ὀφθαλμιῶσι τὸ λαμπρὸν φῶς, καίτοι σωτήριον ὄν, ἀθρόον ἐπιβλαβέστατον, οὕτω καὶ τοῖς εἰς τὸ πολύθεον ἀποτυφλωθεῖσιν ἡ τριαδικὴ θεολογία βλαβερὸν ὑπῆρχε καὶ ἐπιζήμιον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τῷ φιλοθέῳ συγγραφεῖ καὶ ὁ τῶν λόγων ζ' ἐν τρισὶ φιλοπονεῖται κεφαλαίοις, ἃ μετὰ τὸ κς' τὸν ἀκόλουθον ἀριθμὸν ἀναδέχεται.

A *Dei* enuntiatum sit, sive genitum intellexeris, sive eum qui processit, nequaquam jam id, quin personarum discrimen afferat, ignorari amplius possit, neque simile remedium idololatriæ labe infectis afferri. Itaque ne tum quidem, si Pater e contrario *Filii*, vel *Spiritus sancti manus* nominaretur, seipsum abscondere, et dualitatem personarum contegere posset : ne hoc dicam, neminem unqnam censere potuisse, ut quæ nunc commemoravimus, vel omnino dicerentur, aut sensum aliquem, aut genium habere judicarentur. Quare igitur Trinitas ab initio non evulgata est : quia, quemadmodum laborantibus ex oculis splendidum lucis jubar, etsi salutiferum, maxime noxium est, ita et multorum deorum cultu occæcatis noxia erat Trinitatis theologia, ac perniciosa futura. Verum hæc quidem Dei amans scriptor septimo libro tribus illis graviter pertractat capitibus, quæ post sextum et vicesimum ordine consequuntur.

Τὸ δὲ τριακοστὸν αὐτῷ κεφάλαιον διέξεισιν ὡς ὁ πρῶτος σεισμὸς θεμέλιος τῷ β' γεγένηται, καὶ οὐ μόνον τοῖς κατὰ Μωσέα συνήνεγκε Θεὸν τὸν Πατέρα κηρύξας, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν τῇ χάριτι. Ἐξ ὧν γὰρ τὸν Θεὸν Πατέρα τῶν ἀνθρώπων νομίζεσθαι ἔδωκεν, ἕκαστος[17] τῶν γνησίως προσανεχόντων Θεῷ Υἱὸς Θεοῦ εἰκότως ἐλέγετο· ἐκ δὲ τούτου θύρα καὶ ὁδὸς τῇ διὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ ὑπανοίγνυται. Διὸ καὶ τὸν Υἱὸν ὁ β' κηρύττων σεισμὸς, ὡς ἤδη συνήθους οὔσης τῆς φωνῆς καὶ ἐπὶ ψιλῶν ἀνθρώπων τίθεσθαι, οὐχ οὕτω τοὺς ἀκούοντας ἐξετάραττεν, ἐκ τῆς χρήσεως τῆς πρώτης Διαθήκης καταλεανθέντας τὰς ἀκοάς, καὶ οὐκέτι πρὸς τὴν φωνὴν οὕτως ἐμεμήνεσαν, ὥσπερ ἐμαίνοντο ἄν, εἰ μὴ συνήθης αὐτοῖς ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς ἐγεγόνει Διαθήκης. Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῆς νομικῆς πολιτείας τὸ κηρύττεσθαι τὸν Υἱὸν λαμπρῶς ἢ τὸ Πνεῦμα, δι' ἃς αἰτίας προείπομεν, [320 H.] τοῖς ἔτι τὰς οὐλὰς τῆς πολυθέου πληγῆς ἐν ἑαυτοῖς φέρουσιν, [620 R.] οὕτω δὴ καὶ τὸ σαρκωθῆναι μὲν τὸν Πατέρα ἢ τὸ Πνεῦμα, συνεσκιάσθαι δὲ καὶ λαβεῖν ἰσχὺν εἰς τὸ λαθεῖν, ὃν τρόπον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ, ἀδύνατον ἦν. Εἰ γὰρ καὶ κοινῆς οὔσης καὶ τετριμμένης τῆς τοῦ Υἱοῦ προσηγορίας ὅμως τὸν Υἱὸν σάρκα λαβόντα, ὅτι Θεοῦ Υἱὸν (ὅπερ ἦν) ἔλεγεν ἑαυτὸν, καὶ χρημνοῖς ἐξῶσαι καὶ ῥαπίσμασι βαλεῖν[18] καὶ τὸ τελευταῖον σταυρῷ ἀναρτῆσαι ἐξεμάνησαν, τί οὐκ ἂν ἐποίησαν καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ μαθηταὶ δούλου μορφὴν ὁρῶντες, εἰ ὁ σαρκωθεὶς ἔλεγεν, *Ἐγώ εἰμι ὁ Πατὴρ, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον;* ὥστε τὸ πᾶν τῆς οἰκονομίας θεοπρεπῶς τε καὶ ὑπὲρ λόγον καὶ ἔννοιαν διεπραγματεύθη, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν ἀπειργάσατο.

B Tricesimum vero caput persequitur, ut primus motus terræ fundamentum alterius fuerit, utque non solum iis qui sub Mose vixerunt, Deum Patrem **194***b* prædicando profuerit, sed et qui tempore gratiæ. Postquam enim effecit ut Deus hominum Pater crederetur : mox etiam quicunque in Deo fiduciam collocaret, merito *Dei Filius* appellatur. Unde patefacta janua, et via aperta est ad incarnationem cognoscendam. Quam etiam ob causam dum Filium secundus ille terræ motus prædicaret (quod jam consuetum esset hanc vocem de meris quoque hominibus usurpare), non sic auditores turbabat prioris Testamenti usu mitigatis auribus, ut non amplius sic vocis hujus occasione insaniverint, quemadmodum insanivissent, nisi C usitata illis per Vetus Testamentum esse cœpisset. Quem enim ad modum sub lege Filii aut Spiritus aperta promulgatio, ob eas, quas antea causas diximus, noxia fore videbatur iis, qui adhuc cicatrices inflicti a deorum multitudine vulneris gerebant. Sic certe Patrem vel Spiritum sanctum incarnari, umbraque tegi, et latendi accipere facultatem (ut in Filio factum) impossibile fuisset. Nam si tum quoque, cum Filii appellatio communis esset, atque usu trita, ipsum tamen Filium carne indutum quia *Dei Filium* (quod erat) seipsum dixit [n], ex editiori loco præcipitare, et alapis excipere [o], ac tandem cruci furiose affigere aggressi sunt, quod non fecissent et ipsi, et discipuli, [solam] servi videntes formam, si incarnatus dixisset : *Ego sum Pater*, vel *Spiritus sanctus?* Ergo divinitus, et supra quam dici ac cogitari possit, universa mundi gubernatio una cum hominum salute procurata est.

D

Κατ' ἀρχὰς μέντοι ὁ Λόγος οὐ σεσάρκωται καὶ δι' ἄλλας μὲν αἰτίας, καὶ διότι οὐκ ἔδει εὐθὺς τὸ μέγιστον τῶν φαρμάκων τοῖς νοσοῦσι προσενεγκεῖν,

Attamen mox ab initio Verbum incarnatum non est, cum aliis de causis, tum idcirco quod non oporteret statim maximum medicamentum morbi-

[n] Luc. IV, 29. [o] Marc. XIV, 65; Joan. XIX, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[17] ἕκαστον ς. [18] βαλεῖν corr. A : λαβεῖν ς.

Digitized by Google

dis afferre, sed quæ vim haberent paulatim morbum abigendi. Ad hæc, ab initio Verbum incarnatum, non modo quantam in fine temporum, adventu suo utilitatem [non] præbuisset, sed incitamentum potius idololatris ad errorem judicatum fuisset. Nam si, cum Græci rerum potirentur, similibus affectionibus obnoxios homines tam facile in Dei evehebant dignitatem, quomodo scientes in carne Verbum apparens, tanquam Deum celebrari, non statim inde fictorum a se deorum exempla peterent, iisque, qui conarentur ab hoc errore avellere, non promptissime exprobrarent, illos ipsos, qui reprehenderent hominem æque pro Deo prædicare ac venerari. Propterea enim quo tempore Græci deos fabricarent, **195***a* Patris quoque unitas prædicata est. [Ne item dicerent : Si distulisset, suis se viribus humanum genus salvare potuisset, atque ita summa gratia fuisset ingratis summum ingrati animi vitium. Etsi nihil etiam ab initio vetuisset, salutis loco contentionum amantes homines, sic rursum dubitare : Cur non in fine, sed in principio : aut, cur non in medio temporum cursu, sed in principio Verbum incarnatum est? ita in se mutuo quæstiones secundum triplicem temporum differentiam torquentes.] Oportebat itaque primum illa evacuari, et ea quidem prædicatione, quæ Patrem solum annuntiaret : deindeque deorum effingendorum errore e memoria sublato, verum Deum in carne manifestari. Sic igitur se habet hæc de Verbi in temporis plenitudine incarnatione ratiocinatio. Et quemadmodum primus ille terræmotus per contrarias rationes deorum multitudini medicinam fecit, dum personarum discrimen texit, ita in novissimis quoque temporibus, cum Judaica opinio, in unam personam lege ac tempore corroborata, deorum multitudinem profligasset, et divinitus tunc Dei Filius ac benigne carnem assumpsit, et Trinitatis mysterium paulatim detexit.

31. Addit istis sapienter omnino Salvatorem, verbis quidem humilibus utendo, divinitatis absondisse radium, sed per illius opera effecisse, ut omnipotentis virtutis majestas effulgeret, ac per hæc eadem prædicari videretur. Atque hinc etiam, ait, dicebat : *Verba quæ ego loquor, a meipso non loquor; Pater autem in me manens, ipse facit opera* P. *Credite mihi* (56), *quia ego in Patre, et Pater in me est : alioquin propter opera ipsa credite.* Duas autem has ob causas verborum humilitatem adhibuit; primum quidem ad Judæorum effervescentem invidiam mitigandam; deinde vero ut nobis quoque humilitatis exemplum ipsomet facto exprimeret; tertio etiam, quia verborum splendor non omnino actiones simul emicare facit, cum tamen naturam

P Joan. xiv, 10.

ἀλλὰ τὰ ἐπ' ἔλαττον ἐλαύνειν τὴν νόσον δύναμιν ἔχοντα. Ἔτι δὲ καὶ ὅτι κατ' ἀρχὰς σαρκωθεὶς ὁ Λόγος οὐ μόνον [79] παρεῖχεν ἴσην ὥσπερ ἐπὶ τέλει παραγεγονὼς τὴν ὠφέλειαν, ἀλλὰ καὶ παράκλησις μᾶλλον τοῖς εἰδωλολατροῦσι πρὸς τὴν πλάνην ἐνομίζετο. Εἰ γὰρ, ὅτε παῖδες Ἑλλήνων ἐπέστη [80], τοὺς ὁμοιοπαθεῖς ἀνθρώπους εἰς τὸ τοῦ Θεοῦ ῥᾳδίως ἀνεβίβαζον ἀξίωμα, πῶς ἂν, εἰδότες σαρκὶ τὸν Λόγον φαινόμενον καὶ Θεὸν ὑμνούμενον, οὐχὶ τῶν παρ' αὐτοῖς πεπλασμένων θεῶν ἐκεῖθεν εἶλκον τὰ παραδείγματα, καὶ τοὺς μέλλοντας αὐτοὺς τῆς πλάνης ἀποσπᾶν εὐχερῶς οὐκ ἂν ἀντωνείδιζον, ἄνθρωπον καὶ αὐτοὺς τοὺς αἰτιωμένους Θεόν τε ὑμνεῖν καὶ σέβεσθαι, Διὰ τοῦτο γὰρ τότε τῶν Ἑλλήνων ἀνθρώπους θεοποιούντων καὶ ἡ τοῦ Πατρὸς μονὰς ἐκηρύττετο [81]. Οὐκοῦν ἔδει μὲν ἐκεῖνα πρῶτον [ἀρχῆσαι, ἔδει] καταργηθῆναι διὰ τοῦ κηρύγματος, ὃ τὸν Πατέρα μόνον κατήγγελλεν· εἶθ' οὕτω λήθῃ δοθείσης τῆς θεοποιοῦ πλάνης τὸν ἀληθῆ Θεὸν ἐν σαρκὶ φανερωθῆναι. Οὕτω μὲν οὖν ὁ λόγος τῆς ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν τοῦ Λόγου σαρκώσεως. Καὶ καθάπερ ὁ πρῶτος σεισμὸς διὰ τῶν ἐναντίων ἰάσατο τὸ πολύθεον ἐπικρυψάμενος τῶν ὑποστάσεων τὸ διάφορον, οὕτω [82] καὶ ἐν ἐσχάτοις καιροῖς, τῆς Ἰουδαϊκῆς δόξης εἰς ἓν πρόσωπον νόμῳ καὶ χρόνῳ κρατυνθείσης καὶ περιελούσης τὸ πολύθεον, ὁ Υἱὸς τηνικαῦτα θεοπρεπῶς τε καὶ φιλανθρώπως καὶ σάρκα λαμβάνει καὶ τὸ τῆς Τριάδος κατὰ μικρὸν ἀνακαλύπτει μυστήριον.

Ἐπάγει δὲ τούτοις ὡς πανσόφως ὁ Σωτὴρ τοῖς μὲν ῥήμασιν ἐταπεινολογεῖτο καὶ τὴν τῆς θεότητος συνέστελλεν αὐγὴν, τοῖς ἔργοις δὲ ταύτην [83] παρεσκεύαζεν ἀστράπτειν, καὶ δι' αὐτῶν εὐδόκει [84] κηρύττεσθαι τῆς παντοκρατορικῆς δυνάμεως [321 H.] τὸ ἀξίωμα. Διὸ καὶ ἔλεγε, *Τὰ ῥήματα* [85] *ἃ ἐγὼ λαλῶ, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ· ὁ δὲ Πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα. Πιστεύετέ μοι ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ* [621 R.] *καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. Εἰ δὲ μή, διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι.* Διὰ δύο δὲ ταύτας αἰτίας τὸ ταπεινὸν τῶν ῥημάτων ὑπῆρχετο· μίαν μὲν, τὸν φθόνον τῶν Ἰουδαίων καταπραῦνων φλεγμαίνοντα· δευτέραν δὲ, καὶ ἡμῖν ὑπογραμμὸν ταπεινοφροσύνης ἔργῳ διατυπῶν· καὶ τρίτην, ὅτι ἡ τῶν ῥημάτων λαμπρότης οὐ πάντως ποιεῖ συνεξ-

VARIÆ LECTIONES.

[79] οὐ μόνον) alteram negationem addit Schottus. [80] ἐπέστη AC : ἐπέστησαν ς. · post ἐκηρύττετο hæc addit mg AC. : καὶ ἵνα μὴ λέγοιεν, εἰ ἀνέμεινεν, αὐτὸ ἂν ἑαυτὸ τὸ ἀνθρώπινον ἀνεσώσατο, καὶ ἦν ἂν ἡ ἀνυπέρβλητος χάρις τοῖς ἀγνώμοσιν ὑπερβαλλούσης ἀχαριστίας ὑπόθεσις. Καὶ εἰ κατ' ἀρχὰς, οὐδὲν ἐκώλυε (ἐκώλυσε A) τοῖς ἀντὶ τῆς σωτηρίας τὸ φιλόνεικον ζητοῦσι πάλιν διαπορεῖν διά τί μὴ κατὰ τὸ τέλος, ἀλλὰ κατ' ἀρχὰς, καὶ διὰ τί μὴ κατὰ τὸ μέσον, ἀλλ' ἐν ἀρχῇ ἐσαρκώθη, καὶ κατ' ἀλλήλων τρέπειν τὰς ἀπορίας ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν χρόνον τριττῆς διαφορᾶς. [82] οὕτω] malim οὗτος. [83] ταύτης ς. [84] εὐδόκει apographum Stephani : ἐδόκει ς. [85] τὰ ῥήματα] Joan. xiv, 10.

NOTÆ.

(55) Hæc uncis inclusa verba in duobus duntaxat mss. legebantur.
(56) Vulg. *Non creditis?*

Digitized by Google

αστράπτειν καὶ τὰ πράγματα, ἡ δὲ τῶν ἔργων ὑπερφυὴς καὶ θεοπρεπὴς ἐπίδειξις καὶ τῶν ῥημάτων συνανυψοῖ τὴν εὐτέλειαν.

Ἐνταῦθα δὲ καὶ ῥητοῦ τινος εὐαγγελικοῦ [86] ἁπτύσσει διάνοιαν τοῦ λέγοντος, *Τί* [87] *ἐστιν εὐκοπώτερον εἰπεῖν, Ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι, ἢ Ἔγειραι* [88] *καὶ περιπάτει*; Εὐκοπώτερον δέ φησιν εἶναι τὸ πρωτον, ὅτι τὸ μὲν *ἀφέωνται* οὐκ ἔχει τὴν τῶν ῥημάτων προφορὰν ὡς ἐξ ἰδίας ἐξουσίας προφερομένην καὶ προστάγματος (οὐδὲν γὰρ κωλύει καὶ τὸν μὴ ὄντα τῆς ἀφέσεως Κύριον εὐαγγελίσασθαι ταύτην), τὸ δὲ, *Ἔγειραι καὶ περιπάτει* Δεσποτικῆς ὅλον προστάξεως ἤρτηται, ἄλλως τε δὲ καὶ ὅτι τὸ *Ἔγειραι καὶ περιπάτει*, ἀδιάβλητον φέρον ἔργοις τὴν αὐθεντείαν [89], καὶ τὴν ἄφεσιν συμπεριεῖχεν. Ὁ γὰρ δοὺς τὴν χάριν τοῦ βαδίζειν δηλονότι καὶ τῶν, ὑπὲρ ὧν κατείχετο τῇ νόσῳ, πλημμελημάτων τὴν ἄφεσιν συναπεδίδου. Δεσπότου δὲ φιλανθρώπου καὶ τὴν μάστιγα τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπαφεῖναι, καὶ τῆς πληγῆς μετὰ τοῦ πταίσματος τὸν πληγέντα ἀπαλλάξαι. Εἰδὼς δὲ τὸ ἔργον καὶ τὴν ἄφεσιν τῶν ἡμαρτημένων πιστούμενον καὶ τὴν δεσποτείαν τοῦ ἀφιέντος ἐπιδεικνύμενον, ἐπάγει [90]· *Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*, καὶ ἑξῆς. Ἀναγκαῖον δὲ ἦν τὸ ἐπισκιάζεσθαι τὸ μυστήριον τῆς τοῦ Λόγου σαρκώσεως διά τε τὸ γενέσθαι τοῖς ἀκροωμένοις εὐπαράδεκτον, καὶ ἵνα λάθῃ [91] τοῦ σκότους τὸν ἄρχοντα. Φησὶ γὰρ ὁ θεοφόρος Ἰγνάτιος τρία λαθεῖν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, τὴν Παρθενίαν Μαρίας, τὴν Σύλληψιν τοῦ Κυρίου, καὶ τὴν Σταύρωσιν. Λέγει δὲ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος περὶ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου, ὡς *Εἰ* [92] *ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.*

Ταῦτα εἰπὼν ἐπιφέρει ὡς ἡ μὲν ἀΐδιος καὶ ὑπεράρχιος Τριὰς ἀεί ἐστι καὶ ὡσαύτως Τριάς, Πατὴρ Υἱὸς καὶ Πνεῦμα ἅγιον, ἀλλ' ὑπὲρ ὃ νοοῦμεν ἢ λαλοῦμεν. Πᾶν γὰρ ὅ λέγομεν περὶ Θεοῦ ἢ νοοῦμεν, ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων τε καὶ ῥημάτων τὰ περὶ αὐτῆς [93] ἀναλόγως καὶ λέγομεν καὶ νοοῦμεν. Ἰσότιμος δὲ καὶ ἰσοσθενὴς ἡ παναγία Τριὰς, πάντα πρὸς τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν οἰκονομοῦσα, καὶ ὅσα θεολογεῖν αὐτὴν δυναμούμεθα [94], αὐτὴ ταῦτα φιλανθρώπως ἡμῖν χαριζομένη πάλιν προσίεται. Διὸ κατ' ἀρχὰς μὲν, ὡς εἴρηται, διὰ τὸ πολύθεον ἡ θεία Γραφὴ συγκαταβαίνουσα, οὐχ ὡς ἔχει φύσεως ἢ τάσεως ἡ Τριὰς, ἀλλ' ὡς ἡμῖν [322 H.] εὐπαράδεκτον παραδιδοῦσα, τὸν Πατέρα λαμπρῶς καταγγέλλει, εἶτα τὸν Υἱὸν κατὰ τὸν δεύτερον σεισμὸν, ἐν ᾧ καὶ τὴν γνῶσιν τοῦ Πνεύματος συμπαραλαμβάνομεν, οὐ μὴν τήν γε τελείαν· αὕτη γὰρ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι καὶ τῷ τελευταίῳ σεισμῷ παραγίνεται, τῆς Τριάδος ὅλης τρανότερον ἡμῖν [624 R.] ἐμφανιζομένης τε καὶ ἀνακαλυπτομένης. Εἰ γὰρ καὶ τοῦ Πνεύμα-

A excedentium et divinorum operum patratio, verborum una secum humilitatem extollat.

Porro hoc loco dicti cujusdam evangelici sensum, exponit : *Quid est facilius dicere : Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere : Surge et ambula* [q]? Facilius autem primum esse dicit, quoniam illud, *Dimittuntur*, non eam habet verborum pronuntiationem, quasi ex propria auctoritate proprioque imperio proferretur. Nihil enim prohibet ab illo etiam, qui ejus nequaquam sit dominus, remissionem annuntiari. At : *Surge et ambula*, totum a Dominico pendet imperio. Præsertim cum illud **195***b* *Surge et ambula*, irreprehensibilem rebus ipsis afferendo auctoritatem, ipsam quoque remissionem complecteretur. Qui enim ambulandi gratiam donabat, idem nimirum peccatorum etiam, ob quæ morbo ille tenebatur, remissionem conferebat : perhumani enim Domini est, et flagellum peccatoribus inferre, et flagellatum tam a plaga, quam ab ipsomet peccato liberare. Sciens autem opus hoc non remissionem tantum delictorum confirmaturum, sed potestatem quoque dimittentis ostensurum, addit : *Ut autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata*, etc. Cæterum necesse erat incarnationis Dominicæ mysterium velut umbra tegi, cum ut ab audientibus cupidius acciperetur, tum ut id tenebrarum princeps ignoraret. Nam tria divinus Ignatius [r] sæculi hujus principem latuisse commemorat, Virginitatem Mariæ, Conceptionem Domini, et Cruci affixionem Christi. Affirmat quippe divus Paulus de principibus sæculi hujus : *Si cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent* [s].

32. Hæc ubi dixit, infert sempiternam ac summam Trinitatem semper esse, et similiter Trinitatem, Patrem nimirum, et Filium, et Spiritum sanctum, sed supra omne, quod aut cogitamus, aut loquimur. Quandocunque enim de Deo loquimur aut cogitamus, ex nostris verbis ac rebus ea quæ ad ipsam Triadem spectant, proportione quadam, et dicimus et cogitamus. Sanctissima etenim Trinitas, dignitate ac potentia æqualis, omnia quæ ad nostram salutem faciunt provide operata est : quæque theologice de ipsa speculari possimus, hæc illa nobis, benigne gratificans, identidem admittit. Propterea quidem a principio, ut diximus (ob deorum scilicet multitudinem) sacra Scriptura nobis condescendens, non ut natura aut dignitas Trinitatis se habet, sed quatenus a nobis facilius capi potest eam tradendo, perspicue Patrem indicat. In altero deinde terræmotu Filium, in quo et Spiritus sancti cognitionem, etsi minus perfectam, simul accipimus. Hæc enim in futuro sæculo, et ultimo illo accedit

[q] Matth. IX, 5. [r] Epist. 3. [s] I Cor. II, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[86] εὐαγγελικὴν ς. [87] τί] Matth. IX, 5. [88] hic et inf. ἔγειρε ς. [89] αὐθεντίαν ς. [90] ἐπάγει δὲ ἵνα ς. [91] λάθῃ post ἄρχοντα ponit ς. [92] εἰ] I Cor. II, 8. [93] αὐτῆς] nonne αὐτοῦ? [94] δυνάμεθα ς.

Digitized by Google

terræ-motu, quo tota nobis Trinitas manifestius apparebit ac revelabitur. Etsi enim Spiritus arrham habemus, ut vas electionis testatur [t] **196a** nondum tamen ad perfectionem spiritalis status pervenimus. Ipsum etenim arrhæ nomen signum quidem perfecti doni est : at non ipsum donum. Idem etiam alibi pignus futuræ hæreditatis esse Spiritum prædicat, et primitias æternorum bonorum [u]. Quare perfectionem Spiritus nonnisi post redemptionem corporis suscipimus.

Jam quando qui apud homines cum pater, tum filius dicitur, per conjugii societatem declaratur atque cognoscitur, propterea præsentis vitæ duos terræmotus, alterum pertinere ad Patrem, alterum ad Filium, vaticinia tradunt. Rursus cum Spiritus sanctus, etiam ut apud nos est, corporum transcendat crassitudinem, merito ubi cessaverint conjugia, excelsior illa et illustrior vita (vita hæc resurrectionis est : *In resurrectione enim neque nubent neque nubentur* [v]), proprie attribuatur Spiritui. Illius autem vitæ tempore, in qua patres filios progenerant, Deum Patrem ordine Filio præpositum cognosci oportebat, non quod Trinitas ordinem aliquem exigeret (quis enim ibi ordo sit, ubi æqualitas immutabilis viget ?) : sed quod per eum ordinem, qui in ipsa ex apta dispositione est, a liberis parentes honorari hortaretur. Spiritus quoque dignitatem sacra Scriptura extollens, universam Trinitatem *Spiritus* nomine appellat. Quale illud : *Spiritus est Deus : et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare* [x]. Hoc item : *Omne peccatum remittetur hominibus : ei autem qui blasphemaverit in Spiritum sanctum, non remittetur* [y], de tota divinitate acceptum, cum prædicto scopo quadrat. Illa quoque per speculum et in ænigmate cognitio supernaturalis in Triade deitatis, per Spiritum nobis in futuro perficitur. Sic enim hic motus ad Spiritum sanctum, quemadmodum duorum præcedentium alter ad Patrem, alter ad Filium refertur. Qui autem ordine primus est terræ motus, extremus idem dignitate et utilitatis magnitudine est. Manifestam enim gratiam multo esse lege [antiqua] majorem et utiliorem. Verum et secundus minor est tertio, siquidem *Nunc videmus per speculum et in ænigmate : tunc autem facie ad faciem* [z]. Quare etiam, *Cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est* [a]. Et considera [quæso] divina operantis Providentiæ **196b** sapientissimam et æqualem trutinam. Videbatur Pater priscis illis præcipuam dignitatem obtinere : rursumque Filius in nova lege quibusdam minorem, at multis æqualem : Spiritus vero sanctus multis minorem, paucis æqualem. Ut igitur ex hominum opinione orta inæqualitas ad æqualitatem reduceretur, primus ille

τος τὸν ἀῤῥαβῶνα, ὡς τῆς ἐκλογῆς ἐπιμαρτύρεται [95] τὸ σκεῦος, ἔχομεν, ἀλλ' οὐκ εἰς τὴν τελειότητα τῆς πνευματικῆς ἐφθάσαμεν καταστάσεως. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸ τὸ τοῦ ἀῤῥαβῶνος ὄνομα σύμβολον μέν ἐστι τοῦ τελείου δώρου, οὐ μὴν αὐτό γε τὸ δῶρον. Καὶ πολλαχοῦ [96] ἀῤῥαβῶνα [97] τῆς μελλούσης κληρονομίας τὸ Πνεῦμα ὑμνεῖ καὶ ἀπαρχὴν [98] τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, ὥστε τὴν τελειότητα τοῦ Πνεύματος μετὰ τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ὑποδεχόμεθα.

Ἐπειδὴ δὲ ὁ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον γένος λεγόμενος καὶ πατὴρ καὶ υἱὸς κοινωνίᾳ γάμου ἀναφαίνεται καὶ γνωρίζεται, διὰ τοῦτο τοῦ παρόντος βίου τοὺς δύο σεισμοὺς, τὸν μὲν πρότερον ἀνήκειν τῷ Πατρὶ, τῷ Υἱῷ δὲ τὸν δεύτερον τὰ Λόγια παραδίδωσι. Πάλιν ἐπειδὴ τὸ Πνεῦμα καὶ τὸ παρ' ἡμῖν σωμάτων ὑπερβαίνει παχύτητα, εἰκότως ὁ τῶν γάμων πεπαυμένων ἀνακύπτων τε καὶ ἀναλάμπων βίος (οὗτος δὲ ὁ τῆς ἀναστάσεως ἂν εἴη · *Ἐν γὰρ* [99] *τῇ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν οὔτε γαμίσκονται*, οἰκείως ἂν ἀφορισθείη τῷ Πνεύματι. Ἔδει δὲ τὸν βίον, ἐν ᾧ πατέρες παῖδας φύουσι, τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα προτεταγμένον γινώσκεσθαι τοῦ Υἱοῦ, οὐ τῆς Τριάδος τὴν τάξιν ἀπαιτούσης, (ποῦ γὰρ τάξις, ἔνθα τὸ ἴσον ἀπαράλλακτον ;) ἀλλὰ διὰ τῆς ἐν αὐτῇ κατ' οἰκονομίαν τάξεως τοὺς πατέρας τιμᾶσθαι παρὰ τῶν παίδων παραινούσης. Καὶ τὸ ἄξίωμα δὲ τοῦ Πνεύματος ἡ ἱερὰ ἐπαίρουσα Γραφὴ ὅλην τὴν Τριάδα τῇ τοῦ *Πνεύματος* ἐξονομάζει φωνῇ, ὡς τὸ, *Πνεῦμα* [1] *ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν*. Καὶ τὸ, *Πᾶσα* [2] *ἁμαρτία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, τῷ δὲ βλασφημοῦντι εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἀφεθήσεται*, ἐπὶ τῆς θεότητος ὅλης ἐκληφθὲν σύμφωνον ἂν εἴη τῷ προειρημένῳ σκοπῷ. Καὶ ἡ ἐν ἐσόπτρῳ δὲ γνῶσις καὶ ἡ ἐν αἰνίγματι τῆς ὑπερφυοῦς ἐν Τριάδι θεότητος εἰς τὸ τέλειον διὰ τοῦ Πνεύματος ἡμῖν ἀποκαθίσταται κατὰ τὸν μέλλοντα· καὶ γὰρ οὗτος [3] τῷ παναγίῳ Πνεύματι, ὥσπερ τῶν πρὸ αὐτοῦ δύο σεισμῶν ὁ μὲν τῷ Πατρὶ, ὁ δὲ τῷ Υἱῷ ἀναφέρεται. Ἔστι δὲ δηλονότι ὁ μὲν τῇ τάξει πρῶτος σεισμὸς, ἔσχατος τῷ τε ἀξιώματι καὶ τῷ τῆς ὠφελείας μεγέθει · δῆλον γὰρ ὡς ἡ χάρις πολλῷ τοῦ νόμου μείζων τε καὶ λυσιτελεστέρα. Ἀλλὰ καὶ ὁ δεύτερος ἐλαττοῦται τοῦ τρίτου, εἴγε νῦν μὲν *Ἐν ἐσόπτρῳ* [4] *βλέπομεν καὶ ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον*. Διὸ καὶ, *Ὅταν ἔλθῃ τὸ τέλειον, καταργηθήσεται τὸ ἐκ μέρους*. Καὶ σκόπει τῆς θεουργοῦ [5] Προνοίας τὸν πάνσοφόν τε καὶ ἀῤῥεπῆ ζυγόν. [523 H.] Ὁ Πατὴρ ἐδόκει τοῖς πάλαι τὸ μεῖζον ἔχειν, ὁ Υἱὸς δὲ πάλιν κατὰ τὴν νέαν ἐνίοις μὲν τὸ ἔλαττον, τοῖς πολλοῖς δὲ τὸ ἴσον· τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα τοῖς πολλοῖς μὲν τὸ ἔλαττον, ὀλίγοις δὲ τὸ ἴσον. Ἵνα οὖν τὸ ἄνισον τὸ ἀπὸ τῆς τῶν

[t] II Cor. I, 22. [u] Ephes. I, 14; Rom. VIII, 23. [v] Matth. XXII, 30. [x] Joan. IV, 24. [y] Matth. XII, 31; Marc. III, 29; Luc. XII, 10. [z] I Cor. XIII, 12. [a] ibid. 10.

VARIÆ LECTIONES.

[95] ἐπιμαρτ.] II Cor. I, 22. [96] πολλαχοῦ] ἀλλαχοῦ Hœschelius. [97] ἀῤῥαβ.] Ephes. I, 14. [98] ἀπαρχὴν] Rom. VIII, 23. [99] ἐν γὰρ] Matth. XXII, 30. [1] πνεῦμα] Joan. IV, 24. [2] πᾶσα] Matth. XII, 31. [3] οὕτως ς. [4] ἐν ἐσόπτρῳ] I Cor. XIII, 12. [5] θεουργοῦ] δημιουργοῦ pr. A.

Digitized by Google

ἀνθρώπων ὑπολήψεως εἰς ἰσότητα ἐπαναχθῇ, ὁ μὲν πρῶτος σεισμός, ὃς ἀφώριστο τῷ Πατρὶ, τὸ ἔλαττον ἔσχεν, ὁ δὲ δεύτερος, ὃς ἦν τῷ Υἱῷ, τὸ ἐκείνου μεῖζον, καὶ ὁ τοῦ Πνεύματος ἀμφοῖν ὑπερέχον. Καὶ ὅρα σαφῶς ὅπως ἡ ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων δόξαις ἀνισότης διὰ [a] τῆς τῶν τριῶν καιρῶν ἀνισότητος εἰς ἀρρεπεστάτην τε καὶ θαυμασίαν συνεβιβάσθη ἰσότητα, [625 R.] τῆς τριαδικῆς θεαρχίας ὥσπερ αὐγήν τινα παραδεξαμένη [7] καὶ ἔλλαμψιν. Ὅτι δὲ ἡ ἐν Τριάδι τάξις τὴν τῶν πολλῶν οἰκονομίαν στοχάζεται, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς ὑπερφυοῦς ἐκείνης καὶ ἀῤῥήτου βλαστάνει φύσεως, ὁ τῶν ἀπορῥήτων μύστης διδάσκει, ὃς καὶ τὸν Υἱὸν καὶ Πνεῦμα θεόληπτον μύησιν ἔσχεν ἐνίοτε τοῦ Πατρὸς προτάττειν· *Διαιρέσεις* [8] γὰρ *χαρισμάτων εἰσὶ, καὶ τὸ αὐτὸ*, φησὶ, *Πνεῦμα· διαιρέσεις δὲ διακονιῶν, καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων, καὶ ὁ αὐτὸς Θεός*. Καὶ πρὸς Γαλάτας [9]· *Παῦλος ὁ ἀπόστολος, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων οὐδὲ δι' ἀνθρώπων, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ Πατρός*. Ὥστε τὸ προτάττεσθαι καὶ ὑποτάττεσθαι τὰ [10] τῆς θεαρχικῆς Τριάδος καὶ πᾶσαν τάξιν καὶ πάντα λόγον ὑπερεχούσης ὀνόματα οὐχ εἱρμόν τινα φυσικὴν διασώζει τάξεως, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν ἀκροατῶν σωτηρίαν οἰκονομεῖται καὶ διαποικίλλεται. Ταῦτα μὲν οὖν [11] ὁ κλεινός τε καὶ τῶν θείων μαθημάτων διάπυρος ἐραστὴς κατὰ τὸ λα' τε καὶ β' κεφάλαιον φιλοπονησάμενος ἐπραγματεύσατο.

Ἐν δὲ τῷ ἑξῆς κεφαλαίῳ αἰτίας τίθησι δι' ἃς ἡ Παλαιὰ καὶ Νέα Διαθήκη τῷ δυσλήπτῳ τε καὶ δυσερμηνεύτῳ ποικίλλεται, εἰ καὶ μᾶλλον μὲν ἡ Παλαιὰ, ἧττον δὲ τὰ τῆς χάριτος. Καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ Μωσαϊκοῦ γράμματός φησιν ὅτι, ἐπεὶ τύπος ἦν καὶ σκιὰ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, εἰκότως ὡς ἐν σκιᾷ τε καὶ τύπῳ καὶ αὐτὰ [12] τὰ ῥήματα καὶ τὴν τῶν ῥημάτων συνθήκην προβάλλεται, δι' ὧν κρατεῖ ἡ ἀσάφεια. Πλήν γε κατὰ τὰς διπλᾶς τῆς νομοθεσίας πλάκας διπλῆν καὶ τὴν χρείαν παρέχεται, τοῖς μὲν ἀναβεβηκόσι τὸν νοῦν τὴν αἰγλην ἔσωθεν ἀπαστράπτοντα [13] τὴν τοῦ Πνεύματος, τοὺς δὲ παχυτέρους ψυχαγωγοῦντα τῇ σκιαγραφίᾳ τοῦ γράμματος. Ἐκέκρυπτο δὲ τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ, ὧν ἡ τῆς Τριάδος γνῶσις τὸ κεφάλαιον, δι' ἃς αἰτίας πολλάκις ἀποδεδώκαμεν, λέγω δὴ διά τε τῶν ἀκροατῶν τὸ ἀσθενὲς καὶ διὰ τὸ λαθεῖν τὸν ἄρχοντα τοῦ σκότους, καὶ τρίτον ἵνα ἐκ μέσου παντελῶς ἀρθῇ τὸ πολύθεον, μηδεμιᾶς προφάσεως τοῖς πεπλανημένοις τε καὶ ἀμαθεστέροις ἐκ τοῦ τὴν Τριάδα κηρύττεσθαι σαφῶς καὶ χωρὶς παρακαλυμμάτων ὑπολειπομένης πρὸς πλάνησιν. Καὶ ἔοικε τὰ ἱερὰ Γράμματα χρυσίτιδι γῇ, ἥτις οὐ πᾶσιν οὐδὲ τοῖς τυχοῦσιν, [324 H.] ἀλλὰ τοῖς φιλοπόνως καὶ ἐπιστημόνως μεταλλεύουσι τό τε χρυσίον δόκιμον καὶ τὸ κέρδος τῶν πόνων μεῖζον παρέχεται. Ὥσπερ οὖν πενίας οὐκ ἀπαλλάττεται ὁ τὴν μεταλ-

A terræ motus, qui Patri attributus est, minorem dignitatem habuit : secundus dein, qui Filii erat, illo majorem : tertiusque Spiritus sancti, utroque excellentiorem. Ita clare perspicias, quomodo quæ in hominum est opinione inæqualitas, per trium temporum inæqualitatem, in admirandam ac stabilem æqualitatem coierit, Trinitatis majestate veluti splendorem quemdam ac lucem accipiente. Quod vero qui in Trinitate est ordo, vulgi duntaxat ordinationem spectet, non autem ex ineffabili et supernaturali natura promanet, arcanorum ille mysta docet, qui divinitus eam institutionem accepit, ut Filium et Spiritum quandoque ante Patrem locaret : *Divisiones enim gratiarum sunt*, inquit, *idem autem Spiritus : divisiones ministrationum, et idem Dominus : et divisiones operationum, idemque Deus* [b]. Ad Galatas quoque scribens : *Paulus apostolus, non ab hominibus, neque per homines, sed per Jesum Christum, et Deum Patrem* [c]. Quare quod divinæ Trinitatis, quæ omnem et ordinem et sermonem excedit, nomina modo præponantur, modo postponantur, non id seriem aliquam naturalem tuetur, sed ad auditorum salutem varie accommodatur. Hæc vero inclytus ardensque divinarum disciplinarum amator tricesimo primo capite et altero studiose laborando pertractavit.

33. Proximo dehinc capite causas reddit, cur tam Novum quam Vetus Testamentum intellectu atque explanatu difficilibus locis intertextum sit, etsi Vetus Testamentum plus, minus vero Novum hujusmodi difficultatum habeat. Et super Mosaico quidem scripto affirmat, quandoquidem typus illa erant et umbra futurorum bonorum, merito ut in typo atque umbra cum verba tum verborum compositionem ejusmodi proferre, per quæ cresceret obscuritas. Quanquam hæc in duplicibus legis tabulis, geminam quoque utilitatem præbeant, cum et iis qui mente altius ascenderunt, **197***a* interius suum spiritus lumen veluti affulminant, et crassiores litteræ obumbratione delectant. Abscondebantur autem futura bona, in quibus cognitio Trinitatis caput est, ob eas [maxime] causas, quas jam sæpenumero tradidimus, propter audientium imbecillitatem, inquam, utque tenebrarum principem laterent : multorum deorum cultus, cum nullus [deinceps] errantibus atque imperitioribus erroris sui prætextus relinqueretur ex clara et minime velata Trinitatis prædicatione. Ut sacræ Litteræ non dissimiles aureæ terræ videantur, quæ non omnibus neque vulgaribus, sed laboriose tantum ac scienter perscrutantibus, aurum probatum et lucrum labore majus præbet. Quemadmodum itaque pau-

[b] I Cor. XII, 24. [c] Galat. I, 4.

VARIÆ LECTIONES.

[a] διὰ A : καὶ ς. [7] παραδεξαμένη AC : παραδεξαμένην ς. [8] διαιρ.] I Cor. XII, 4. [9] Γαλ.] I, 1] [10] τὰ add. C. [11] οὖν et mox. τε add. A. [12] καὶ πρὸς αὐτὰ ς. [13] ἀπαστράπτοντα et mox ψυχαγωγοῦντα] rectius ἀπαστράπτον — ψυχαγωγοῦν.

Digitized by Google

pertatem non evadit, qui fossilem arenam ornamenti, ludi, aut joci causa tractans, nullum interea studium adhibet, ut quod sub ea absconditum latet investiget : sic neque ignorantiam, neque negligentiæ reprehensionem evadere queat, qui, soli litteræ adhærescens, thesaurum in ipsa reconditum non scrutetur, neque latentem in ejus fundo sensuum utilitatem colligere studeat. Et certe hoc ipsum quod divini sensus abditi lateant, pretium eorum maximum et sublimitatem indicat : ac majus simul inquirendi desiderium iis infigit animis, qui Dei et laboris amorem inertiæ anteponunt.

Judæorum insuper improbitas, et in rebus quæ minime attingendæ essent audacia, obscuritatis est in Veteri Testamento nonnulla causa. Ne enim quæ manifesta essent de Christo atque aperta Scripturarum testimonia circumciderent et obliterarent, ideo adumbrate ea promuntur. Tertio etiam ne divinarum præceptionum contemptrix Judæorum natio, si clare didicissent universam aliquando legem præterfluxuram, atque in aliam reipublicæ formam, quæ apud ipsos in honore ac pretio erant, transitura : magis etiam ad contemptum præceptorum Dei ex ipsa hac clara cognitione traherentur. Quid enim amare attinet me, quod mox dissolvetur, et cujus non ita multo post nulla erit utilitas? Propterea nimirum hæc obscuritate atque percipiendi difficultate involvuntur. Nam si absque ulla causa millies a præceptis Dei desciverunt Judæi, cum neque de eorum mutatione quidquam cognitum haberent, ut neque quod imperfecta et alterius politiæ figura essent atque umbræ, quid tandem [putas] non egissent, **197** *b* si tradita ipsis mandata tandem solvenda atque mutanda e Scripturis clarius cognovissent? Alioquin et illa disciplinas tradendi lex ubique obtinebat, ut qui recenter primis elementis imbuerentur, ad perfectionis usque tempus perfectiora quæque celarentur : sed rudioribus duntaxat præceptis discipuli ad perfectorum cognitionem percipiendam præpararentur. Præter hæc autem etiam naturam ita gubernari, et opera sua regere videmus. Prima enim sementis atque semina perfectam in se speciem clare nequaquam ostendunt, sed ejus tantum rationes abditas continent : ut granum spica non est, etsi in se spicæ rationem tegit. Eadem naturæ series in aliis quoque fructibus ac seminibus cognoscitur, qualem et lex vetus fere rationem cum gratia servat. Nam quæ gratia perficit, jacti per legem seminis seges habetur. Quibus igitur de causis obscuritatem assumpserit lex Mosaica, utcunque jam dictum.

Nunc quod gratiæ quoque lex obscurior, et non ita cuilibet perspicua sit, auditorum recens adhuc instructio, mentisque imbecillitas in causa est. Unde et vas electionis : *Lac*, inquit, *vobis potum dedi, non escam : nondum enim poteratis* [c]. Quem-

A λικὴν ψάμμον ἐν ὡραϊσμῷ ἢ παιδιᾷ ἢ κατὰ μυκτηρισμὸν ἐπαφώμενος, οὐδὲν δὲ φιλοπονῶν οὐδ' ἀνιχνεύων τὸ ὑπὸ ταύτης κρυπτόμενον, οὕτως οὐκ ἂν ἀγνοίας ἀπαλλαγείη οὐδὲ τῆς ἐχούσης τοὺς ῥᾳθύμους αἰτιάσεως ὁ τῷ γράμματι μόνῳ περιφυόμενος, τὸν δὲ ἐν αὐτῷ θησαυρὸν οὐκ ἀνερευνῶν, οὐδὲ τὸ ἐν βάθει κέρδος τῶν νοημάτων ἀναλεγόμενος. Καίτοι καὶ αὐτὸ τὸ κεκρύφθαι τὰ θεῖα νοήματα τὸ τιμώτατον αὐτοῖς καὶ ὑψηλὸν ἐπιμαρτύρεται, καὶ πόθον ἐγκεντρίζει μᾶλλον ζητήσεως ταῖς ψυχαῖς, ὅσαι περὶ τῆς ῥᾳστώνης τὸ θεοφιλές τε καὶ φιλόπονον ἔμπροσθεν ἄγουσι.

[628 R.] Καὶ τὸ κακοῦργον δὲ τῶν Ἰουδαίων καὶ τολμηρὸν περὶ τὰ ἀτόλμητα τῆς κατὰ τὴν Παλαιὰν ἀσαφείας αἴτιον· ἵνα γὰρ μὴ τὰς περὶ Χριστοῦ μαρ- B τυρίας τὸ περιφανὲς καὶ κατάδηλον ἐχούσας τῶν Γραφῶν περικόψωσι καὶ ἐξαφανίσωσι, διὰ τοῦτο μετὰ τοῦ συνεσκιασμένου ταῦτα προάγεται. Καὶ τρίτον, ὅτι ὀλίγωρος ὢν [14] καὶ τῶν θείων προσταγμάτων καταφρονητὴς ὁ τῶν Ἰουδαίων λαός, ἵνα μὴ μαθόντες σαφῶς ὡς τὰ τοῦ νόμου πάντα ῥυήσεται, εἰς ἑτέραν δὲ πολιτείαν ἃ παρ' αὐτοῖς ἐστι τίμιά τε καὶ σπουδαζόμενα μεταστήσεται, ἐκ δὲ τῆς τοιαύτης ἐμφανοῦς ἐπιγνώσεως πλέον τε [15] πρὸς τὴν ὑπεροψίαν ὑπαχθῇ τῶν προσταγμάτων, (τί γάρ με δεῖ στέργειν ἃ μετὰ μικρὸν λυθήσεται καὶ ὧν οὐ μετὰ βραχὺ τὸ ἀνόνητον;) διὰ τοῦτο τῇ ἀσαφείᾳ ταῦτα καὶ τῷ δυσλήπτῳ περικαλύπτεται. Εἰ γὰρ καὶ χωρὶς προφάσεως μυριάκις τῶν τοῦ Θεοῦ προσταγμάτων ἀπέστησαν, μήτε μετάστασιν αὐτῶν ἐγνωκότες, μήτε C ὅτι τὸ ἀτελὲς ἔχουσι μήτε ὅτι πολιτείας ἑτέρας εἰσὶ τύποι καὶ σκιάσματα, τί οὐκ ἂν ἔδρασαν, εἰ ἐξ αὐτῶν ἐκείνων σαφῶς τὴν οἰκείαν λύσιν καὶ μετάθεσιν ἐμάνθανον [16]; ἄλλως τε δὲ καὶ νόμος πανταχοῦ κρατῶν διδασκαλίας, τοῖς ἄρτι στοιχειουμένοις τὰ τελεώτερα μέχρι καιροῦ τῆς τελειώσεως συγκαλύπτεσθαι, εἰσαγωγικοῖς δὲ παιδεύμασι τὸν μαθητὴν προπαρασκευάζειν πρὸς τὴν τῶν τελεωτέρων κατανόησιν. Ἐπὶ δὲ τοῖς εἰρημένοις, καὶ τὴν φύσιν οὕτως οἰακιζομένην τε καὶ τὰ οἰκεῖα ἔργα ῥυθμίζουσαν ὁρῶμεν. Αἱ γὰρ πρῶται καταβολαὶ καὶ τὰ σπέρματα τὸ μὲν τέλειον εἶδος ἐν ἑαυτοῖς ἐμφανῶς οὐ δεικνύουσι, τούτου δὲ τοὺς λόγους ἐγκεκρυμμένους φέρουσιν, οἷον ὁ κόκκος στάχυς μὲν οὐκ ἔστιν, ἐν ἑαυτῷ D δὲ κρύπτει τὸν λόγον τοῦ στάχυος· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ καρπῶν καὶ σπερμάτων ὁ αὐτὸς τῆς φύσεως εἰρμὸς ἐπιγινώσκεται. Τοιοῦτον δή τινα καὶ ὁ νόμος πρὸς τὴν χάριν διασώζει λόγον· ἃ γὰρ ἡ χάρις ἐτελείωσε, τῶν νομικῶν σπερμάτων ἐστὶ τῆς καταβολῆς τὰ γεώργια. Δι' ἃ μὲν οὖν τὴν ἀσάφειαν ἡ Μωσαϊκὴ νομοθεσία ὑπέδυ, μετρίως εἴρηται.

Καὶ τῆς χάριτος δὲ τὸ ἀσαφὲς καὶ οὐ πᾶσιν ἐπίδηλον τὸ νεοκατήχητον αἴτιον ἔχει τῶν [325 H.] ἀκροατῶν καὶ τῆς διανοίας τὴν ἀσθένειαν. Διὸ καὶ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, *Γάλα* [17], φησὶν, *ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα· οὔπω γὰρ ἠδύνασθε.* Ὥσπερ

[c] I Cor. III, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[14] ὢν] imo ἦν. [15] τε] an fuit τι? [16] ἀνεμάνθανον A. [17] γάλα] I Cor. III, 2.

Digitized by Google

δὲ πᾶσα τροφὴ ἀκατάλληλος βλαβερὰ τῷ μετέχοντι, οὕτω καὶ γνῶσις, κἂν τὸ παναληθέστατον εἴη προβάλλουσα, τοῖς ἀτελέσιν ἀσύμφορος. Εἰ γὰρ καὶ τῆς Παλαιᾶς ἡ Νέα τηλαυγέστερον ἐκδιηγεῖται τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ἀλλ' οὖν ὡς ἀρχῆς καὶ σπέρματος λόγον ἐπέχουσα καὶ αὐτὴ πρὸς τὴν ἤδη πολιτείαν ἐγκαινιζομένην οὐκ εὐθὺς τοῖς μυουμένοις, ἀλλὰ κατὰ προκοπὴν ἀποκαλύπτει τὰ τέλεια. Ἔτι δὲ καὶ τοῖς κυσὶ, τουτέστι τοῖς ἀντικειμένοις καὶ καθυλακτοῦσιν, οὐχὶ προπετῶς καὶ ἀφιλοσόφως ῥίπτειν τὰ ἅγια, οὐδὲ *τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων*, οἷς ὁ βίος ὁ τῶν ἡδονῶν βόρβορος, Δεσποτικὸν ὑπάρχει καὶ τὴν διδασκαλίαν κατευθῦνον παράγγελμα. Ἄνευ δὲ τῶν εἰρημένων, καὶ ἡ ἁγιοποιὸς τελετὴ μυστήριον ὀνομάζεται, τὸ δὲ μυστήριον οὐ κοινὸν οὐδὲ τοῖς βεβήλοις εὐεπίβατον. [629 R.] Ἔτι μὴν καὶ τὰ ἅγια νοερῶς μὲν τοῖς τε Σεραφὶμ καὶ Χερουβὶμ, ὑλικῶς δὲ καταπετάσμασι καὶ πτεροῖς καὶ πύλαις καὶ κλείθροις περιστοιχίζεται· οὕτω γοῦν [18] χρὴ καὶ τὴν ἱερὰν ἡμῶν Γραφὴν τοῖς μὲν βεβήλοις περικαλύπτεσθαι, ἵνα μὴ τὰ ἅγια ἐξυβρίζοιτο, τοῖς δὲ μεμυημένοις καὶ πιστοῖς ἀνακαλύπτεσθαι. Ἀλλωστε δὲ καὶ εἰ [19] τὸ ῥᾷον εἰς κτῆσιν [20] οὐχ ὥσπερ τὸ πόνῳ κτηθὲν περισπούδαστον, εὐλόγως τὸ ἱερὸν Γράμμα τοῖς μὲν ῥᾳθύμοις τὸν θησαυρὸν ἀποκρύπτεται, τοῖς δὲ φιλοπονοῦσι χαρίζεται. Ἀλλὰ καὶ ἱδρῶσι πᾶν τὸ τίμιον καὶ ἡ ἀρετὴ εἰς κτῆσιν ἀφικνεῖται καὶ ἀπόλαυσιν, ἡ δὲ κακία ῥᾷόν τε καὶ πᾶσι πρόχειρον. Καὶ τὸ μὲν πόνῳ κατορθωθὲν μᾶλλον ποθεῖται· ὃ δὲ ῥᾳδίως λαμβάνεται, καὶ ῥᾳδίως ἀποβάλλεται καὶ πρὸς τὸ παρεωραμένον μᾶλλον ἀντὶ τοῦ ποθεῖσθαι κατασύρεται. Διὸ καὶ ὁ Ἀδὰμ ἄνευ ἄθλων καὶ καμάτων ὁμιλίας ἀξιούμενος θείας καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, ῥᾳδίως ὧν ἀπήλαυεν ἐξωλίσθησε· καὶ ἐπειδὴ τὸν ἄλυπον καὶ ἄμοχθον βίον βαράθρου πρόξενον ἑαυτῷ κατεσκεύασεν, ὁ πάνσοφος ἰατρὸς τοῖς ἐναντίοις φαρμάκοις ἐξιᾶται τὸ νόσημα, ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου καὶ τὸν σωματικὸν ἄρτον φαγεῖν νόμον τιθέμενος, καὶ ὅσοις ὁ πνευματικὸς ἔρως πνευματικὴν παρατίθησι τράπεζαν. Ἄνευ δὲ τῶν εἰρημένων, εἰ παντὸς ἦν καὶ χωρὶς καμάτων τῆς κατὰ τὴν Γραφὴν θεωρίας ἡ κατάληψις, ποῦ τῶν ἐπαγρυπνούντων ταύτῃ καὶ ἐπαγωνιζομένων τὰ ἔπαθλα; ἢ τίς ἂν προσανεῖχε τῇ ταύτης φιλοπονίᾳ, οὐδὲν ἔλαττον ἐχόντων τῶν ῥᾳθύμως αὐτῆς ἀπτομένων; ὥστε διὰ τῶν εἰρημένων δίκαιόν τε ἅμα καὶ λυσιτελὲς ἀνεφάνη τὸ μὴ ἀνηπλῶσθαι μᾶλλον μηδ' ἀπαραφυλάκτως ἐῤῥῖφθαι ἢ τὸ [21] κοινὰ προκεῖσθαι πᾶσι καὶ τοῖς ἀναξίοις τῆς Γραφῆς τὰ νοήματα.

admodum autem minus conveniens cibus omnis accipienti noxius, sic et scientia, tametsi verissima proponat, nullam imperfectis utilitatem affert. Etsi enim Novum quam Vetus Testamentum clarius fidei mysterium exponat, cum tamen principii aliquam ac seminis rationem obtineat, etiam hac ratione ad eam quæ nunc innovata est reipublicæ formam, non statim initiatis, sed sensim ac juxta proficientium gradus, quæ perfectiora sunt, manifestat. Canibus præterea (hoc est adversariis et oblatrantibus) ne temere ac sine ratione projicias sancta, aut *margaritas ante porcos*[d] quibus ninirum vita voluptatum cœnum, Dominicum, et quod docendi regulam statuat, præceptum est. Sanctificans item sacrificium mysterium dici solet : mysterium autem commune non est, neque facile profanis adeundum. Quin etiam sancta, spiritualiter quidem a Seraphim atque Cherubim, materialiter vero velamentis, aliis, portis ac repagulis undique ambiuntur. Sic igitur sacram quoque Scripturam nostram oportet profanis hominibus abscondi (ut ne sacra injuria aliqua afficiantur) ac solis initiatis atque fidelibus revelari. Alioqui, quando etiam illud, **198** cujus usus facile obtineri potest, nunquam tam amatur, atque id quod labore multo acquisitum est, merito sacræ Scripturæ thesaurum illum negligentibus abscondunt, quem laboriosis concedunt. Sed et sudantibus honesta omnia, virtutisque non possessio duntaxat, sed fructus insuper obtingit, cum vitium facile paretur, et omnibus in promptu sit. Quidquid item cum labore feliciter confectum est, majus longe sui excitat desiderium : quod autem facile obtinetur, facile etiam rejicitur, propiusque est ut contemnatur, quam ut expetatur. Propterea etiam Adam, qui sine certaminibus aut laboribus divino alloquio cæterisque bonis dignus erat habitus, citius ea quibus utebatur amisit. At postquam doloris ac laboris expertem vitam præcipitii sibi causam fecit, contrariis utique medicamentis sapientissimus medicus morbum curat, lata lege, ut in sudore vultus [e], non corporalis tantum cibus sumeretur, verum et quibus spiritalis amor spiritalem adornat mensam. Adhæc vero, si quivis, nullo etiam labore adhibito, sacræ Scripture sensum percipere posset, ubinam eorum qui in hac non sine vigiliis atque laboribus versantur præmia manerent? Aut quis unquam hujus sese studio addicere velit, si minus nihil consequantur ii qui negligenter eam attingerent? Ex iis igitur, quæ hactenus commemorata sunt, æquum simul et utile appareat, quod non explicata magis Scripturæ sensa neque incautius abjecta, vel in communi omnibus, etiam indignis, proposita fuerint.

Παρὰ μέντοι τὰ εἰρημένα, τῶν μὲν φιλοπόνων καὶ ἀξίων τοῦ κατὰ γνῶσιν πνευματικοῦ χαρίσματος οὐκ [526 H.] ἂν τις αἰτιάσαιτο τῆς Γραφῆς τὴν

Verum ob hæc, quæ jam diximus, nemo eorum, qui aut laboris amantes sunt, aut spiritali intellectus gratia digni, sacræ Scripturæ obscuritatem

[d] Matth. VII, 6. [e] Gen. III, 19.

VARIÆ LECTIONES.

[18] malim οὕτως οὖν. [19] εἰ add. A. [20] κτῆσιν] libri χρῆσιν. [21] ἢ τὸ] εἴτε corr. A : ἢ τὰ ς.

Digitized by Google

accusarit. At negligens et remissus, cur tandem indignetur, si non capiat? Nam si divinarum rerum cognitionem labore aliquo dignam judicat, cur iis non studet rebus quas habet in pretio? Sin ad virtutem hanc nihil esse necessariam putat, cur nullo affectus damno molestiam capit? Quid vero ex ipsa quoque obscuritate, sensum qui quærat, assequi possit? Licet enim, licet cuicunque volenti quæsita facile addiscere. Multorum enim sanctorum virorum labores explicant et elucidant divinas Litteras, quibus inhærere si quis libenter velit, is a proposito minime aberrabit. Quod si facere recuset, manifestum [ejusmodi hominem] nunquam in illarum cognitionem pervenire posse, non, etiamsi omnium essent apertissimæ. Verum autem esse quod diximus, patet, quia sunt qui omnino ne nuda quidem nomina epistolarum apostolicarum noverint; sed neque prophetarum, vel aliorum sacrorum Librorum (sive illi **198***b* antiquæ Legis sint, sive novæ), vel nudum catalogum voce possint recensere; et certe quæ obscuritas, vel quæ tenebræ, quæve difficultas, nominum indicem cognoscere? quanto vero id studio indiget? Cæterum nolentibus, hæc non minus, quam Scriptura ipsa, incognita manent. Quare non eloquiorum Dei obscuritas vulgo ignorantiæ causa est, sed horum incuria ac negligentia etiam clarissima quæque ignorari fecit. Apud quos clari atque obscuri, ut demonstratum est, nullum discrimen: cum studiosos hæc obscuritas, præterquam quod sinceram ex se utilitatem præbeat, sapientes ac virtute præditos efficiat. Quicunque ad hæc Scripturæ sacræ sententiam illustrari optat, si quidem humanam gloriam quærit, merito a divinæ sapientiæ vestibulo arcetur: sin virtutis duntaxat, et supernæ remunerationis gratiam, quantum laboribus ac sudoribus ipsa processerit, tanta eaque certa retributionis assecutio allaborantibus relinquetur. Sed istud quoque ad sapientiæ illius inexplicabilis providentiam pertinet, quod tollens mox ab initio Deus omnem de sorte nostra querimoniam, expertes ærumnarum delicias nobis in paradiso donat, donec deprehenso ex factis nostris, inutilem hominibus esse labore ac miseria carentem vitam, laborum ac miseriarum pondus vitæ [nostræ] tanquam pro remedio admiscuit: hoc veluti stadium nobis ac palæstram constituens, quæ magnum posset quæstum ac [multa] præmia conciliare. His auctor tricesimum tertium caput, simul et septimum librum absolvit.

A ἀσάφειαν· ὁ δὲ ῥᾳθυμος καὶ ἀναπεπτωκὼς τί δή ποτε μὴ καταλαμβάνων δυσχεραίνοι ἄν; Εἰ μὲν γὰρ σπουδῆς ἀξίαν τὴν τῶν θείων γνῶσιν ἡγεῖται, τί μὴ σπουδάζει περὶ τὰ τίμια; Εἰ δὲ πρὸς ἀρετὴν μηδὲν ἀναγκαῖον παρέχουσαν, τί καὶ δυσχεραίνει μηδὲν ζημιούμενος; τί δὲ καὶ ἐκ τῆς ἀσαφείας παραβλαβείη[23] τις ζητῶν μαθεῖν τὴν διάνοιαν; ἔστι γὰρ, ἔστι τοῖς βουλομένοις ἃ ζητοῦσιν[23] οὐ χαλεπὸν μαθεῖν. Πολλῶν γὰρ ἀνδρῶν ἱερῶν πόνοι ἀναπτύσσουσί τε καὶ ἐξαπλοῦσι τὰ θεσπέσια Λόγια, οἷς ἐμφιλοχωρεῖν τις προαιρούμενος οὐκ ἂν ἀτυχήσῃ τοῦ βουλήματος. Ὃς δ' οὐχ αἱρεῖται, δῆλον ὡς εἰ καὶ πάντων εἴη σαφέστερα, οὐκ ἂν αὐτῶν εἰς γνῶσιν ἀφίκοιτο. Ὅτι δὲ ἀληθὲς τὸ ῥηθὲν, εἰσὶν οἳ μηδὲ ἁπλῶς αὐτὰ τῶν ἀποστολικῶν ἐπιστολῶν ψιλὰ γινώσκουσι τὰ B ὀνόματα, ἀλλ' οὐδὲ τῶν προφητῶν ἢ τῶν ἄλλων ἱερῶν Βίβλων[24], ὅσα τῆς Παλαιᾶς καὶ ὅσα τῆς χάριτος, οὐδ' αὐτὸν τὸν κατάλογον διὰ φωνῆς προάγειν ἐπίστανται. Καίτοι τί σκοτεινὸν, τί δ' ἀσαφὲς, τί δὲ χαλεπὸν ὀνομάτων εἰδέναι κατάλογον; ποίας δὲ μελέτης δεῖται; ἀλλὰ τοῖς γε μὴ βουλομένοις οὐδὲν ἧττον ταῦτα [632 R.] ἢ τὰ τῶν Γράφων[25] μένει ἀνεπίγνωστα. Ὥστε οὐχ ἡ τῶν[26] Λογίων ἀσάφεια τῆς τῶν πολλῶν ἀγνοίας τὸ αἴτιον, τὸ δὲ τούτων ἠμελημένον καὶ ῥᾳθυμον καὶ τὰ σαφέστατα πάντων ἀγνοεῖν παρεσκεύασε. Παρὰ μὲν τοῖς τοιούτοις οὐδὲν τοῦ σαφοῦς τὸ ἀσαφὲς, ὡς δέδεικται, διενήνοχε· τοὺς δὲ σπουδαίους ἡ ἀσάφεια, μετὰ τοῦ παρέχειν ἀκαπήλευτον τὸ οἰκοθεν κέρδος, καὶ σοφούς τε καὶ C σπουδαίους τὴν ἀρετὴν ἐπιδείκνυσιν. Ἔτι δὲ ὁ [μὲν] τῆς ἱερᾶς Γραφῆς τὸν νοῦν ἐλλαμφθῆναι ἀξιῶν, εἰ μὲν ἀνθρωπίνην δόξαν ζητῶν οὗτος, δικαίως τῶν τῆς θείας σοφίας προπυλαίων ἀπελαύνεται· εἰ δὲ τῆς ἀρετῆς χάριν καὶ τῆς ἄνωθεν ἀντιδόσεως, ὅσον διὰ πόνων καὶ ἱδρώτων αὐτῇ πρόσεισιν, τοσοῦτον ἀδίστακτος τῆς ἀμοιβῆς ἡ ἀπόλαυσις τοῖς ἀγωνισταῖς περιγίνεται. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦτο σοφίας ἐστὶ τῆς ἀνεκδιηγήτου πρόνοια. Ἐκκόπτων μὲν γὰρ κατ' ἀρχὰς ὁ Θεὸς τὸ μεμψίμοιρον, δίδωσιν ἡμῖν ἀταλαίπωρον τὴν ἐν παραδείσῳ τρυφήν. Διελέγξας δὲ οἷς ἐπράξαμεν ὡς ἀσύμφορον ἀνθρώποις ὁ ἄμοχθος βίος καὶ ἀταλαίπωρος, ὥσπερ τι φάρμακον τῶν καμάτων καὶ μόχθων τῷ βίῳ τὴν βαρύτητα συνεκέρασε, στάδιον ὥσπερ καὶ ἀγωνιστήριον τοῦτον ἡμῖν προτιθεὶς, D καὶ μεγάλου κέρδους καὶ ἐπάθλων πρόξενον. Ἐν τούτοις μὲν τῷ συγγραφεῖ τό τε τριακοστὸν κεφάλαιον τρίτον καὶ ὁ ζ' ἀπαρτίζεται λόγος.

Liber VIII.

Octavus liber de duobus certamen instituit. 34. Horum primum solutio cujusdam dubitationis est, quæ rem seriam sane nec inelegantem continet. Refert autem eam dubitationem ortam ex astructione ratiocinationis cujusdam, per quam Deum habere Filium probatur; auctoremque hujus

Ὁ δὲ ἡ' περὶ δύο τινῶν τὸν ἀγῶνα ὑποδύεται, ὧν ἓν μὲν λύσις ἐστὶν αὐτῷ ἀπορίας τινὸς οὐκ ἀκομψον σπουδὴν ἐχούσης. Ταύτην δὲ βλάστημα εἶναι κατασκευῆς λόγου τινὸς, δι' οὗ τὸν Θεὸν Υἱὸν ἔχειν κατασκευάζεται· τὸν δὲ πατέρα τῆς κατασκευῆς τὸν Νύσσης[27] εἶναι Γρηγόριον. Λέγει δὲ τὸ ἐπιχείρημα

VARIÆ LECTIONES.

[23] παραλαβείη ς. [23] ἃ μὴ ζητ. ς. [24] aut βιβλίων opus, aut ὅσαι. [25] γρίφων A : γραφῶν ς. [26] οὐχὶ τῶν ς. [27] Νύσης, ut solet, A.

Digitized by Google

[327 II.] ὡς ὅστις μὴ ἄλογον εἶναι διομολογεῖ τὸν Θεὸν, πάντως λόγον ἔχειν συγκατίθεται· ὁ δὲ τοῦ ἀκηράτου λόγος ἀκήρατος· ὁ δὲ ἀκήρατος Λόγος, παρ' ὃν δοξάζομεν Υἱὸν, οὐδὲν ἂν εἴη ἕτερον. Ἡ μὲν οὖν ἐπιχείρησις τοῦ δεῖν Υἱὸν ἔχειν τὸν Θεὸν τοιαύτη· εἶτα πρὸς ταύτην ἀνθυποφέροντά τινα τῶν φίλων εἰσάγει, ὃν καὶ τιμιώτατον ὑμνεῖ. Ἡ δὲ ἀνθυποφορὰ, ὅτι [26] περ οὐδὲν κωλύει τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος διαλαβεῖν (Θεὸς γὰρ τούτων ἑκάτερον), καὶ οὕτως οὐκ εἰς Τριάδα, ἀλλ' εἰς μυριάδα ὑποστάσεων, ὅσον ἀπὸ τοῦ ἐπιχειρήματος, προελεύσεται τὸ μυστήριον. Ταύτην τὴν ἀνθυποφορὰν, δριμεῖάν τε καὶ συνεστραμμένην οὖσαν, διαφόροις μὲν ἐπιχειρεῖ λόγοις ἀνασκευάζειν, οὐ μὴν κατά γε ἐμὲ τῆς ἀκριβείας ἐφικνεῖται. Καίτοι πολὺς αὐτῷ περιῤῥεῖται τῆς ἐπὶ τούτῳ σπουδῆς ὁ ἰδρώς· μέχρι γὰρ καὶ ιγ' ἐπιχειρήματος τὸν πόνον παρατείνει. Ἀλλὰ πρὸς μὲν τοὺς τὴν εὐσέβειαν τιμῶντας ἔστιν ἃ τῶν ἐν αὐτοῖς εἰρημένων οὐκ ἀφυῶς ἔχει· ἀνδρὶ δὲ διαμαχομένῳ οὐ μόνον οὐδὲν ἐπαγωγὸν πρὸς εὐσέβειαν παρέξει [29], ἀλλὰ καὶ ἀφορμὰς πρὸς τὸν γέλωτα. Φαίη δ' ἄν τις ἴσως συντετμημένῳ τε καὶ ἀπερίττῳ λόγῳ πρὸς τὸν τῇ ἀνθυποφορᾷ γαυρούμενον, ὡς εἰ μέν τις τὸν Πατέρα πρωτίθησιν, εἶτα περὶ αὐτοῦ διερωτᾷ πότερον ἄλογον ἢ λογικὸν, κἀκεῖθεν κατασκευάζει τῷ Πατρὶ δεῖν προσεῖναι καὶ Υἱὸν, [633 R.] τῆς ἀνθυποφορᾶς τὸ περίεργον ἴσως ἔχει πάροδον καὶ ἰσχύν. Εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐ ποιεῖ (οὔτε γὰρ δεῖ, οὔτε ὁ θαυμαστὸς Γρηγόριος οὕτω τὸν λόγον, προήνεγκεν) αὐτὸ δὲ τὸ *Θεός* προβαλλόμενος, ὃ κοινόν ἐστι καὶ ἀμέριστον τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων ὄνομα, ἐπ' αὐτοῦ δὴ καὶ τὸν Λόγον ἢ τὸ γόνιμον, εἰ βούλει δὲ καὶ τὸ ἔμπνουν, ἐπερωτᾷ, κατασκευάσει μὲν τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον οὕτος, οὐ μήν γε χώραν ἐνδώσει τῷ βουλομένῳ τὴν κατασκευὴν περιεργάζεσθαι. Ποῦ γὰρ ἴσον ἢ ἐγγὺς ὅμοιον ἀντὶ τῆς ὑλικῆς θεότητος μίαν ὑπόστασιν διαλαβεῖν, καὶ περὶ ταύτης φιλοπραγμονεῖν ἃ καλῶς εἶχε περὶ ὅλης θεολογεῖν τῆς Θεότητος; τὸν γὰρ οὕτω εἰς ἀλογίαν ἐκφερόμενον οὐδὲν κωλύει καὶ ἄνευ τινὸς περινοίας αὐτόθεν [30] παραληρεῖν, ὡς ἐπεί περ ὑμῖν ἐν Τριάδι ὁ Θεός, ἀνάγκη καὶ ἕκαστον τῆς Τριάδος εἰς ἑτέραν Τριάδα πληθύνεσθαι [31]. Πρὸς δὲ τοιοῦτον λῆρον οὐδεὶς ἂν οἶμαι σώφρων ἔλεγχος ἐπιστραφείη. Ἀλλὰ γὰρ ἡ μὲν λύσις τῆς ἀνθυποφορᾶς τοιαύτη τις ἂν εἴη, καὶ ὅσαι ἄλλαι τὴν αὐτὴν ἴενται. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον τοῦ ἑβδόμου βιβλίου κεφάλαιον τοιοῦτον.

ram simpliciter profiteretur, nonne damnaretur? Quid autem sit natura humana aut (ut idem alibi docuit), caro intelligenti anima informata, ut vel propterea rursum utrumque in unionem convenientium indivisibiliter conservetur? Patet ergo ex dictis, eos qui secundum Cyrillum orthodoxe [seu catholice] docent unam naturam Verbi incarnatam, non ad alium finem respicere, quam quemcunque alium, qui talem vocem [seu modum loquendi] ipsis proponit, quæ duas [nempe] in Christo Domino naturas penitus junctas indivise asserit. Dum enim beatus Cyrillus docet per ipsam incarnationem utrumque in unionem coeuntium indivisibiliter conservari, quis alius scopus seu finis ab eo spectaretur, quam qui duas in Salvatore Christo naturas indivise copulatas prædicat recipitque? Et hoc clarius in epistola altera ad Succensum exponit. Cum enim explicasset in illa, quid sit hoc ipsum quod declarat unam naturam Verbi incarnatam, et docuisset, verum et naturalem esse [Dei] Filium, quamvis secundum assumptam carnem non inanimam, sed intelligenti anima informatam, ex muliere prodierit homo, **281***b* cumque intulisset non propterea divisum iri [Christum] in duas personas aut filios, sed ita quoque mansurum unum, adjungit quomodo non sine carne, nec extra corpus, sed suum ac proprium habeat corpus, secundum unionem nempe indivulsum. Et in epistola ad te, aliisque locis multis, eadem docere legitur. At Severiani differentiam post concurrentium naturarum unionem aversati malitiose et impie primum quidem ponunt voces, quæ differentiam naturarum declarant; deinde vero cum illas ipsas scilicet invertunt, unam Verbi naturam aiunt incarnatam. At non ita religio catholica, sed addita hac voce, illico deinceps ostendit per hanc rursus salvari ex conjunctis| alteram indivisibili ratione unitis, quæ [pietas catholica] coarguit impios, dum ostendit unam Verbi naturam incarnatam nihil aliud esse quam indivulsam secundum hypostasim unionem, natura [utraque] integra et inconfusa semper conservata. Duas enim indivisas naturas asserit, quasi duarum convenientium naturarum differentiam indicans: et unam Verbi naturam incarnatam, quasi ipsum Patris ante sæcula Verbum humana assumpta natura incarnatum docens.

Hæc et his similia, postquam pro vocis propositæ defensione dixit, ostenditque eadem a synodo Chalcedonensi judicata et prædicata, cum per alia, tum ex iis quibus synodus sancti Flaviani professionem fidei ipsius manu scriptam confirmavit, vindicat vocem [seu formulam illam Ecclesiæ] ab hæreseos suspicione; vindicatque seipsum a non

ὁ Κύριλλος. Διὸ καὶ μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην πολλάκις φαίνεται φάμενος, μίαν δὲ φύσιν Χριστοῦ ἁπλῶς εἰπὼν οὐκ ἂν ἀλοίη. Τί δ' ἂν εἴη φύσις ἀνθρωπότητος ἤ, ὡς αὐτὸς πάλιν ἐν ἄλλοις ἐδίδαξε, σὰρξ ἐψυχωμένη νοερῶς; ὡς καὶ διὰ τοῦτο πάλιν σώζεσθαι τῶν συνδραμόντων εἰς ἕνωσιν ἀδιαιρέτως ἑκάτερον. Δῆλον οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων ὡς οἱ ὀρθοδόξως λέγοντες καὶ κατὰ Κύριλλον μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, οὐ πρὸς ἄλλον ἀφορῶσι σκοπὸν, ἢ ὅστις αὐτοῖς τὴν τοιαύτην φωνὴν ἐπιδείκνυσι τὰς δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ τῷ ἀδιαιρέτῳ πάντως συνεισάγουσαν. Ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν τὸν μακάριον Κύριλλον σώζεσθαι δι' αὐτῆς τῶν συνδραμόντων εἰς ἕνωσιν ἀδιαιρέτως ἑκατέρον, [873 R.] ποῖος ἂν ἄλλος παρεισαχθείη σκοπὸς ἢ ὁ τὰς δύο φύσεις ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ σωζομένας κηρύττων ἀδιαιρέτους [18] καὶ ἀποδεχόμενος; καὶ τοῦτο φανερώτερον καὶ ἐν τῇ πρὸς Σούκενσον ὁ αὐτὸς δευτέρᾳ ποιεῖται ἐπιστολῇ. Ἑρμηνεύων γὰρ ἐν αὐτῇ τί ποτέ ἐστιν αὐτῷ [19] δηλοῦσα ἡ μία φύσις τοῦ Λόγου σεσαρκωμένη, καὶ εἰπὼν ὡς ἔστιν Υἱὸς ὁ φύσει καὶ ἀληθῶς, εἰ καὶ κατὰ πρόσληψιν σαρκὸς οὐκ ἀψύχου, ἀλλ' ἐψυχωμένης νοερῶς προῆλθεν ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς, καὶ ἐπενεγκὼν ὡς οὐ διὰ τοῦτο μερισθήσεται εἰς δύο πρώσωπα ἢ υἱοὺς, ἀλλὰ καὶ οὕτω διαμενεῖ εἷς, προστίθησι πῶς οὐκ ἄσαρκος οὐδὲ ἔξω σώματος, ἀλλ' ἴδιον ἔχων αὐτὸ (δῆλον ὅτι τὸ σῶμα) καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον. Κἀν τῇ πρὸς.... [20] δὲ ἐπιστολῇ καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς τὰ αὐτὰ διδάσκων εὑρίσκεται. Ἀλλ' οἱ περὶ Σεβῆρον τὴν διαφορὰν τῶν συνελθόντων μετὰ τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖν οὐκ ἀνεχόμενοι, κακούργως τε καὶ δυσσεβῶς πρῶτον μὲν τάττουσι τὰς φωνὰς αἳ [21] τὴν διαφορὰν δηλοῦσι τῶν φύσεων, ἔπειτα δὲ, ὡς δῆθεν ἀνατρέποντες αὐτὰς, τὴν μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην ἐπάγουσιν. Οὐχ οὕτω δὲ ποιεῖ ἡ εὐσέβεια, ἀλλὰ ταύτην προσθεῖσα [22] τὴν φωνὴν, εὐθὺς ἐφεξῆς δείκνυσι καὶ διὰ ταύτης σώζεσθαι πάλιν τῶν συνελθόντων εἰς ἕνωσιν ἀδιαιρέτως ἑκάτερον, ἐλέγχουσα τοὺς δυσσεβεῖς ὡς ἡ μία τοῦ Λόγου φύσις [23] σεσαρκωμένη οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν ἀδιάσπαστον καὶ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν δηλοῖ, φυλαττομένων κατὰ πάντα καιρὸν ἐν τῷ ἀσυγχύτῳ τῶν φύσεων. Δύο γὰρ φύσεις ἀδιαιρέτους δοξάζει, ὡς τὸ διάφορον τῶν συνελθόντων κηρύττουσα, καὶ μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, ὡς τὸν αὐτὸν τοῦ Πατρὸς προαιώνιον Λόγον ἐνανθρωπῆσαι καὶ σαρκωθῆναι δογματίζουσα.

Ταῦτα καὶ τοιαῦτα [24] ὑπὲρ τῆς προκειμένης ἀπολογησάμενος φωνῆς, καὶ τὰ αὐτὰ τὴν ἐν Καλχηδόνι [25] σύνοδον φρονοῦσάν τε καὶ κηρύττουσαν ἐπιδειξάμενος διά τε ἄλλων καὶ ἐξ ὧν τοῦ ἐν ἁγίοις Φλαβιανοῦ ἰδιόχειρον πίστιν ἀναγνωσθεῖσαν ἡ σύνοδος [461 H.] ἐπεκύρωσεν, ἀπαλλάττει μὲν τὴν φωνὴν αἱρετικῆς ὑπολήψεως, ἀπαλλάττει δὲ καὶ ἑαυτὸν

VARIÆ LECTIONES.

[18] ἀδιαιρέτως ς. [19] αὐτῷ corr. A : αὐτό ς. [20] ...] in pr. A lacuna est, quæ non tota impletur inscriptio postea Σούκενσον · Σούκενσον etiam B et corr. C : σε ς. [21] αἳ A : καί ς. [22] προθεῖσα B. [23] φύσις τοῦ Λόγου ς. [24] καὶ τὰ τ. ς. [25] Χαλκ. B.

Digitized by Google

οὐκ εὐαγοῦς ὑπονοίας, ἣν περὶ αὐτοῦ [26] ὁ Δομετιανὸς ὑπετόπαζε, νομίζων αὐτὸν οὐ κατὰ γνώμην ἐνδιάθετον τὴν τοιαύτην οἰκειοῦσθαι καὶ προάγειν φωνὴν, ἐξ οἰκονομίας δὲ, καὶ ὥστε δι' αὐτῆς τοὺς ἀκροατὰς εὐμηχάνως ἄγειν πρὸς ἑνότητα, καὶ τὰς προφάσεις περικόπτειν τῶν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας διαστάσεων. Ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἕτερα ἐπιστείλας, ἅπερ κἀν τοῖς προλαβοῦσι λόγοις διεξελήλυθε, καὶ θερμὸν ἑαυτὸν τῆς τε κατὰ Καλχηδόνα συνόδου πρόμαχον καὶ τῆς τοῦ ἐν ἁγίοις πάπα Λέοντος ἐπιστολῆς διὰ πολλῶν, ὧνπερ διαφόρως ἔγραψε, παραστησάμενος, πέρας τῷ γράμματι ἐπιτίθησιν.

Γράφει δὲ ὁ αὐτὸς θεσπέσιος ἀνὴρ καὶ πρὸς Χριατοφόρον τινὰ, ὃν αὐτὸς ὁσιώτατον ἐπιγράφει, γραφικῶν ἐρωτήσεων αἰτησάμενον λύσεις. Τὰ δὲ ἠρωτημένα ἐστὶ πρῶτον μὲν, Πῶς δεῖ νοεῖν τὸ ἐν τῇ δευτέρᾳ [27] τῶν Βασιλειῶν εἰρημένον· *Καὶ ἐπέσεισεν* [28] *ὁ Θεὸς τὸν Δαβὶδ ἀριθμῆσαι τὸν λαόν*· καὶ μετὰ ταῦτα· *Ὅτι ἠρίθμησεν, ἠγανάκτησε κατ' αὐτοῦ*; καὶ ἐπιλύεται, ὅτι Θεὸν πολλάκις ἡ Γραφὴ, ὥσπερ καὶ Κύριον, οὐ μόνον τὸν ἀληθινὸν ὀνομάζει Θεὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν τῆς πονηρίας ἄρχοντα. [876 R.] Κατὰ τοῦτο γὰρ τὸ σημαινόμενον καὶ τὸν Παῦλον φάναι· *Ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰς καρδίας τῶν ἀπίστων*. Καὶ ὁ Σωτήρ· *Οὐ δύνασθε δυσὶ κυρίοις δουλεύειν*. Διὸ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Παραλειπομένων ἀπαρακαλύπτως τὸν διάβολον λέγει τὸν ἐπισείσαντα τὸν Δαβὶδ ἀριθμῆσαι τὸν λαόν. Πλὴν καὶ τὸ παρ' ἡμῖν ἀντίγραφον οὐχ ὡς τὸ ἀποσταλὲν παρὰ σοῦ περιέχει. Ἔχει γάρ· *Καὶ προσέθετο ὀργὴ* [29] *Κυρίου ἐκκαῆναι ἐν Ἰερουσαλὴμ, καὶ ἐπέσεισε τὸν Δαβὶδ ἐν αὐτοῖς*, καὶ ἑξῆς, ὡς δοκεῖν πως ὀργὴν ἐνταῦθα λέγεσθαι Κυρίου τὸν εἰρημένον ἐν Παραλειπομέναις διάβολον. Εἴτε δὲ οὕτως, εἴτε ὡς γέγραφας ἔχει τὸ ῥητὸν, οἶμαι φανερῶς τὴν λύσιν ἀναμφίβολον προελθεῖν. Ὅτι δὲ ὁμώνυμον καὶ τὸ *Κύριος* καὶ τὸ *Θεὸς*, καὶ (ὡς ἐρρήθη [30] πολλάκις) καὶ [31] ἐπὶ τοῦ ἀντικειμένου παραλαμβάνεται τῇ ἱερᾷ Γραφῇ, εἴρηται μὲν, οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ δι' ἑτέρων [32] πιστώσασθαι. Ἐν γὰρ τῇ νομοθεσίᾳ τῇ περὶ τοῦ Πάσχα, μετὰ τὸ χρῖσαι τῷ αἵματι τὴν φλιὰν καὶ τοὺς σταθμούς· *Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐξελεύσεσθε*, φησὶν, *ἕκαστος τὴν θύραν αὐτοῦ ἕως πρωΐ, καὶ παρελεύσεται Κύριος πατάξαι τοὺς Αἰγυπτίους, καὶ ὄψεται τὸ αἷμα ἐπὶ τῆς φλιᾶς καὶ ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν σταθμῶν, καὶ παρελεύσεται Κύριος τὴν θύραν, καὶ οὐκ ἀφήσει τὸν ὀλοθρεύοντα εἰσελθεῖν εἰς τὰς οἰκίας ὑμῶν πατάξαι*. Δῆλον γὰρ ὡς ἄλλος Κύριος ὃν λέγει παρελεύσεσθαι καὶ τοὺς Αἰγυπτίους πατάξαι, καὶ ἄλλος ὁ μὴ συγχωρῶν τὸν ὀλοθρεύοντα εἰσελθεῖν εἰς τὰς τῶν Ἰσραηλιτῶν οἰκίας καὶ πατάξαι αὐτούς. Τοιοῦτον δέ ἐστι καὶ τὸ περὶ τοῦ Βαλαὰμ εἰρημένον. Λέγει γὰρ ἡ Γραφὴ ἐπιτρέψαι μὲν αὐτῷ τὸν Θεὸν ἀπελθεῖν

A sincera opinione, quam illi Domitianus suspicionse objecerat, quod existimaret vocem talem non sincere ex animo ab eo usurpari et proponi, sed dispensatione quadam, ut per eam auditores nullo negotio ad unitatem revocaret, causasque dissensionum ab Ecclesia catholica præcideret. Hæc et hoc genus alia cum perscripsisset (quæ et in superioribus libris exposuerat) et sese ardentem Chalcedonensis synodi, atque sancti Leonis papæ epistolæ multis ac variis scriptis propugnatorem exhibuisset, epistolæ finem imposuit.

Scribit idem venerandus vir ad Christophorum quemdam, quem ipse sanctissimum in inscriptione litterarum appellat, **282***a* rogatus ab eo ut ad B quasdam ex sacris Litteris dubitationes responderet. Quæstiones porro hæ sunt: *Et fecit Deus David numerare populum*[c]. Et infra: *Quia numeravit, indignatus est contra eum* [d]. Respondet Eulogius, in divinis Litteris Deum quemadmodum et Dominum non solum verum Deum, sed etiam ipsius mali principem nominari. In hoc intellectu Paulus dixit: *In quibus Deus hujus sæculi excæcavit mentes infidelium*[e]. Et Salvator: *Nemo potest duobus dominis servire*[f]. Hinc in primo Paralipomenon aperte dicit Davidem a Satana incitatum fuisse ut numeraret populum: nisi quod nostrum exemplar cum eo quod a te missum est, non convenit. Ita enim habet: *Et addidit furor Domini irasci contra Jerusalem, et* C *commovit David in ipsis* [g], et quæ sequuntur. Ita ut videatur is qui dictus est in Paralipomenis diabolus, hic *ira Domini* appellari. Atque sive sic [ut ego lego], sive ut tu scripsisti, se locus Scripturæ habet, existimo tamen certam apertamque esse quæstionis solutionem. Quod ergo vox *Dominus*, et vox *Deus*, in sacra Scriptura æquivoca sit, eademque (uti sæpe dictum est) in contrarium sensum accipiatur, explicatum est. Nihil tamen obstat, quominus etiam alium inde locum similem firmemus. Etenim in lege de Paschate celebrando lata [postquam dixit] ungendum sanguine superliminare et postes: *Vos*, inquit, *non aggrediemini unusquisque januam suam usque mane, et transibit Dominus percutiens Ægyptios, et videbit sanguinem in superliminari et in utro-* D *que poste, et pertransibit Dominus ostium, et non sinet percussorem ingredi domus vestras ad percutiendum* [h]. Clarum est alium esse Dominum, quem dicit transiturum ad percutiendos Ægyptios, et alium qui prohibeat ne ingrediatur percussor in domos Israelitarum et percutiat ipsos. Tale etiam est illud de Balaam dictum [i]. Dicit enim Scriptura permisisse quidem illi Deum ut iret ad eos qui illum vocabant; iratum vero Deum quod proficisceretur ad illos. Et hic alium insinuari ait Deum qui illum

[c] II Reg. XXIV, 1. [d] Ibid. 2. [e] II Cor. VI, 4. [f] Luc. XVI, 13. [g] I Paral. XXI, 1; II Reg. XXIV, 1. [h] Exod. XII, 22, 23. [i] Num. XII, 20.

VARIÆ LECTIONES.

[26] αὐτοῦ B et corr. A : αὐτόν ς. [27] δευτ. c. 24. [28] ἐπέσεισεν A : ἐποίησεν ς. [29] ὀργὴν ς. [30] ἐρρήθη ς. [31] καὶ add. A. [32] δι' ἑτέρων A : ἕτερον ς.

Digitized by Google

moneat ut proficiscatur, et alium qui ira commoveatur in illum. Neque enim irascebatur illi, quod mandatum exsequeretur, qui id præceperat, sed vel imperantem non oportebat **282***b* irasci, aut si irasceretur ob ipsius discessum, non oportebat imperare. Ergo Eulogius quæstionem per homonymiam [seu æquivocationem declaratam] videtur solvere. Sed mihi videtur a Theodoreto aliisque sanctis Patribus dubitationis quæstio melius esse soluta. Dicit vero, Davide in numerando populo peccante, populum dedisse pœnas, non quod ille numerando peccarit, sed parricidæ Absaloni bellum patri inferenti suppetias tulerit populus, et seditione eadem abreptus prætulerit illum qui ex sua ambitione seu superbia regnum rapuerat, illi qui a Deo in regem unctus erat. Ergo soluta, ut videtur, prima quæstione, solvit et alteram, quæ ita habet. Quomodo intelligendum est quod Apostolus alibi dicit : *Christum habitare in cordibus nostris* [j]; alicubi vero : *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis* [k], cum magnum sit discrimen inter tabernaculum et indumentum. Vestis enim summam tantum cutem tangit, tabernaculum vero totum recipit. Affirmat enim distincta ratione eumdem esse regem et pastorem; regem quidem hominum, pastorem vero brutorum appellavit, ad varium usum eorum, qui beneficiis ab eo afficiuntur. Neque enim quisquam recte dicatur rex animantium, neque pastor hominum. Ita præsentem quoque locum licet interpretari : *Habitat enim*, ut ipse sanctus Paulus docet, *sapientia Dei in iis quibus imperat, et qui in illo radicati et superædificati sunt* [l]. Induit autem Christum qui illum postea rursum exuere potest. Quapropter merito de radicatis in eo dicitur illum habitare in eis. Aliis autem ob inexplicabilem clementiam suam indumentum fit, quibus tegumentum præbet, ne ab aquilone vento aspero frigidoque, qui pestilentem et exitiabilem animabus afflat auram, conversi ad Christum pereant : *A facie enim aquilonis exardescent mala* [m]. His igitur duabus quæstionibus solutis, epistolam hanc cum votorum comprecatione finit.

[462 H.] πρὸς τοὺς καλοῦντας, ὀργισθῆναι δὲ θυμῷ τὸν Θεὸν ὅτι ἐπορεύετο πρὸς αὐτούς. Κἀνταῦθα γὰρ ἄλλον αἰνίττεσθαι[33] φησι Θεὸν τὸν ἐπιτρέψαντα αὐτῷ, καὶ ἄλλον τὸν ὀργισθέντα θυμῷ ἐπ' αὐτόν· οὐ γὰρ ἂν ὁ ἐπιτρέψας ὠργίζετο τῷ πληρώσαντι τὸ ἐπιτραπὲν, ἀλλ' ἢ ἐπιτρέψαντα οὐκ ἔδει θυμοῦσθαι, ἢ[34] θυμοῦσθαι μέλλοντα ἀπελθεῖν οὐκ ἔδει ἐπιτρέπειν. Αὐτὸς μὲν οὕτω δοκεῖ πως διὰ τῆς ὁμωνυμίας[35] τὴν ἀμφιβολίαν ἐπιλύεσθαι· ἄμεινον δέ μοι δοκεῖ Θεοδωρήτῳ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς ἀνδράσι πραγματευθῆναι τῆς προκειμένης ἀπορίας τὴν ἐπίλυσιν. Λέγει δὲ καὶ τοῦ Δαβὶδ ἐν τῇ ἀριθμήσει ἁμαρτήσαντος τὸ πλῆθος ὑποσχεῖν τὴν τιμωρίαν, οὐ διότι[36] ἐκεῖνος ἠρίθμησεν, ἀλλ' ὅτι τῷ πατραλοίᾳ Ἀβεσσαλὼμ, χεῖρα πολεμίαν ἐπανατείναντος[37] τῷ πατρὶ, συναντῆρέ τε ὁ λαὸς καὶ συνεστασίασε, προτιμήσας τὸν ἐξ αὐθαδείας ἁρπάσαντα τὴν ἀρχὴν τοῦ παρὰ Θεοῦ εἰς βασιλέα χρισθέντος. Τὴν οὖν πρώτην ἐπιλυσάμενος (ὡς ἔδοξεν) ἀπορίαν, ἐπιλύεται καὶ τὴν δευτέραν ἔχουσαν οὕτω· πῶς δεῖ νοῆσαι πῇ μὲν λέγοντος τοῦ Ἀποστόλου *ἐν καρδίαις ἡμῶν κατοικεῖν τὸν Χριστὸν*, πῇ δέ· *Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε*, μεγάλης οὔσης τῆς διαφορᾶς οἰκήσεώς τε καὶ ἐνδύσεως· ἡ μὲν γὰρ τὸ ἐπιπόλαιον, ἡ δὲ τὸ διὰ βάθους παρίστησι. Λέγει δὲ τὸν νοῦν διακρίνων ὅτι, καθάπερ αὐτὸς καὶ βασιλεὺς ὑπάρχει καὶ ποιμὴν, καὶ βασιλεὺς μὲν τῶν λογικῶν, ποιμὴν δὲ τῶν ἀλόγων, πρὸς τὴν διάφορον χρείαν τῶν τὴν εὐεργεσίαν δεχομένων ὀνομαζόμενος (οὔτε γάρ τις ἀλόγων βασιλεύειν εἰκότως λεχθείη [817 R.], οὔτε ποιμαίνειν τὰ λογικὰ), οὕτω δεῖ[38] νοεῖν καὶ τὸ προκείμενον. *Κατοικεῖ* μὲν γὰρ, ὡς αὐτὸς ὁ θεσπέσιος λέγει Παῦλος, *ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία ἐν οἷς πολιτεύεται καὶ οἱ καθεστήκασιν ἐρριζωμένοι τε καὶ τεθεμελιωμένοι καὶ οἱ καθεστήκασιν* ἐνδύεται δὲ τὸν Χριστὸν καὶ ὁ πάλιν αὐτὸν δυνάμενος ἀποδύσασθαι. Διό φαμεν, Ἐρριζωμένοις ἐν αὐτῷ δικαίως ἐγκατοικεῖ, τοῖς δὲ ἄλλοις διὰ τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν ἔνδυμα γίνεται, παρέχων σκέπην, ἵνα μὴ ἀπὸ τοῦ βορρᾶ[39], τοῦ σκληροῦ καὶ ψυχροῦ ἀνέμου, τοῖς ἐπιστρέφουσι πρὸς αὐτὸν ἐπιτρίβοιτο ἄδικα καὶ ψυχοφθόρα ἐπιπνέοντος· *Ἀπὸ προσώπου γὰρ βορρᾶ ἐκκαυθήσεται τὰ*[40] *κακά*. Τὰς οὖν δύο ταύτας ἀπορίας ἐπιλυσάμενος ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ εἰς ἐξαίτησιν προσευχῶν τελευτᾷ.

Idem adhuc Eulogius in libro seu argumento nono declaravit ea quibus vitæ solitariæ laus continetur, et quid sit monachus describit, atque rationem ejus vivendi exponit. Hortatur vitæ monasticæ cultores, ut ad professionis præscriptum vitam instituant, et se ad solitariam vitam et Ecclesiæ unitatem **283***a* conforment. Erant autem, quos illius admonitio respicit, ex factione et secta Severiana, uti non est obscurum, quibus, quomodo [hæreticorum ipsorum majorum] sententiæ cum

Ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς καθωμίλησεν[41] ἐν τῷ θ' σημείῳ, δι' ὧν ἐγκώμιον μὲν διαπλέκεται τοῦ μονάδος βίου, καὶ τί ποτέ ἐστιν ὁ μοναχὸς, ὑπογράφει· καὶ αὐτὸν δὲ τῆς αὐτῆς πολιτείας ἀπαγγέλλει. Παραινεῖ δὲ τοὺς τῆς μονάδος πολιτείας ἐραστὰς κατὰ τὸ ἐπάγγελμα πολιτεύεσθαι, καὶ τῇ μονότητι καὶ τῇ[42] ἑνοτήτι τῆς Ἐκκλησίας συναρμόζεσθαι. Εἶησαν δὲ, πρὸς οὓς ἀφεώρα ἡ παραίνεσις, τῆς Σεβήρου διασπορᾶς καὶ κατατομῆς· μερίδες οὐκ ἄσημοι[43]· οἷς ὅπως μὲν μάχονται τῶν πατέρων αὐτῶν αἱ δόξαι πρὸς ἑαυτὰς,

[j] Ephes. III, 17. [k] Galat. III, 27. [l] Coloss. II, 7. [m] Jerem. VI, 1.

VARIÆ LECTIONES.

[33] αἰνίττεσθαι om. B. [34] ἢ A : ἢ εἰ ς. [35] ὁμωνυμίας A : ὁμονοίας ς. [36] οὐ διότι A : οὐδ' ὅτι ς. [37] ἐπανατείναντι B et corr. A : ἐπανατείναντος ς. [38] δεῖ A : δή ς. [39] βορᾶ A. [40] τὰ add. A. [41] καθωμολόγησεν ς. [42] alterum τῇ add. A. [43] μερίδος οὐκ ἄσημον ς.

Digitized by Google

ὅπως δὲ πρὸς [463 H.] ἀλλήλας, καὶ οὐδαμῆ τὸ στάσιμον οὐδὲ τὸ πάγιον ἔχουσιν, ἀπογυμνώσας τε καὶ ἀναλυψάμενος [46], ἐκ τῆς ἐκεῖθεν ἀτοπίας ὁρᾶν αὐτοὺς πρὸς τὴν ἕνωσιν τῆς Ἐκκλησίας ὑποτίθεται. Τοὺς μὲν γὰρ παράγει λέγοντας σώζεσθαι τὰς διαφορὰς μετὰ τὴν ἕνωσιν, ὥσπερ καὶ Σεβῆρον, τοὺς δὲ σώζεσθαι μηδαμῶς, ὥσπερ καὶ Τιμόθεον ἐν ἄλλοις τε καὶ ἐν οἷς κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις ἀγωνίζεται Λέοντος. Οὐ μόνον δὲ αὐτὸς οὐκ ἀνέχεται φάναι σώζεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀσεβείας ἐνόχους ἀποφαίνει τοὺς, εἴ τινες σώζεσθαι τῶν φύσεων τὴν διαφορὰν μετὰ τὴν ἕνωσιν δογματίζουσιν. Ἀλλὰ καὶ Σεβῆρος πάλιν σώζεσθαι λέγων τὰς διαφορὰς, τὰ πράγματα οἷς ἡ διαφορὰ ἐπιθεωρεῖται οὐ συνομολογεῖ σώζεσθαι. Καὶ οὐ πανταχοῦ δογματίζει τοῦτο· παλίντροπος γάρ ἐστι τὴν πίστιν καὶ πολύμορφος· καὶ γὰρ ἔν τισιν αὐτοῦ [48] λόγοις καὶ αὐτὰ διομολογεῖ τὰ πράγματα σώζεσθαι. Οὕτως οὐ πρὸς ἀλλήλους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἑαυτοὺς τὸ ἀλλόφυλον τῆς εὐσεβείας στασιάζουσι σύνταγμα. Ἐκ τούτου παραινῶν τοὺς στασιάζοντας τῷ φρονήματι τῆς εὐσεβείας συνδραμεῖν, κατ' ἐπιδρομὴν ἱστορεῖ Μαρκιανὸν μὲν συγκροτῆσαι τὴν ἐν Καλχηδόνι σύνοδον, καὶ ὡς ἐκείνου τὸν βίον λιπόντος Λέων μὲν κατέστη τῶν πραγμάτων κύριος, οἱ δὲ Αἰγύπτιοι τῆς ἱερᾶς ἐπαναστρέψαντες συνόδου ταραχῆς ἐπλήρωσαν τὴν οἰκουμένην, δυσσεβῶς τε καὶ πεπλασμένως φημίσαντες ὡς ἡ σύνοδος Κύριλλον ἀπεβάλετο [48] καὶ Νεστόριον ἀπεδέξατο. Ὧν τὸν ἄλογον ὁ Λέων καταστέλλων θόρυβον, τὰ ψηφισθέντα ἐν Καλχηδόνι [47] καὶ τὰ πραχθέντα πανταχοῦ διαπέμψας τῆς οἰκουμένης μετ' ἐγκυκλίων κελεύσεων ἕκαστον τῶν ἀρχιερέων καὶ ἱερέων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὅσοι ἐν τῷ μοναδικῷ διέλαμπον βίῳ, τὸ φρόνημα αὐτῶν ἐγγράφως ἀνομολογῆσαι διετάξατο· ὃ καὶ προθύμως πεπράχασι, τῶν ἀρχιερέων τοῦ ἀριθμοῦ εἰς ἑξακοσίους καὶ χιλίους [880 R.] συγκεφαλαιωθέντος, μηδενὸς ἑτερογνωμονήσαντος πλὴν Ἀμφιλοχίου τοῦ [48] Σίδης, ὃς μετ' οὐ πολὺ καὶ αὐτὸς δι' ὑπογραφῆς συνεφώνησε. Μεθ' ὧν καὶ ὁ μέγας Συμεὼν, ὁ ἐν τῷ στύλῳ τὸν ἀγγελικὸν ἐκεῖνον βίον διανυσάμενος, καὶ Βαράδατος, καὶ ἄλλοι τὸν αὐτὸν βαθμὸν τῆς πολιτείας φθάσαντες. Ταῦτα διαδραμὼν καὶ δικαίως Σεβῆρον τῷ ἀναθέματι παραπεμφθῆναι παραστησάμενος [49] εἰς τέλος διέστειλε τὴν διάλεξιν.

Καὶ ὁ ἑφεξῆς δὲ λόγος προδιαβάλλεται [50] μὲν τὴν αὐτὴν ἐπιγραφὴν, παραίνεσιν δὲ πρὸς τοὺς διεστῶτας τῆς Ἐκκλησίας εἰσηγεῖται, ἐκ τῆς πρὸς ἀλλήλους τῶν αἱρετιζόντων κάνταῦθα μάχης τε καὶ διαφορᾶς συνιδεῖν τὸ τῆς Ἐκκλησίας ὀρθὸν φρόνημα παρακαλῶν. Λέγει δὲ καὶ ὅθεν κατετμήθη εἰς μυρίας διαιρέσεις καὶ τομὰς ἡ αἱρετικὴ δόξα. Ἐπερωτῶσα γὰρ τὰ τέκνα τῆς Ἐκκλησίας, εἰ, καθάπερ δύο τὰς φύσεις λέγουσιν, οὕτω καὶ τὰς ὑποστάσεις λέγειν ἀνέχονται, καὶ ἐπὶ μίαν λέγουσιν ἐπὶ Χριστοῦ τὴν ὑπόστασιν, ἆρα καὶ μίαν φύσιν ἐπ' αὐτοῦ δογματίζουσι, ταῦτα

A ipsis auctoribus et cum aliis ejusdem sectæ pugnent, nec usquam quidquam stabile et solidum habeant, aperiens declaransque ex illorum absurditate, si ad Ecclesiæ unionem respiciant ostendit. Hos enim producit, ut asserentes differentias post unionem servari, uti Severum; illos autem ut negantes servari, uti Timotheum, cum in aliis ipsius scriptis, tum in iis quibus sanctum Leonem oppugnat. Ipse vero non solum dicit non servari differentias, sed etiam impietatis reos peragit illos quicunque differentias post unionem servari docent. Sed Severus rursus dum docet differentias servari, res tamen quibus differentia cognoscitur, negat servari. Nec constanter hoc ubique docet: inconstans enim, et Vertumnus aliquis aut Proteus est in fide; etenim B in quibusdam libris confitetur ipsas etiam res servari. Adeo non solum inter se ipsi, sed neque sibi ipse quisquam constans dogma Babylonicum, nempe et a vera pietate alienum cudunt. Hinc [sumpta occasione] hortatus dissidentes, ut in Ecclesiæ sententiam descendant, cursim narrat a Marciano Chalcedonensem synodum coactam; Leonem, Marciano mortuo, suffectum summæ rerum præfuisse: Ægyptios concilium evertere conatos orbem totum tumultibus implesse, impie ficteque rumores sparsisse, Cyrillum a synodo damnatum, Nestorium receptum fuisse. Quorum [inquit] insanum furorem reprimens Leo decreta concilii Chalcedonensis actaque cum encyclicis seu circularibus mandatis per totum orbem misit, singulisque episcopis et C presbyteris, nec non iis qui in religiosa et monastica vita celebres habebantur præcepit, uti sententiam suam scripto profiterentur. Quod episcopi, numero mille sexcenti, prompte sane exsecuti sunt, nemine qui aliter sentiret deprehenso præter Amphilochium Sidæ pontificem, qui tamen et ipse paulo post concilii sententiæ subscripsit consensitque. A quibus stetit et Simeon qui in columna cœlitum vitam æmulabatur [Simeon stylita], et Baradatus, aliique eamdem vivendi rationem secuti. His oratione decursis, cum **283**b Severum anathemate proscriptum dixisset, disputationem fine concludit.

D Sequens oratio eamdem præfert inscriptionem, et adhortationem ad eos continet, qui ab Ecclesia dissidebant, qua monet, ut suas inter se pugnas, suorumque dissensiones hæreticorum, cum Ecclesiæ recto consensu respiciant componantque. Ostendit præterea unde factum sit ut opinatio hæretica in infinitas quasi sectas et sententias distracta et divulsa sit. Interrogans enim [hæresis] Ecclesiæ filios an, quemadmodum duas [in Christo] naturas asserunt, asserant similiter et duas personas, et cum respondent unam esse in Christo hypostasin, quærit an etiam

VARIÆ LECTIONES.

[46] ἀποκαλ. ς. [48] αὐτῷ ς. [48] ἀπεβάλλετο ς. [47] Χαλκ. A. [48] τοῦ A : τῆς ς. [49] παραστησάμενος — διέστειλε A : συστησάμενος — διέστησε ς. [50] παραδιαβάλλεται ς, malim προβάλλεται.

Digitized by Google

asserant unam naturam? Sed nihil horum hactenus unquam quæ hæresis quæsivit, ab [Ecclesiæ filiis] audivit. Vicissim autem et ab Ecclesia interrogatur hæresis, cur id quærat? an quod existimet naturam et personam esse idem, et propterea putet eos qui asserant duas naturas, etiam asserere duas personas? Aut contra, qui unam profiteantur personam, etiam unam profiteri naturam censet? Illinc nato contentionis initio, bellum illud hæreticorum inter se digladiantium multiplex et implacabile exstitit, idemne sit natura et hypostasis. Etenim si dicimus unam in Trinitate naturam esse, necessario dicendum erit, unam quoque esse hypostasin. Aut si tres hypostases, natura quoque in tres erit partienda naturas. Hinc commenti sunt aliud esse naturam, et aliud essentiam. Naturam rursum diviserunt in generalem et singulares naturas. Et cum ad Sergium scribit Severus: *Unam*, inquit, *essentiam Christum esse volumus dicere, ne concurrentium differentiam auferamus. Nam vel una semel nata essentia aut etiam qualitate, quomodo mansit naturarum, ex quibus unus exsistit Christus, secundum essentiam differentia? Si enim una qualitas est et essentia, frustra deinceps ponit differentiam.* Et sane, quibus fundamentis nixus unam asserere essentiam Severus recusat, iisdem vel invitus negare cogitur unam esse in Christo naturam. Nonnulli porro ex impudentioribus, naturam, personam, essentiam idem esse admittentes, non horruerunt affirmare etiam in sancta Trinitate tres esse essentias, unde et tres deos et tres deitates, etsi non verbo, mente tamen docent. Et hi quidem damnantur veluti tres essentias **284***a* in Trinitate prodigiose cudentes, hi vero quod non proprie Deum Patrem aut Filium, aut Spiritum sanctum dici censeant. Isti vero fortasse sint, qui tantum signatas seu figurativas proprietates putant esse hypostases. Ita in multas sententias et errores alios illorum dissecta secta progressa est, quemadmodum et de differentia concurrentium in Christo naturarum. Aliis enim nugatoribus visum est perire differentiam post unionem naturarum: aliis servari differentiam judicatum; qui et ipsi bifariam divisi sunt. Nam qui differentiam manere volunt, nolunt tamen ea manere per quæ exsistit differentia. Alii vero et illa manere, cogente necessaria consequentia, sæpe concedentes (alia hæc est insania atque amentia), duas tamen naturas appellare penitus aversantur. Vox enim *duo*, inquiunt, per partes et per se res differentes ostendit. His breviter disputatis, longa exhortatione hunc quoque librum finit.

A ἐπερωτῶσα[51] ἡ αἵρεσις ὧν μὲν ἐζήτησε[52] τέως οὐδὲν ἀκούει [464 H.], ἀντεπερωτᾶται δὲ παρὰ τῆς Ἐκκλησίας τί δήποτε ταῦτα ἐρωτᾷ· ἆρα γὰρ ταὐτὸν ἡγεῖται φύσιν καὶ ὑπόστασιν, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς δύο λέγοντας φύσεις νομίζει δύο καὶ ὑποστάσεις δοξάζειν, ἢ ἀνάπαλιν τοὺς μίαν ὑπόστασιν λέγοντας καὶ μίαν φύσιν συνομολογεῖν νομίζει; Ἀρχὴν οὖν τοιαύτην τῆς κινήσεως λαβούσης, καὶ ὁ πολὺς ἐκεῖνος καὶ ἄσπονδος τῶν αἱρετιζόντων ἐν ἑαυτοῖς συνεβράγη πόλεμος, εἰ ταὐτὸν φύσις καὶ ὑπόστασις, ἐπεὶ[53] μίαν φύσιν ἐπὶ τῆς Τριάδος φαμὲν, καὶ μίαν ὁμολογεῖν ἀνάγκη τὴν ὑπόστασιν, ἢ ἐπεὶ τὰς ὑποστάσεις τρεῖς. καὶ ἡ φύσις εἰς τρεῖς διαιρεῖσθω. Κἀκεῖθεν ἄλλο μὲν σημαίνειν τὴν φύσιν, ἄλλο δὲ σημαίνειν τὴν οὐσίαν ἀνέπλασαν, καὶ τὴν φύσιν πάλιν εἰς γενικὴν φύσιν B καὶ ἰδικὰς φύσεις κατεμέρισαν. Καὶ πρὸς μὲν τὸν γραμματικὸν Σέργιον ὁ Σεβῆρος γράφων· *Μίαν οὐσίαν*, φησὶν, *εἰπεῖν τὸν Χριστὸν ἐβουλόμεθα*[54], *ἵνα τῶν συνελθόντων τὴν διαφορὰν μὴ ἀνέλωμεν. Μιᾶς γὰρ καθάπαξ γεγενημένης οὐσίας ἢ καὶ ποιότητος, πῶς ἔτι μεμένηκε τῶν φύσεων, ἐξ ὧν εἷς ὁ Χριστὸς, ἡ κατ' οὐσίαν διαφορά; εἰ γὰρ μία ποιότης καὶ οὐσία, τὰ τῆς διαφορᾶς λοιπὸν φροῦδα καθέστηκε.* Καίτοι γε ἐξ ὧν τὴν μίαν οὐσίαν εἰπεῖν ὁ Σεβῆρος παραιτεῖται, ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ τὸ μίαν λέγειν φύσιν ἐπὶ Χριστοῦ, κἂν μὴ βούλοιτο, παρῃτήσατο. Τινὲς δὲ τῶν ἀπηυθριασμένως[55] φύσιν καὶ ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν ταὐτὸν εἰπεῖν ἐκδεξαμένων[56] καὶ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τρεῖς οὐσίας C λέγειν οὐκ ἐφρίξαν, δι' ὧν καὶ τὸ τρεῖς θεοὺς καὶ θεότητας, εἰ καὶ μὴ[57] τῇ φωνῇ, τοῖς γε νοήμασι δογματίζουσι. Καὶ οἱ μὲν κατακρίνονται ὡς τρεῖς οὐσίας ἐπὶ τῆς Τριάδος τερατευόμενοι, οἱ δὲ ὡς οὐ κυρίως Θεὸν τὸν Πατέρα ἢ τὸν Υἱὸν ἢ τὸ Πνεῦμα δοξάζοντες· οὗτοι δ' ἂν εἶεν οἱ μόνα τὰ χαρακτηριστικὰ ἰδιώματα τὰς ὑποστάσεις εἶναι δογματίζοντες. Καὶ εἰς πολλὰ ἄλλα τοιαῦτα ὁ μερισμὸς[58] αὐτοῖς καὶ ἡ κατατομὴ προελήλυθεν, ὥσπερ καὶ περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν συνελθουσῶν ἐπὶ[59] Χριστοῦ φύσεων. Τοῖς μὲν γὰρ μετὰ τὴν ἕνωσιν μὴ φυλάττεσθαι τὴν διαφορὰν ἐπῆλθε φαντάζεσθαι, τοῖς δὲ σώζεσθαι τὴν διαφορὰν ἡ ὁμολογία γέγονε. [881 R.] Διῃρῆ δὲ καὶ οὗτοι διετμήθησαν. Οἱ μὲν γὰρ τὴν διαφορὰν ὁμολογοῦντες σώζεσθαι τὰ ὧν ἡ διαφορὰ σώζειν οὐ βούλονται· οἱ δὲ D κἀκεῖνα ὑπὸ τῆς ἀναγκαζούσης ἀκολουθίας συγχωροῦντες πολλάκις (ἄλλος λῆρος τοῦτο[60] καὶ ἄλλη παράνοια), δύο ταύτας λέγειν οὐμενοῦν οὐδ' ὅλως ἀνέχονται· ἡ γὰρ δύο φωνὴ, φασὶν, ἀνὰ μέρος καὶ καθ' ἑαυτὰ τὰ διαφέροντα τίθησι. Ταῦτα καὶ τὸ τοιαῦτα διὰ βραχέων προθεὶς, καὶ τὴν παραίνεσιν πλατυνάμενος, καὶ τὸν παρόντα καταπαύει λόγον.

Aliam orationem componit contra Agnoitas sive *ignorantes*. Monachos autem quosdam ait ex Pa-

Γράφει λόγον ἕτερον κατὰ Ἀγνοητῶν. Μοναχοὺς δέ τινας τῶν ἐκ τῆς κατὰ τὰ Ἱεροσόλυμα ἐρήμου

VARIÆ LECTIONES.

[51] ἐπερωτῶσα A : ἐπιζητοῦσα ς. [52] ἐπεζήτησε μέν ς. [53] ante ἐπεὶ inseruerim ὥστε. [54] ἐβουλόμεθα] imo οὐ βουλόμεθα. [55] ἀπηυθριασμένων ς. [56] ἐκδεξάμενοι ς. [57] μὴ add. A. [58] ὁ μερισμὸς A : ὁρισμός ς. [59] ἐπὶ τοῦ Χρ. ς. [60] τοῦτο A : οὗτος ς.

Digitized by Google

κινῆσαι λέγει τὸ δόγμα, οἱ ἄγνοιαν τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ περιάπτειν ὑπήχθησαν ἐξ ὧν τε εἶπεν αὐτός· *Ποῦ τεθείκατε Λάζαρον; καὶ· Οὐδεὶς οἶδε τὴν ὥραν ἐκείνην ἢ τὴν ἡμέραν οὐδὲ* [81] *ὁ Υἱός*, καὶ ἐξ ἄλλων τοιουτοτρόπων. Ὁ δὲ ἱερὸς Εὐλόγιος οὗτος [465 H.] οὔτε κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, πολλῷ δὲ μᾶλλον οὐδὲ κατὰ τὸ θεῖον ἀγνοεῖν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν οὔτε τὸν τάφον τοῦ Λαζάρου, οὔτε τὴν τέλειον ἡμέραν διατείνεται. Οὔτε γὰρ τὸ ἀνθρώπινον, εἰς μίαν ὑπόστασιν συνελθὸν τῇ ἀπροσίτῳ καὶ οὐσιώδει σοφίᾳ, ἀγνοήσει ἄν τι, ὥσπερ οὐδὲν τῶν παρόντων, οὕτω δὴ οὐδὲ τῶν μελλόντων, οὔτε διαψευσθῆναι δύναται τὸ εἰρημένον παρ' αὐτοῦ· *Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, ἐμά ἐστιν*, εἰ μὴ ἄρα καὶ τὸν Πατέρα πρὸς τὴν ἄγνοιαν οἱ πάντα τολμῶντες παρελκύσωσι. Τὸ μέντοι γε φάναι τὸν Σωτῆρα· *Ποῦ τεθείκατε Λάζαρον;* εἰς ἐπίστασιν καὶ μνήμην ἄγοντα [82] τοὺς παρόντας τῶν Ἰουδαίων εἰπεῖν. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερά τινα διαπράξασθαι, ὥσπερ τό· *Λύσατε αὐτὸν καὶ ἄφετε ὑπάγειν*, ἵνα ἐξ ὧν τε κατὰ μέρος εἶδον καὶ ἐξ ὧν ἤκουσαν, πιστὸν μὲν τὸ ὁρᾶσθαι καὶ ἀναμφισβήτητον, ἀνεξάλειπτον δὲ παραδοθείη τῇ μνήμῃ. Λέγει δὲ ὅτι καὶ τὰ ἐπὶ Χριστοῦ λεγόμενα τὰ μὲν κατὰ ἀναφοράν, τὰ δὲ κατὰ ἀλήθειαν λέγεται· κατὰ ἀναφορὰν μὲν τὸ ἁμαρτίαν αὐτὸν καὶ κατάραν ὑπὲρ ἡμῶν γενέσθαι (οὐ γὰρ γέγονε ταῦτα, ἀλλ' οἷα τῆς κεφαλῆς οἰκειουμένης τὰ τοῦ ἰδίου σώματος, αὐτὸς τὰ τοῦ σώματος ἀναδέχεται)· κατὰ ἀλήθειαν δὲ λέγεται ἄνθρωπός τε γεγονέναι καὶ πεινῆσαι καὶ διψῆσαι καὶ τὰ ὅμοια. Ὥστε εἴ τις ἐθέλοι λέγειν ἀγνοεῖν αὐτὸν κατὰ ἀναφοράν, ὡς οὐκ ἐκτὸς ἀγνοίας ὄντος αὐτοῦ τοῦ σώματος ἤτοι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως [83], ἧς ἐστιν αὐτὸς κεφαλὴ [84], οὐκ ἂν μὲν ἔξω τοῦ εἰκότος περιενεχθείη, οὐ μὴν ἀγνοοῦντα τὴν τοῦ Πατρὸς σοφίαν δοξάσειεν. Ἀλλ' εἰ τό· *Ποῦ τεθείκατε αὐτόν;* ἄγνοιαν τοῦ Χριστοῦ κατηγορεῖν τοὺς ἀπαιδεύτους ἀνέπεισε, πῶς οὐχὶ καὶ τῷ Πατρὶ τὴν αὐτὴν ἄγνοιαν ἐπιρρίψουσι διαπυνθανομένῳ καὶ λέγοντι πρὸς τὸν Ἀδάμ· *Ποῦ εἶ;* καὶ πρὸς τὸν ἀδελφοκτόνον· *Ποῦ ἐστιν Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου;* καὶ· *Κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόρρας πεπλήθυνται, καὶ αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν μεγάλαι σφόδρα· καταβὰς* [85] *οὖν ὄψομαι εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν συντελοῦνται, εἰ δὲ μή, ἵνα γνῶ.* Ἐρωτᾷ δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς τὸ δαιμόνιον· *Τί ὄνομά σοι;* κἀκεῖνο ἀποκρίνεται· *Λεγεὼν ὄνομά μοι, ὅτι πολλοί ἐσμεν.* Ἀλλὰ καὶ τοῖς τυφλοῖς λέγει· *Τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν;* καὶ πῶς οὐκ ἔστι ταῦτα φανερὸν ὡς οὐκ ἀγνοίας ἦν, ἀλλὰ τὸ μὲν [86] ἐπερωτᾷ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ δαιμονίου [884 R.] τὸ πλῆθος τῶν κατοικούντων τοῖς μαθηταῖς ἐπιδεῖξαι βουλόμενος, ὡς [87] ἂν μάθοιεν ὡς καὶ τῶν πολλῶν ἤδη περιγέγονεν, πίστιν αὐτοῖς [88] καὶ θάρσος ἐντιθεὶς τοῦ *πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσαν*

A laestina solitudine excitasse [pravum] dogma, qui Domino nostro Jesu Christo ignorantiam, ex iis quæ ipse dixit, assignare conati sunt : *Ubi posuistis Lazarum* [n]? [inquit Dominus] et : *Nemo novit horam, aut diem illum, neque Filius hominis* [o], atque item ex aliis hoc genus verbis. Sanctus autem Eulogius iste, Christum Jesum Dominum nostrum, neque secundum humanitatem quidem, multo minus vero secundum divinitatem ignorasse sepulcrum Lazari, neque etiam illum ultimum diem contendit. Neque enim humanitas Christi in unam inaccessibilis et substantialis sapientiæ hypostasin admissa quidquam velut rerum præsentium, ita futurarum poterit ignorare : neque falsum esse potest quod dixit : *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt* [p], B nisi et Patri, nihil non audentes, ignorantiam ascribent. Enimvero hoc quod dixit Salvator : *Ubi posuistis Lazarum?* eo dixisse ait, ut id præsentes Judæi scirent, illorumque memoriam firmaret. Imo non hoc solum, sed et alia quædam id genus fecisse affirmat, ut illud : *Solvite eum, et sinite abire* [q], ut ex iis quæ speciatim viderant, et quæ audierant, fidem oculorum testatam et indubitatam [Judæis] faceret; memoriæ vero illorum factum nunquam oblitterandum infigeretur. Docet etiam alia de Christo dicta per figuram, alia secundum rei veritatem. Figurate dicitur illum pro nobis **284***b* peccatum et maledictum factum esse; neque enim fuit quidquam horum. Sed veluti sibi caput vindicat ea quæ sunt reliqui corporis, ita Christus C ea quæ corporis sunt sibi assignat. Secundum rei veritatem autem dicitur homo factus, et esuriisse, et sitivisse, et hoc genus similia. Quod si ergo quis velit dicere, eum figurate et anaphorice aliquid ignorare, eo quod corpus non sit extra ignorantiam, aut humana vox cujus ipse caput est, is non absurde loquetur, neque interim Patris sapientiam ignorasse aliquid docebit. Sed si illa verba : *Ubi posuistis eum?* ad Christi ipsius, imperiti homines, referunt ignorantiam, quomodo non eamdem ignorantiam in Patrem rejicient, quando interrogat et dicit ad Adamum : *Ubi es* [r]? et ad fratricidam : *Ubi est Abel frater tuus* [s]? et : *Clamor Sodomorum et Gomorrhæorum multiplicatus est, et peccata eorum magna valde : descendam ergo et videbo* D *utrum clamorem suum* [qui venit ad me] *opere compleverint necne, ut sciam* [t]. Interrogat et Jesus dæmonium: *Quod tibi nomen est?* et illud respondet : *Legio mihi nomen est, quia multi sumus* [u]. Quin et cæcos interrogat : *Quid vultis faciam vobis* [v]? Et quomodo non patet, hæc non ex ignorantia quæsita? Sed a dæmonibus quidem quærit, quanta sit obsidentium multitudo, ut discipulis ostendat se jam multis esse superiorem, et fidem firmet : animosque addit

[n] Joan. XI, 34. [o] Marc. XIII, 32. [p] Joan. XVI, 15. [q] ibid. 35. [r] Gen. III, 9. [s] Gen. IV, 9. [t] Gen. XVIII, 20. [u] Marc. V, 9. [v] Matth. XX, 32.

VARIÆ LECTIONES.

[81] ἡμ. ἐκείνην οὐδέ ς. [82] ἐνάγοντα A. [83] φύσεως A : φωνῆς ς. [84] αὐτὸς ἡ κεφαλή ς. [85] σφόδρα καὶ καταβάς ς. [86] μέν A : μήν ς. [87] ὡς ante καὶ add. A. [88] αὐτοῖς πίστιν ς.

Digitized by Google

calcandi super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici [x]. Cæcos autem interrogat, ut petitionem ab illis eliciat. Quantum enim beneficium ex petitione accipimus, tantum afficimur ad beneficium [agnitum et] acceptum. Illud autem quod de extremo judicii die dictum, quod illud nemo novit, neque angeli, neque Filius, nisi solus Pater, id quidam ob eam rationem dictum existimant, ut discipuli arbitrati quotidie diem ultimum imminere semper vigilarent. Sed nihil obstat quominus et hoc figurate dictum interpretemur, quemadmodum et illud : *Tu scis insipientiam meam* [y], et illud, *Deus, Deus meus, ut quid me dereliquisti* [z]? Sunt qui censeant illum dixisse quod ignoraret ultimum diem, ut humanæ naturæ signum proprium quod illi inest, declararet et ostenderet; non quod ipse ignorarct : absit! [quod ipse ignorarit]. Quicunque enim vel divinitati ipsius, vel humanitati ignorantiam **285***a* ascribet, nunquam certissimæ temeritatis crimen effugiet. Sed cum, ut beatus Cyrillus docet, subtili mentis conceptu et animi imaginibus per contemplationem, rem a re dividimus, tum videmus proprias naturæ utriusque, ut in se est, notas et proprietates. Aut, ut Gregorius Theologus tradit, quando naturæ ratione distinguuntur, etiam nomina naturarum simul dividuntur. Sed nudæ puræque humanitatis signum proprium est ignorantia. Hac ratione ergo Christi humanitati, ut simplici et puræ humanitatis naturæ consideratæ [præcise secundum ea quæ a se ipsa habet] adscribi poterit ignorantia. Et hoc est quod Theologus explicavit, quando dixit : *Scit quidem ut Deus, nescit vero ut homo.* Quibus dictis addit, quod si qui ex Patribus ignorantiam in Salvatore ex parte humanitatis admiserunt, id tamen non ut dogma sanxerunt, sed Arianorum insaniam repressuri (qui omnia [quæ in Christo erant] humana ad Unigeniti divinitatem transtulerunt, ut increatum Dei Verbum creaturam ostenderent), rectius hæc de humanitate dici posse existimarunt, quam humana ab illis [Arianis] ad divinitatem trahi. Etsi forte qui dixerit, etiam Patres figurate seu anaphorice locutos esse, religiosius videbitur judicasse. His expositis, dicendi finem facit.

Liber postremus orationem continet, cui titulus : *Decretum in Samaritanos editum.* Argumentum orationis hujusmodi : Plebs Samaritana in contrarias divulsa factiones, inter se dissidebat, et peregrinis se opinionibus propugnabat. Alii enim Jesum Nave eum esse censuerunt, de quo Moyses dixit : *Prophetam vobis excitabit Dominus Deus ex fratribus vestris, ut me* [a]. Alii rejecta hac sententia, Dosthen quemdam nomine, sive Dositheum prædicarunt Samaritanum etiam gente æqualem Simoni [Mago. Et hunc illum esse a Moyse prædi-

A τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Τοὺς τυφλοὺς δὲ ἐπερωτᾷ οἰκονομῶν ἐξ αὐτῶν προσαχθῆναι τὴν αἴτησιν· ὅσον γὰρ αἰτοῦντες τῆς ὠφελείας τυγχάνομεν, τοσοῦτον τὴν αἴσθησιν τῆς εὐεργεσίας δεχόμεθα. Τὸ δὲ περὶ τῆς ἐσχάτης ἡμέρας εἰρημένον, ὡς οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι, οὐδὲ ὁ Υἱός, εἰ μὴ ὁ Πατήρ, τινὲς μὲν κατ' οἰκονομίαν εἰρῆσθαί φασιν, ἵνα τῶν μαθητῶν κατὰ πᾶσαν ἡμέραν νομιζόντων ἐπελεύσεσθαι τὴν τελευταίαν ἡμέραν ἀεὶ γρηγοροῦντες διατελῶσιν· [466 H.] οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ τοῦτο ἐκλαβεῖν ὡς κατὰ ἀναφορὰν εἰρημένον, καθάπερ καὶ τό· *Σὺ ἔγνως τὴν ἀφροσύνην μου*, καὶ τό· *Θεέ μου, Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες;* Ἔνιοι δέ φασιν αὐτὸν ἀγνοεῖν φάναι τὴν ἐσχάτην ἡμέραν τὸ ἰδίως προσὸν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει γνώρισμα δεικνύοντά τε καὶ ἐμφα-
B νίζοντα, οὐχ ὡς αὐτοῦ ἀγνοοῦντος (ἄπαγε· οὔτε γὰρ κατὰ τὴν θεότητα οὔτε κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα τὴν ἄγνοιαν λέγειν ἐπ' αὐτοῦ θράσους ἐπισφαλοῦς ἠλευθέρωται), ἀλλ' ἐπειδή, ὡς ὁ μακάριος Κύριλλός φησιν, ἐν ἰσχναῖς διαιροῦντες ἐννοίαις ἤτοι νοῦ φαντασίαις τῷ τρόπῳ τῆς θεωρίας ἑκατέρας φύσεως ὁρῶμεν ἴδια [69] καὶ καθ' ἑαυτὰ γνωρίσματα, ἢ καὶ ὡς ὁ Θεολόγος Γρηγόριος, ἡνίκα αἱ φύσεις διίστανται ταῖς ἐπινοίαις, συνδιαιρεῖται καὶ τὰ ὀνόματα· ἴδιον δὲ γνώρισμα ψιλῆς ἀνθρωπότητος ἡ ἄγνοια· κατὰ τοῦτο ῥηθείη ἂν ἐπὶ τῆς κατὰ Χριστὸν ἀνθρωπότητος, ὡς ἁπλῶς ἀνθρωπότητος, θεωρεῖσθαι τὴν ἄγνοιαν. Καὶ τοῦτο καὶ ὁ Θεολόγος ἐτράνωσεν, εἰπών· *Γινώσκει μὲν ὡς Θεὸς, ἀγνοεῖ δὲ*
C *ὡς ἄνθρωπος, ἄν τις τὸ φαινόμενον χωρίσῃ τοῦ νοουμένου.* Ταῦτα εἰπὼν ἐπάγει ὡς εἰ καί τινες τῶν Πατέρων τὴν ἄγνοιαν ἐπὶ τῆς κατὰ τὸν Σωτῆρα παρεδέξαντο ἀνθρωπότητος, οὐχ ὡς δόγμα τοῦτο προήνεγκαν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τῶν Ἀρειανῶν μανίαν ἀντιφερόμενοι, οἳ καὶ τὰ ἀνθρώπινα πάντα ἐπὶ τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς μετέφερον, ὡς ἂν κτίσμα τὸν ἄκτιστον Λόγον τοῦ Θεοῦ παραστήσωσιν, οἰκονομικώτερον ἐδοκίμασαν ἐπὶ τῆς ἀνθρωπότητος ταῦτα φέρειν ἢ παραχωρεῖν ἐκείνους μεθέλκειν ταῦτα κατὰ τῆς θεότητος. Εἰ δὲ κατὰ ἀναφορὰν κἀκείνους δοίη ταῦτά τις εἰπεῖν, τὸν εὐσεβέστερον λόγον ἀποδέξεται. Ταῦτα διελθὼν [70] πέρατι περιβάλλει τὸν λόγον.

D Τελευταῖον δὲ περιεῖχε τὸ βιβλίον λόγον ἐπιγραφὴν φέροντα, *Ὅρος ἐκφωνηθεὶς τοῖς Σαμαρείταις.* Ἡ δὲ ὑπόθεσις πρόκειται τοιαύτη· Τῶν Σαμαρειτῶν τὸ πλῆθος εἰς ἀντικειμένας μερίδας διαιρεθέντες καὶ στασιάσαντες πρὸς ἀλλήλους καὶ ἀλλοφύλοις ἑαυτοὺς ἀποδιατειχίσαντες δόξαις, οἱ μὲν Ἰησοῦν τὸν Ναυῆ ἐδόξαζον εἶναι περὶ οὗ Μωϋσῆς εἶπε· *Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμέ*, οἱ δὲ τοῦτον [71] μὲν παρεγράφοντο, Δοσθὴν δέ τινα τοὔνομα ἢ Δοσίθεον ἀνεκήρυττον, Σαμαρείτην μὲν καὶ αὐτὸν τὸ γένος,

[x] Luc. x, 19. [y] Psal. LXVIII, 6. [z] Psal. XXI, 2; Matth. XXVI, 46. [a] Deut. XVIII, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[69] ἰδία A. [70] διελθὼν A : δὴ περιελθὼν ς. [71] τοῦτο ς.

Digitized by Google

συνακμάσαντα δὲ κατά γε [73] τοὺς χρόνους Σίμωνι τῷ Μάγῳ· καὶ τοῦτον εἶναι τὸν προφητευθέντα τερατευόμενοι ἐξ αὐτοῦ τὴν ἐπωνυμίαν ἔφερον, Δοσθηνοὶ καλούμενοι. Οὗτος δὲ ὑβριστὴς μὲν γέγονε τῶν τοῦ Θεοῦ προφητῶν, ὑβριστὴς δὲ μάλιστα τοῦ Ἰούδα τοῦ ἑνὸς τῶν δώδεκα πατριαρχῶν, [885 R.] μηδὲ τοὺς περὶ αὐτοῦ [73] μυρίους ἐπαίνους παρὰ τῆς Μωσαϊκῆς Γραφῆς αἰσχυνθείς. Τοὺς οὖν εἰρημένους πάντας πλύνων καὶ διαγελῶν, εἰς ἑαυτὸν πάντα καὶ τὴν προφητείαν καὶ τὴν ἄλλην περιέσπα θειότητα. Μυρίαις δὲ καὶ ποικίλαις ἄλλαις νοθείαις τὴν Μωσαϊκὴν ὀκτάτευχον κατακιβδηλεύσας, καὶ ἑτερά τινα συγγράμματα μωρά τε καὶ ἀλλόκοτα καὶ ἀπεναντία [74] πνευματικῆς [467 H.] νομοθεσίας συντεταχὼς τοῖς πειθομένοις κατέλιπεν. Ἀπεκήρυττε δὲ καὶ τὴν ἀνάστασιν. Αἱ μὲν οὖν μερίδες οὕτω εἰς ἀντιπάλους καὶ βλασφήμους δόξας διετέτμηντο. Ἐπιδιδόασι δὲ καὶ λιβέλλους ὑπέρ τε [75] τοῦ οἰκείου φρονήματος καὶ κατὰ τοῦ ἀντικειμένου, μερὶς ἑκατέρα τὸν παρ' αὐτοῖς πρεσβευόμενον προφήτην εἶνάι προτιμῶσα. Καθίζει δὲ τούτων δικαστὴς ὁ ἱερὸς Εὐλόγιος μετὰ συνόδου ἀρχιερεῖς τε τῶν ἐπισήμων καὶ τοὺς λαμπροὺς τῶν ἐν ἀξιώμασι πλήρωμα ποιουμένης· Μαρκιανὸς [76] δὲ τηνικαῦτα, ὃς τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐνίδρυτο σκήπτροις, ἕβδομον ἔτος ἦνυε τῆς βασιλείας. Γυμνάσας δὲ τὰ παρ' ἑκατέρων λεγόμενα ὁ ἱερὸς Εὐλόγιος, καὶ τῆς ἀληθείας ἑκατέρους διελέγξας μακρὰν ἀφισταμένους, τὸν μὲν προφητευόμενον γραφικοῖς παρέστησε ῥητοῖς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν εἶναι, τοὺς δὲ μακράν τε καὶ χαλεπωτάτην ἀποπλανηθῆναι πλάνην, τοὺς μὲν Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ τὸν προφητευόμενον εἶναι κενολογοῦντας, τοὺς δὲ Δόσθην ἢ Δοσίθεον τὸν δυσσεβῆ τερατολογοῦντας. Καὶ οὕτω τὸν σύλλογον διαλύει, συντελευτώσης αὐτῷ καὶ τῆς ὑποθέσεως καὶ τῆς ἐκφωνήσεως καὶ τοῦ περιελθόντος εἰς τὰς ἡμετέρας χεῖρας τρίτου τεύχους.

cium, portentose commenti, ab ipsius nomine Dostheni cognominati sunt. Hic in divinos Dei prophetas maledicus, potissimum tamen in Judam unum de duodecim patriarchis contumeliosus, nihil reveritus immensas de illo in voluminibus Mosaicis perscriptas laudes. His ergo prophetis omnibus explosis exsibilatisque ipse sibi omnia et vaticinia, et 285*b* reliquam divinitatem arrogavit. Octateuchum spuriis scriptis et omni genere mistis corruptelis adulteravit, aliosque libros stultitiæ et portentis plenos, divinisque legibus contrarios consarcinavit, suisque asseclis reliquit. Resurrectionem quoque negavit: Hæ ergo factiones ita in dissidentes, contrarias et impias sectas et opiniones dissectæ fuerant. Utraque porro factio libellos pro sua sententia, et contra adversariam partem, suum quæque prophetam alteri præferendo porrexit. Sanctus Eulogius cum synodo frequentissima, pontificibus plena insignibus atque illustribus dignitate viris, judex his præsedit. Marcianus susceptum imperium Romanum septimum jam annum administrabat. Beatus Eulogius discussis quæ ab utraque parte asserebantur, et utraque erroris a veritate procul remoti convicta, illum a prophetis prædictum Messiam, ex Scripturis sacris docuit esse Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum : illos vero gravissimo errore laborasse; hos quidem quod Jesum Nave illum prophetam prænuntiatum fingerent : illos vero quod Dosthen seu Dositheum impium portentose comminiscerentur. Atque ita concilium solvit. Sed argumentum et decretum cum Eulogio periit : tertius liber superstes in nostras manus pervenit.

Ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ τὴν ἀνάστασιν ὁ συγγραφεὺς ἐκ τῶν Μωσαϊκῶν μαρτυριῶν ἐπιδεικνύναι σπεύδων τοιαῦτά φησιν· Εἰ μὴ πανάληθες ἦν τὸ τῆς ἀναστάσεως χρῆμα, πῶς ἔλεγε πρὸς Ἀβραὰμ ὁ Θεός· *Σὺ δὲ ἀπελεύσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου μετ' εἰρήνης, ταφεὶς [77] ἐν γήρει καλῷ*; Πῶς γὰρ ἂν ἀπῆει καὶ πρὸς ποίους, εἰ μηδαμῶς μηκέτι μήτε αὐτὸς [78] ἔμελλεν εἶναι, μήτε πρὸς οὓς ἀπῄει; Πῶς δὲ πάλιν μετ' ὀλίγα τὸ ἱερὸν λόγιόν φησι περὶ αὐτοῦ· *Καὶ ἐκλιπὼν ἀπέθανεν Ἀβραὰμ ἐν γήρει καλῷ, πρεσβύτης καὶ πλήρης ἡμερῶν, καὶ προσετέθη πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ*; Τίς γὰρ τοῦ μὴ ὄντος προσθήκη, καὶ πῶς προστίθεται τοῖς μὴ οὖσι τὸ ὄν [79]; Τί δὲ λέγει καὶ περὶ τοῦ Ἰακὼβ, ὅτι *Συνήχθησαν πάντες οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καὶ πᾶσαι αἱ θυγατέρες, καὶ ἦλθον [80] παρακαλέσαι αὐτὸν, καὶ οὐκ ἤθελε παρακαλεῖσθαι, λέγων ὅτι Καταβήσομαι πρὸς τὸν υἱόν μου πενθῶν εἰς ᾅδην*; Πῶς γὰρ ἂν ἐπινοηθείη κάθοδος τοῦ μὴ

In hoc auctor resurrectionem ex Moysis tabulis testatam facere connixus hæc disputat : Quod nisi verissima esset de resurrectione sententia, quomodo diceret ad Abrahamum Deus : *Tu autem ibis ad patres tuos cum pace, sepultus in senectute bona* [b]. Quomodo enim abiret, et ad quos abiret, si ille nullus amplius futurus erat, et non essent ii amplius ad quos abiturus erat? Et quomodo rursum paulo infra de illo divinum ait eloquium : *Et deficiens mortuus est Abraham in senectute bona, provectæque ætatis, et plenus dierum, congregatusque est ad populum suum* [c]? Quænam congregatio fit ad id, quod non est? Et quomodo id quod est, addi potest iis quæ non sunt? Quid porro de Jacob dicit? *Congregati sunt omnes filii et filiæ, ut lenirent dolorem patris, et noluit consolationem accipere, sed ait: Descendam ad filium meum* 286*a lugens in infernum* [d]. Quomodo intelligitur descensus ejus qui non exsistit? et quomodo descendit ad filium, qui ex deliramento

[b] Gen. xv, 15. [c] Gen. xxv, 3. [d] Gen. xxxvii, 35.

VARIÆ LECTIONES.

[73] γε A : τε ς. [73] αὐτόν ς. [74] ἀπ' ἐναντίας A. [75] τε add. A. [76] Μαρκιανὸς] Μαυρίκιος Fabricius. [77] τραφεὶς A. [78] αὐτὸς] οὗτος A. [79] τὸ ὄν] rectius τὸ μὴ ὄν: cf. p. 286. [80] ἦλθον] ἤθελον A.

Digitized by Google

exsecrati Dosithei, nullus usquam esse potest ? Rursum Jacob quando benedicit filiis, ait : *Ego congregor ad populum meum* [e]. Si noverat suam naturam [seu essentiam] una cum præsenti vita finitum iri, quomodo dixit qui mortuus, nusquam amplius fuit, se ad populum suum qui nusquam erat, congregari ? Advertesis, quid ipse Dominus et Deus universorum dicat ad Moysen, quando illum in extremum Nebo deduxit, et ostendit illi terram quam daturus erat in hæreditatem Israel. Addit enim : *Et videbis eam* : deinde : *Et apponeris ad populum tuum et tu, sicut appositus est et Aaron frater tuus* [f]. Illud autem quos non moveat, Deo ipso clamante affirmanteque : *Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob*? Ecquomodo erit Deus, Deus verus eorum qui nusquam futuri sunt, sed in nihilum redacti ? Eccur paradisum ad orientem plantavit in terra Edem, in quo hominem, quem formarat, posuit, si illum statim quidem peccaturum norat, et e paradiso in exsilium ejectum iri, neminem vero postea ex hominibus in illo habitaturum ? Etenim si omnes, sive qui piam sive impiam hanc vitam exegerunt, decurso vitæ præsentis stadio in nihilum recidunt, nec quisquam manet, qui paradisum ut hæres occupet, divinisque gaudiis in illo perfruatur, quomodo non hæc ingrata adversus Deum, et impia opinio, frustra creatum ostendit, et per hanc in illum injuriam, ipsum communem rerum effectorem Deum contumeliose perstringit, quando illum ea fecisse insimulat, quæ nec mediocriter prudens unquam faceret ?

Sic impiam Dosithei de resurrectione sententiam ex sacra Scriptura refutans, ostendit mundum corrumpi, quem ille incorruptibilem, animam vero corruptibilem monstrose fingebat : angelorum naturam a Deo factam, quam insanus ille inter ea quæ nusquam exsistunt, ponebat ; dæmonum quoque genus factum esse, et manere ; Dostheni vero idola seu simulacra, dæmonas esse dictitabant, aliud genus dæmoniorum nullum agnoscebant ; eo insaniæ illum esse progressum ostendit.

286[b] In hoc [porro] libro quæstionem addit, cur, cum multa essent animalia inter munda numerata, quinque tantum sacrificata fuerint, et ab antiquis [Judæis] ad rem divinam adhibita, hircus nempe, et aries, et bos, turtur et columba ? Respondet, antiqua figuram esse, et pleraque ad ænigmatum cognitionem referri. Quinque autem ex mundis sacrificari ait, quod per illa quinque sensus nostros pari numero voluerit insinuare : his enim purificatos seu mundos nos adjungere Verbo vult legislator et decernit. Atque hæc quidem [ex orationibus Eulogii] excerpta sunt.

[e] Gen. XLIX, 29. [f] Deut. XXXII, 49, 50.

ὄντος ; Πῶς δὲ καὶ κατέβαινε καὶ πρὸς τὸν υἱὸν τὸν μηδαμῆ μηδαμῶς κατὰ τὸν Δοσιθέου δύσφημον λῆρον δυνάμενον εἶναι ; Πάλιν δὲ τοὺς υἱοὺς εὐλογήσας ὁ Ἰακὼβ φησιν · *Ἐγὼ δὲ προστίθεμαι πρὸς τὸν λαόν μου.* Εἰ γὰρ περατουμένην ᾔδει τὴν ὕπαρξιν αὐτοῦ τῷ πέρατι τοῦ παρόντος βίου, πῶς ἔλεγε προστίθεσθαι μὴ ὢν αὐτὸς τῷ μηδαμῆ μηδαμῶς ὄντι αὐτοῦ λαῷ ; Ὅρα δὲ, καὶ αὐτὸς ὁ Δεσπότης [81] καὶ Θεὸς τῶν ὅλων τί λέγει τῷ Μωϋσεῖ, ὅτε αὐτὸν εἰς τὸ ὄρος ἀναβιβάζει τὸ πέραν Ναβαῦ [82], καὶ τὴν γῆν ἐπιδεικνύει ἣν ἔμελλε κατακληροδοτεῖν τῷ Ἰσραήλ ; Ἐπάγει γάρ, *Καὶ ὄψει αὐτήν* · εἶτα, *Καὶ προστεθήσῃ πρὸς τὸν λαόν σου καὶ σὺ, καθὰ προσετέθη καὶ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου.* [888 R.] Ἐκεῖνο δὲ τίνας οὐκ ἂν δυσωπήσειεν, αὐτοῦ Θεοῦ [468 H.] διακεκραγότος καὶ λέγοντος · *Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ ;* Πῶς γὰρ ἂν εἴη Θεὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς τῶν μηκέτι ἐσωμένων, ἀλλὰ ἀποφθαρέντων εἰς τὸ μὴ ὄν ; Τί δὲ καὶ τὸν κατὰ ἀνατολὰς παράδεισον ἐφύτευσε, τὸν ἐν Ἐδὲμ, ἐν ᾧ τὸν ἄνθρωπον ὃν ἔπλασεν ἔθετο, εἰ ἐκεῖνον μὲν εὐθὺς παραβήσεσθαι ᾔδει καὶ τοῦ χωρίου γενησόμενον ὑπερόριον, μηδένα δὲ τῶν μετὰ ταῦτα ἀνθρώπων μέλλοντα πάλιν οἰκήσειν αὐτόν ; Εἰ γὰρ ἕκαστος καὶ τῶν εὐσεβῶς [83] βεβιωκότων καὶ τῶν δυσσεβῶς πολιτευσαμένων μετὰ τὸ στάδιον τοῦ παρόντος βίου πρὸς τὸ μὴ ὂν ἀναλύεται [84], καὶ οὐδεὶς οὐκέτι διαμένει ὥστε καὶ παράδεισον κληρονομεῖν καὶ τῆς ἐν αὐτῷ τρυφῆς ἀπολαύειν ἱεράς, πῶς οὐ μάτην αὐτὸν γεγενῆσθαι ἡ τοιαύτη ἀγνώμων καὶ δυσσεβὴς ὑπόληψις ἀποφανεῖ [85], καὶ διὰ τῆς εἰς ἐκεῖνον ὕβρεως τὸν κοινὸν ἐξυβρίσει Δημιουργὸν, ἐκεῖνα πράττειν κατηγορῶν, ἃ μηδὲ μέτριος ἂν τις διαπράξαιτο ἀνήρ ;

Οὕτω τὸ δυσσεβὲς περὶ ἀναστάσεως διὰ τῶν ἱερολογιῶν Δοσιθέου κήρυγμα καταβαλὼν, καὶ ὅτι φθαρτὸς ὁ κόσμος (ἐκεῖνος γὰρ φθαρτὴν μὲν [86] τὴν ψυχὴν, ἄφθαρτον δὲ τοῦτον ἑτερατολόγει), καὶ ὅτι τῶν ἀγγέλων ἡ φύσις παρὰ Θεοῦ ὑπέστη (τῶν γὰρ μὴ ὄντων καὶ τούτων τὴν φύσιν [87] ἐκεῖνος ὁ ληρώδης ἐνόμιζε), ναὶ δὴ καὶ ὅτι τὸ δαιμόνιον γέγονέ τε καὶ διαμένει φῦλον (οἱ γὰρ Δοσθηνοὶ τὰ μὲν εἴδωλα δαίμονας ἔλεγον, ἄλλο δέ τι δαιμόνιον φῦλον οὐκ ἐγίνωσκον), εἰς πολλὴν αὐτὸν ἐλάσαι φρενοβλάβειαν διήλεγξεν.

Ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ ἀπορίαν προθεὶς [88], ὅτι πολλῶν ὄντων ζώων ἃ τῆς τῶν καθαρῶν ἐτάχθη μερίδος, διὰ τί πέντε μόνα ἐθυσιάζοντο τοῖς παλαιοῖς καὶ ἱερουργοῦντο, τράγος καὶ κριὸς καὶ βοῦς, τρυγὼν καὶ περιστερά ; Καὶ ἐπιλύεται, τύπον μὲν εἶναι λέγων τὰ παλαιὰ, καὶ τὰ πλείω εἰς αἰνιγμάτων ἀναφέρεσθαι θεωρίαν, πέντε δὲ ἐκ τῶν καθαρῶν ἱερουργεῖσθαι, ἅτε δὴ καὶ τὰς ἡμετέρας αἰσθήσεις τὸν ἴσον ἀριθμὸν ὑποβαλλόμενος [89] · ταύτας γὰρ ἡμᾶς κεκαθαρμένας προσάγειν τῷ Λόγῳ νομοθετεῖ τε καὶ βούλεται ὁ νομοθέτης. Ἀλλὰ τὰ μὲν τῆς ἐκλογῆς ἐν τούτοις.

VARIÆ LECTIONES.

[81] δεσπότης om. B. [82] Ναβάτ B. [83] εὐσεβῶς A. [84] διαλύεται. [85] ἀποφαίνει A. [86] μέν A : ἐπί ς. [87] τούτων τὴν φύσιν B, τοῦτον φῦσιν C et pr. A. [88] προσθείς ς. [89] ὑποβαλλόμενος] fortasse legendum ὑποβαλλομένας.

Digitized by Google

ΣΛΑ'.

Σωφρονίου Ἱεροσολύμων συνοδικὴ Ἐπιστολή.

